PETRI VVESENBECIJ ICTI CLARISSIMI COMMENTARIUS, IN TITULUM...

Peter Wesenbeck, Johann Flittner

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 K
1

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

26
6
13-8.c.1

Digitized by Google

Digitized by Google

PETRI VVESENBECII
ICti Clariſſimi
COMMENTARIUS,
in
TITULUM DIGESTORUM
ultimum,
DE
REGULIS JURIS,
IN QVO
PRIMUM PER SINGULAS
REGULAS, UNDE QUÆVIS DESUMpta ſit, & qui textus ſeu leges cum ea conueniant, oſtenditur: Poſtea facti ſpecies, exemplis & ampliationibus colluſtrata, proponitur: Deinde fallentiæ adnectuntur: Et denique explicatio verborum, ſi forte ſint obſcura, vel diuerſas lectiones habentia, ſubſequitur;
LIBER,
AD DECISIONES CAUSARUM ET
DISPUTATIONES VTILISSIMUS, ITA VT
Promptuarij inſtar omnibus Juris ſtudioſis eſſe poſſit:
Opera & Studio
IOANNIS FLITNERI, FRANCI.

FRANCOFVRTI,
Sumptibus LUCÆ JENNISI.
ANNO M. DC. XXV.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV
VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA
Digitized by Google

12.14.K.1

Digitized by Google

VIRIS,

PIETATE,
VIRTUTE,
ERUDITIONE,
CONSILIO, &
OPUM SPLENDORE

Præſtantiſſimis iuxta & integerrimis,

D. JOANNI LUCÆ,

Incolæ Vrbis Francofurtanæ è præcipuis primario: &

D. FRANCISCO-NICOLAO RHODIO,

Ciui & Bibliopolæ ibidem celebrato:

DOMINIS, PATRONIS AC VICINIS ſuis oppidò colendis D.D.D.

AUTHOR.

E*Tſi*, PRÆSTANTISSIMI, INTEGERRIMIQUE VIRI, *vino vendibili non opus eſt ſuſpenſa hædera (vt veterum prouerbio edocemur,) & proba merx facilè reperit emptorem: tamen dum accedo ad editionem enodationis Regularum Iuris, à* PETRO WESENBECIO, *Iuriſcon-*

conſulto olim celeberrimo conſcriptæ, pro initio eiuſdem prolegomena, utilitatem regularum commonſtrantia, nec non ſtudioſis euidentiorem intellectum ſuppeditantia, authoritate Iuriſconſulti Caij in l.1.ff. de orig. Juris, *dicentis, nefas & valde indecorum eſſe, illotis (quod dicitur) manibus interpretationem alicuius materiæ aggredi; item exemplo Platonis ſecretioris Philoſophiæ facilè principis, qui, vt Cicero de eo refert, omnibus diſciplinis exordia, & quaſi præludia quædam, artificioſam & utilitem ad rem diſcendam tractationem habentia, præponenda cenſuit, præmittam: vt quaſi iis exuſcitati ſtudioſi maiore amore & ſtudio materiam propoſitam proſequantur & diſcant, quibus abſolutis regulæ ordine, ea qua fieri poteſt dexteritate & breuitate, explicabuntur.*

Quod itaq; primum attinet ad utilitatem regularum: Nemini obſcurum eſſe poteſt in omni diſciplinarum genere, maximè tamen in ſtudio iuris, ſummas eſſe regularum commoditates & vſus. Primum enim memoriæ hominum, quæ labilis eſſe ſolet, l. peregrè. 44. ff. de acquir. poſſ. *Iaſ.* in §. ſi quis agens. Inſt. de action. *inſeruiunt, quia breues ſunt. Breuia enim quæ ſunt citius arripiuntur, felicius intelliguntur, & diutius memoriæ inhærent, teſte Horatio, dicente:*

Quicquid præcipies, eſto breuis, vt citò dicta
Percipiant animi dociles teneantq; fideles.

Et

Et hinc eſt, quod Lycurgus ſuas ſanctiones & decreta breuiter compoſuit, non vt ſcripto, ſed vt memoriæ tradi poſſent. Eandem quoq; ob cauſam ſimili breuitate olim concipiebantur ll. 12. tabb. Item plebiſcita, Senatusconſulta, prudentum reſponſa, vt in ff. & C. *videre eſt. Breuitas enim eam habet vtilitatem, vt memoriæ inſeruiat, ob quod etiam paſſim in iure commendatur, vt* in l. fin. §. 1. C. de appellat. l. fin. C. de precib. Imp. off. l. fin. C. de donat. *Quod tamen intelligendum eſt de illa breuitate, quæ non inducit obſcuritatem, vt notat Bald.* in d. l. fin. C. de appellat. *quæ magis reprehenditur, quam laudatur,* l. ſi legatario. §. fin. ff. de fideicom. libert.

Secundo mira breuitate res magnas & amplas continent, vt in definitione regulæ probatur, in verbis: Regula eſt, quæ rem, quæ eſt, breuiter enarrat. *Quod enim in corpore iuris verboſius, fuſius & copioſius tractatum inuenitur, cuius perlegendi vel primo intuitu, vel ſola opinione quis deterreri poſſit, id hic breuiſſimis regulis, quas Medici* Aphoriſmos *vocant, Dialectici* Maximas, *repetitur: Vt, verbi gratia, quod* in ff. in tit. ad Senatusconſultum Velleianum *multis verbis dicitur de muliere, quod pro alio fideiubere & fidem ſuam interponere non valeat, & ſi maximè pro alio fidem interponat, beneficium Senatusconſulti Velleiani habeat, id ipſum in regula*

 ſecun

ſecunda paucißimis & mira breuitate repetitur, & proponitur, cum dicitur: Fœminæ ab omnibus officiis, *&c. Sic quod dicitur in tit. Digeſt.* Quod vi metusuè cauſa &c. Quod ea, quæ fiunt metu & vi, pro nullis habentur; *Id in regula* 184. *paucißimis verbis repetitur, vbi dicitur:* Vani timoris iuſta excuſatio non eſt. *Sic quod* in l. neque fœmina. ff. de procurat. & in l. fœminæ. C. eodem. *multis proponitur, quod fœmina in iudicio alicuius cauſam agere loco procuratoris nequeant, id in regula ſecunda ſimili modo breuiter enunciatur, cum dicitur:* Fœminę ab omnibus officiis remotæ ſunt, & ideo procuratrices eſſe non poſſunt. *Et ſic de multis aliis.*

Tertiò proſunt ad deciſiones cauſarum. Semper enim pro regula eſt pronunciandum, niſi appareat & probetur exceptio, Bald. in c. 1. extra. de alionatione iud. mutandi cauſa facta. & in l. ſi tutor, in fine C. de ſer. pig. *dato man. & potior eſt cauſa, pro qua facit regula, cum aduerſarius fallentiam docere neceſſe habeat*, gloſſ. notab. in rub. extra de R. I. *Hinc eſt, quod DD. tradunt; eum habere fundatam intentionem, qui regulam iuris pro ſe habet; & regulæ ſtandum eſt, donec diuerſa regulæ circumſtantia probetur*, l. quoties. ff. ſi quis caution. l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. nō ierit. c. fin. extra de reſtit. ſpoliat. in 6. *in verbis;*

verbis; ſitque manifeſtum, niſi oſtendatur eas de iure communi ad Eccleſiam pertinere.

Quartò, magnũ habent vſum in diſputationibus: Ex regulis enim componimus ſyllogiſmos, perfectiſsimum diſputandi genus, quo nullum ad veritatem eruendam, & ad falſitatem detegendam, aptius & propinquius inuenitur, teſte Ariſtotele in priore analyticorum: Etenim, propoſitis duabus regulis, concludimus, quicquid probatum volumus; Vt, ſi quis probare vellet, quod non de neceſsitate verba requirantur in matrimonio contrahendo, ſed quod ſufficiat conſenſum declarari vel ſignis, vel indiciis, non opus habet per plurimas leges vagari, quæ in varios ſenſus diſtrahi poſſunt, cum duabus tantum regulis longè explicatius in hunc fermè modum idem dicere poſsit: Nuptias conſenſus, & non concubitus facit, l. nuptias. infra hoc titulo noſtro. *Sed conſenſus & voluntas non minus re, quàm verbis oſtenditur,* l. recuſari. ff. de acquir. hæred. *Ergo non tantum verbis conſenſum & animum, ſed & aliis modis declaraſſe ſufficit.*

Quintò ſunt velut promptuarium, ex quo maximam iuris ciuilis partem non tantum Doctoribus, ad doctrinæ exitum properantibus, quibus hæ regulæ oportunè in memoriam reuocant ea, de quibus diffuſè, variè & copioſè diſputatum fuit;

Verum etiam tyronibus, vaſtiſſimum ſtudii Iuris Oceanum ingredi volentibus, depromere licet. Cùm enim uniuerſum ius verſetur vel circa perſonas, vel circa res, vel actiones, §. fin. Inſtit. de iure naturali. l. 1. ff. de ſtatu hominum, *& quædam regulæ de perſonis, quo nimirum iure vtantur furioſi, quo muti, quo ſurdi, liberi, filijfamilias, quo ſerui, bonæ fidei & malæ fidei poſſeſſores, quo emptores, venditores, debitores, fideiuſſores: Quædam verò de rebus, vt ſunt ea, quæ oſtendunt, quid iuris ſit in toto & parte, quanta in rebus cautio, quid obtineat in rebus, quæ nullius in bonis ſunt, & quid in iis, quæ ſunt in alicuius dominio, tàm corporalibus, quàm incorporalibus: Quædam denique de actionibus loquantur, quibus definitur, quid ſit ius gladii, quæ poteſtas magiſtratus, quid ius actoris, procuratoris, rei, defenſoris, & quæ actio alia momentoſior, conſequens ſane eſt, maximam iuris ciuilis partem in his regulis contineri, & ex illis etiam, veluti ex diuite promptuario, depromi poſſe; maximè cum ex iure quod ſu*periobus tit. in ff. *ſpecialiter dictum eſt, vel ad factum reſponſum ſumantur. & rurſum ſe in omnes eius claſſes diſpergant & diffundant.*

Sextò, timidis adhuc ingeniis, & quæ non ſine periculo profundi iuris procellas ſubitura erant, viam & iter ſternunt, per quod pedetentim aſſue-

ſiunt

Digitized by Google

ſiunt difficilioribus, ne aliquo usq; progreſſi tyrones paruis facilè ſuccumbant tempeſtatibus, teſte Imp. noſtro in §. his igitur, Inſtitut. de iuſt. & iure. *Id quod primæ inſtitutioni accommodiſſimum, naturæq; conuenientiſſimum eſſe, Imp. noſter* in d. §. *& Ariſtoteles teſtantur, dum volunt, à primis principiis omnibus, & generalibus præceptis, cuius generis ſunt regulæ noſtræ, paulatim ad particularia, & ſic ad ſingulares & penitiores artis noſtræ receſſus, faciendum eſſe progreſſum, donec à generalibus ad particularia protracti, totius iuris notitiam & cognitionem adipiſcantur. Et hæc de vtilitatibus.*

Secundò ad inſcriptionem tituli quod attinet, inſcribitur ille hoc modo: De diuerſis regulis Juris antiqui. De diuerſis *inſcribitur vel dicitur, non ſimpliciter de R. I. quia diuerſarum materiarum axiomata & theſes complectitur; habet enim regulas de perſonis, vt ſunt* 2. 4. 5. *Habet item regulas, de rebus diſponentes vt ſunt* 112. 114. 150. *& ſimiles. Habet denique etiam regulas, de actionibus loquentes, vt ſunt* 15. 23. *28. quæ ſanè diuerſa ſunt. Aliud enim eſt loqui de perſonis, aliud de rebus, & aliud de actionibus. Deinde ſimpliciter additur* de Regulis, *non dicitur de omnibus Regulis Iuris, quia non omnes regulas iuris continet hic titulus, ſed quamplurimas. Primum enim illa in hoc tit. non habetur, quæ ait authore*

Vlpiano in l. Iurisgentium. in principio. & in §. 1. verſ. idem reſponſum eſt. ff. de pactis: *Ex pacto non naſci actionem. Secundò, nec illa, quæ dictitat, in rem ſuam tutorem authorem fieri non poſſe*, l. 1. ff. de author. tutor. *Tertiò nec ea, quam Modeſtinus* in l. ventri. ff. de tutor. & curator. *ponit, quæ dicitur*: Curatorem habenti quo minus alius tutor vel curator dari poſſit, regula iuris non eſt impedimento, *Quartò nec ea, quæ* in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis *habetur, quæ traditur, quemlibet iuri pro ſe introducto renunciare poſſe: & aliæ plures. Denique additur* iuris antiqui, *quia hæ regulæ ad ius antiquum pertinent, id eſt, ad illud ius, quod Iuliani, Papiniani, Pauli, Vlpiani, & aliorum Iuriſconſultorum tempore obſeruabatur, quod à Iuſtiniano noſtro Ius vetus, leges antiquæ, & Ius antiquum reſpectu Nouellarum conſtitutionum & aliarum ab ipſo Iuſtiniano latarum legum, non quod ſit obſoletum & vſu remotum, multis in locis appellatur, vt* in l. vnica. C. de emendat. l. 1. C. de vet. Iur. enucl. l. vlt. §. vlt. C. de acquir. poſſ. §. Igitur poſt 50. in procem. Inſtit. & hic in inſcriptione.

Tertiò continuatur hic titulus, & cohæret cum præcedentibus, hoc modo: Poſtquam hactenus dictum eſt ſpecialiter de omni iure Ciuili & prætorio, quod circa perſonas, res, vel actiones verſetur, §. fin.

fin. Inſtit. de iure naturali, l. 1. ff. de ſtatu hominum. *Sequuntur nunc de iiſdem traditiones ſeu definitiones. Nouum enim non eſt, vt ſpecialibus quibuſdam enumeratis, & explicatis, generalia quædam ſubiiciantur,* gl. hic & l. ſi ſeruus. §. inquit lex verſ. ſed non eſt nouum ff. ad l. Aquil. & facit tex. in c. qui ad agendum. de procurator. in 6. *Diſputant autem hoc loco DD. an rubricarum continuatio ſeu titulorum connexio ſit neceſſaria, an verò magis ornatus & decoris, quàm neceſſitatis gratia adhibeatur. Quod neceſſaria ſit tituli ad titulum continuatio, & materiarum ad materiam, receptior eſt & frequentiori DD. calculo confirmata opinio, teſtibus DD.* in rub. ff. ſolut. matrim. & in rub. ff. ſi cert. pet. in rub. Inſt. de action. *& Cagnolo* in princ. regularum Iuris. num. 1. per l. 2. ff. de ſtatu hominum, *in verbis*: Et his proximos atque coniunctos applicantes titulos. *Secundò* per l. cum de lanionis. §. aſinam molendinariam. ff. de fundo inſtructo: *in verbis*: Primis quibusque proxima copulata procedunt. *Tertiò, Imperator ipſe non modò præcipit illis, qui leges Codicis nobis hoc ordine digeſſerunt, vt materias congruis titulis conuenienter ſubdant,* §. quibus ſpecialiter. in prima conſtit. Codicis, *ſed oſtendit etiam, quod oporteat tractatus ſimiles ita diſponere, vt in con-*

Digitized by Google

continuo collocentur, l. 2. §. Quartus. C. de vet. iur. enucl.

Quartò, quia talis apta diſpoſitio & continuatio plurimum iuuat intellectum, *Bald.* in l. Gallus. in princip. ff. de lib. & poſth.

Quintò, quia ex ſerie titulorum, & Rubricarum continuatione & ordine in foro ducuntur firma argumenta, *Bart.* in l. 1. ff. de confir. tutor. *Eberh. late* in topicis in loco ab ordine rubricarum. *Quæ cum ita ſint, cumq; ll. præceptis nolentes volentes obtemperare cogamur*, per l. non dubium. C. de ll. *& verbum* oportet, *quo Imp. vtitur* in d. § quartus. l. 2. C de vet. iur. enucl. *neceſſitatem importet, dicendum ſane videtur, Rubricarum continuationem eſſe neceſſariam Sunt tamen alii DD. qui tantum decoris & ornatus gratia continuationem titulorum eſſe affirmant, ſubtiliter diſputantes, vt eſt Raphael Cumanus* in rub. ff. de noui oper. nunc. *Angel. Aret.* in inſcript. Inſtit. num. 12. *Vaconius à Vacuna* lib. 4. declarationum. declar. 51. *dicentes; Si neceſſario facienda eſt continuatio tituli ad titulum, & materiarum ad materiam, ſequitur quod iuſto ordine materiæ & tituli ſeſe inuicem ſequantur ſecundum ordinem ab Hermogene* in l. 2. ff. de ſtatu hominum, *præſcriptum & ab Imp. noſtro* in §. fin. Inſtit. de iure naturali, *promiſſum, vbi aiunt: Prius de perſonis dicemus,*

cemus, poſtea de cæteris, id eſt rebus & actionibus, & his proximos & coniunctos applicabimus titulos, id eſt, materiæ perſonarum ſubiiciemus titulos, ad Iura perſonarum pertinentes, ſic etiam rebus & actionibus. Sed illum ordinem compilatores Iuris ſecuti non ſunt, quia non proximos & coniunctos titulos titulo de ſtatu hominum applicarunt, ſicut fecit Imp. in Inſtit. *Ergo neceſſariò facienda non eſt. Secundò, accedit ratio, quod nulla ratio reddi poteſt, quamobrem magis vnus titulus, quàm alius ſit antepoſitus. Nam* in l. 22. Digeſt. *primum titulus* de probation. & præſumt. *ſecundò titulus* de fide inſtrumentorum, *tertio* de teſtibus. *At* in Codice *is ordo ſeruatus non eſt: Primum enim ponitur titulus* de probation. *ſecundo* de teſtibus, *tertiò* de fide inſtrumentorum. *Item* in ff. *poſt titulum* de teſtibus *ponitur titulus* de iuris & facti ignorantia: in Codice *verò ille titulus habetur* in 1. lib. *poſt tit.* de vet. Iur. enuc. *Ergo non neceſſariò facienda eſt continuatio. Tertiò, ſi neceſſario facienda eſt continuatio, ſequitur, quod aut Imp.* in Inſtit. *erravit, & Hermogenis ordinem ſequutus non ſit, aut compilatores* in ff. & C. *quia imp. & compilatores in ordine titulorum non conueniunt; Cum tamen utraque pars ordinem Hermogenis ſe ſecuturam promittat. Sed neutrum videtur aſſerendum; Ergo. Dicendum tamen videtur ſecundum Neotericos, quod*

cum

cum Iuſtinianus liberum reliquerit compoſitoribus Iuris, imitari conſtitutionem Codicis & Edictum perpetuũ, prout eis commodum viſum fuit, & materiæ ſimilitudo & cognatio poſtulauit, ut conſtat ex l. 1. & 2. C. de vet. Iure enucl. *non anxie admodum rationes continuandi inquirendas eſſe, cum rei natura, & materiarum amplitudo exquiſitum ordinem non admittat. Sufficiat igitur ſecundum Ciceronis praeceptum in lib. 6. de oratore; Ius noſtrum in genera digeſtum eſſe, eorumque ſpecies & membra ſigillatim explicata.*

Cæterùm huius commentarioli Methodũ quod attinet, perfacilis illa eſt, & quàm maxime dilucida. Nam in explicandis Regulis quatuor potiſſimùm obſervantur. Primò monſtratur, unde deſumpta ſit Regula, & qui textus, ſeu quænam Leges cum illa conueniant. Secundò ſpecies facti ponitur, qua Regula exemplis, itemque ampliationibus declaratur. Tertiò ſubiiciuntur fallentiæ. Quartò denique verborum explicatio, ſi obſcura forſitan ſunt, diverſasque habent lectiones, additur. Et hæc quidem quatuor ſi memoriæ probe inculcentur, quin maximas ingeniis creent vtilitates, dubium plane eſt nullum.

Quod ſupereſt, VIRI PRÆSTANTISSIMI, PATRONI CARISSIMI, *exponendum iam vobis eſt animi mei conſilium. Dum enim pectore anxius, cuinam Commentariolum hunc dicarem,*

verſo,

verſo, opportune vos ambo proceditis mihi obviã. Primùm enim vicinitatis iura tranſilire, neſas puto. Si enim aliquid mali propter vicinum malum, quod veteri dicitur prouerbio; cur non boni etiam aliquid propter vicinum bonum? Eſt enim & vicinitas quædam amicitiæ ſpecies, quæ ſæpenumero etiam fraternam ſuperat. Vnde natum Germanorum adagium: Præſens vicinus fratre præſtat procul hinc abſente:

Ein guter Nachbar an der Hand/
Iſt beſſer als ein Bruder vber Land.

Themiſtocles certe Athenienſis, cum prædium quoddam vendere vellet, hoc quoque præconem addere iuſſit; ὅτι καὶ ἀγαθοὺς ἔχει γείτονας, *hoc eſt*, quod vicinos haberet bonos: *quaſi vicinorum commendatione ceu ſuſpenſa hedera, futurum eſſet longe vendibilius: teſte Plutarcho in Apophtheg. & Eraſmo Roterodamo in prouerbiis, item Stobæo ſerm.35. Anton. in Meliſſ. part.2. Serm. 83. Quemadmodum enim, ſuffragante Plinio lib.* 18. *cap.* 5. Luna præcipuè mouet inferiora, non quod efficacior, ſed quia propior: Ita multum habet momenti ad res conficiendas vicinitas. *Prima igitur hæc dedicationis meæ, ad vos directa, cauſa eſt impulſiua.*

Secunda, cum veſtrum duo ſitis, & ipſa bipartita eſt. Prior te, LUCA; *poſterior te*, RHODI, *angit. Te quidem*, LVCA, *quod attinet, Pegaſeo*

liquore probe imbutum, & eleganti eruditione ornatum eſſe, oppido ſcio. TE *vero,* RHODI, *quis cœtum literarium, & communia ſtudia, eruditiſſimis ac vtiliſſimis libris, omni virium tuarum conatu iuuare neſcit? quis negat? In propatulo eſt officina tua, teſtis oculatus. Talibus igitur talia conueniunt, quin imò iure merito debentur. Dignum ſcilicet patella operculum.*

Excipite igitur, VIRI PRÆSTANTISSIMI, *æquis animis hoc leuidenſe meum munuſculum, & me inueterato iure, quo Patroni olim etiam libris contra Zoilorum æmulationes & morſus conquirebantur, vtentem, & ſic nihil noui parantem fauore veſtro proſequimini. Ita vos gratia ſua proſequatur, omnium dator bonorum, DEus opt. max. cuius vos præpotenti tutelæ veſtrosq; ex animo commendatos eſſe precor. Valete ex votis. Dabantur ex Muſæo meo, pridie Calend. April. Anno æræ Chriſtianæ M. DC. XXV.*

V. O. E A.

JOHANNES FLITNERUS,
Juris Studioſus, & Fori Francofurtenſis Procurator ordinarius.

PE-

PETRI WESENBECII ICTI CLARISSIMI,

COMMENTARIVS IN *Titulum Digeſtorum ultimum*

DE REGVLIS IVRIS.

SVMMARIA.

In Regulam primam.

1 Omnis diſputatio à definitione primum proficiſci debet.
2 Non tam rerum quam verborum vis inſpicienda.
3 Et quomodo id fieri poſſit.
4 Regula vnde dicatur.
5 Regula habet varias & multiplices pro ſubiecta materia & ratione qualitatis adiuncta ſignificationes
6 Regula generaliter pro ordine ſeu norma ſumitur, qua in vita & actionibus communibus, tanquam linea, ne à vero aberremus, vtimur.
7 Omnis lex, quæ regit & ordinem viuendi hominibus præſcribit, Regula dicitur.

8 *Monachorum & Clericorum ſtatuta cur regulæ, eorumq́ antiquiores cur Regulares appellentur.*

9 *Regula interdum etiam pro norma ſumitur, qua lineæ ducuntur.*

10 *Interdum quoque pro ſolemnitate.*

11 *Regula etiam capſam iunceam ſignificat, in qua incluſa olea torculares prælo ſubiiciuntur.*

12 *Regula quandoque per translationem accipitur pro breui narratione, vel rerum perceptione, vel pro breui & recta iuris explicatione.*

13 *Species regularum variæ. Alia enim eſt Canonica: alia Ciuilis. Alia iuridica, ſeu iuris: alia magiſtralis. Alia affirmatiua: alia negatiua. Alia tranſitiua: alia intranſitiua. Quarum deſcriptiones ſingulatim ibi inueniuntur: & numero 14. & 15. & 16.*

17 *Cauſa efficiens regulæ eſt ius ante determinatum & conſtitutum, ex quo illa oritur, quodq́ ante receptum & per ſingulas ſpecies obſeruatum eſt, breuiter & ſimpliciter tradit.*

18 *In parum occurrentibus & non determinatis caſibus regula ius conſtituit, & facit, vt, qui pro ſe regulam habet, rem certam & intentionem ſuam fundatam habere dicatur.*

19 *Regulam, quæ ius facit, intranſitiuam Doctores vocant, alteram vero tranſitiuam.*

20 *Regulæ forma continet requiſita, quorum primum eſt Breuitas.*

21 *Secundum requiſitum regulæ eſt Generalitas ſiue Vniuerſalitas.*

22 *Regula eſt quaſi cauſarum coniectio, per quam ius vel factum in cauſis dubiis coniicitur.*

23 *Regula habet exceptiones. Lex enim nulla tam eſt circumſcripta, quæ non interdum patiatur exceptionem, & nulla regula iuris, quæ non ſuas recipiat fallentias & limitationes.*

24 *Finis & vſus regularum.*

25 *Regulæ adfinia ſunt, Leges & Iura.*

26 *Regulæ pugnantia ſunt, Exceptiones, Limitationes vel Fallentiæ.*

27 *Omnes regulas ita accipere debemus, vt non perpetuò, ſed plerumq́ obtineant.*

28 *Verba regulæ in quatuor partes diſtribuuntur.*

Digitized by Google

29 Regula eſt breuis narratio ſ. u explicatio alicuius caſus Iuridici, ſeu materia Iuridicæ.
30 Ius non eſt ex regula, ſed ius ante d.t.rm natum & definitum conſtituit regulam.
31 Definitio regula Sabini.
32 Regula conſtituitur coniungendo rationem plurium caſuum, eandem rationem habentium.
33 Regula amittit vires ſuas per Exceptiones.
34 An Exceptio firmet regulam, an vero vitiet.
35 An Exceptio ſit de regula, id eſt, contineatur ſub regula, an vero contra regulam; Reſponſio Cagnoli.
36 An Exceptio declaret regulam, eiuſdem Cagnoli reſponſio.

REGVLA PRIMA.

Paulus.

Regula eſt, quæ rem, quæ eſt, breuiter enarrat: non vt ex Regula Ius ſumatur: ſed vt ex Iure, quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & (vt ait Sabinus,) quaſi cauſæ coniectio eſt, quæ ſimul, cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum.

QVod † Cicero lib. 1. officiorum monet, cum inquit: *Omnis, quæ de re aliqua ſuſcipitur diſputatio, à definitione proficiſci debet quo intelligatur id, de quo diſputatur.* Id Iuriſconſultus *in hoc tit.* imitandum ſtatuit, dum à definitione regulæ initium ſumit, & quid ſit regula, primo loco breuiter oſtendit. Hanc † igitur, cum magni momenti ſint definitiones, & eſſentiam rei & ſubſtantiam nobis proponant, nec 1 2

non, vt id, de quo diſputatur, plenius intelligatur; faciunt, quo rectius intelligere valeamus, non tam verborum quam rerum vim propius inſpiciamus
3 neceſſe eſt, *ſecundum l. ſcire leges ff. de LL.* Id † que fit, ſi vocabulum Regulæ methodice pertractatur,
4 & per locos vſitatos ducitur. Primum † itaq; quod attinet, dicitur Regula à regendo, quod recte du-
5 cit, nec aliorſum trahit. *c. regula diſt.* 3. Habetque † varias & multiplices pro ſubiecta materia & ratio-
6 ne qualitatis adiunctæ ſignificationes. Primo † enim & generaliter pro ordine ſeu norma ſumitur, qua in vita & actionibus commũibus, & humanorum negotiorum pertractatione tanquam linea, ne à vero aberremus, utimur, vt *probatur in d. c. regula,*
7 *diſt.* 3. Ex † qua generali ſignificatione omnis lex, quæ regit & ordinem viuendi hominibus præſcribit, Regula dicitur, vt *in l.* 2. *ff. de LL.* vbi inquit Iuriſcõſultus. *Lex eſt regula iuſtorum & iniuſtorum.* Hinc
8 † monachorum & clericorum ſtatuta regulæ; eorumque antiquiores Regulares etiamnum vocantur, quia viuunt ſecundum ſtatuta, quæ illis ſunt præſcripta, *c. quoniam. diſt.* 47. *& c. mulier. diſt.* 54. po-
9 nitur † etiam pro norma, qua lineæ ducuntur, Co-
10 lumella lib. 3. cap. 13. Item † pro ſolennitate, vt eſt *gl. in l. ſi certarum* §. *fin. in verbo regulam . ff. de teſtamento*
11 *mil.* Significat † etiam capſam iunceam, in qua incluſæ oleæ torcula es prælo ſubiiciuntur, teſtibus. Columella lib. 12. cap. 52. & Hotom. in *l. ſed addes*
12 19 §. *illud nobis videndum eſt.* 2. *ff. locati.* Denique † per translationem accipitur pro breui narratione, vel rerum perceptione, vel breui & recta Iuris explicatione, h. e. pro ſententia ex Iure deſumpta, quam dialectici *Maximam*, Medici vero *Aphoriſmum* vocare

are ſolent, vt hoc in loco, qua in ſignificatione hic
efinitur: Quod *Regula* ſit *quæ rem, quæ eſt, breuiter e-*
arrat. Species † Regularum variæ ſunt. Alia enim 13
icitur Canonica, quæ in Iure Canonico ſeu ponti-
icio extat, vt ſunt Regulæ iuris in 6. & aliæ. Alia
licitur Ciuilis, vt ſunt hæ noſtræ regulæ, quæ in Iu-
e Ciuili habentur & paſſim in textibus reperiun-
ur. II. Alia † dicitur Iuridica ſeu Iuris, vt ſunt quæ 14
n hoc titulo & alibi in iure continentur, Alia ma-
giſtralis, quæ non extat in corpore Iuris ſed ex ver-
is & mente legis à DD, qui & ipſi magiſtri vocan-
ur, extracta eſt, vt eſt hæc: *Contrariorum eſt eadem di-*
iplina, quod DD. ex mente *tex. in pri: Inſtit: de his qui*
unt ſui Iuris ſumpſerunt. Item illa, quam ex *tit. 7. de-*
ge Fuſia Can: extruunt: *Quicquid conceditur inter vi-*
os, multo magis concedendum eſt inter vltimas volunta-
s. *III.* Alia † eſt affirmatiua, quæ affirmat, alia ne- 15
atiua, quæ negat aliquid fieri poſſe aut debere, vt
Nemo plus iuris Item, *Omnis hæreditas.* Alia † dicitur 16
anſitiua, alia intrãſitiua. Trãſitiua eſt, quæ ius in ſe nõ
ontinet, ſed à regula ad ius fit tranſitus. *Intrãſitiua*
t, quæ immediate ius continet & à iure non di-
inguitur, nec fit tranſitus à regula ad ius, ſed regu-
& ius ſunt vnum & idem, vt teſtatur Decius *hic*
u. 5. Cag. *nu.* 19. Cauſa † efficiens eſt ius ante deter- 17
inatum & conſtitutum. Ex iure enim oritur Re-
ula quæ quod ante receptum & per ſingulas ſpe-
ies obſeruatum eſt generaliter & in vſum quale
, quo ad eius fieri poteſt, breuiter & ſimpliciter
adit, & quaſi per indicem exponit, & in breue co-
it, vt probatur ſic à DD. hoc loco; quamuis † in a-
is parum occurrentibus & non determinatis caſi-
us regula ius conſtituat, & facit vt qui pro ſe regu-

Iam habet, rem certam & intentionem ſuam fundatam habere dicatur, adeo vt etiam Iudex ex ea decidere poſſit, niſi diuerſa facti circumſtantia ſit
19 probata, *l. quoties. ff. ſi quis caution.* & † hanc regulam, quæ ius facit, intranſitiuam Dd. vocant alteram vero
20 tranſitiuam, Dec. *hic nu: 5. leg. nu: 19.* Forma † continet Requiſita. Quorum primum eſt Breuitas. Breuis enim debet eſſe regula, quo facilius comprehendi, & tenacius memoria conſeruari poſſit. Maxime enim commendatur breuitas, dummodo non inducat obſcuritatem, nec contingat, quod Horatius in arte poetica innuit, inquiens: *dum breuis eſſe volo obſcurus fio.* Obſcuritas enim reprehenditur
21 *l. Si legatario. §. fin. ff. de fideicom. libert.* Secunda † eſt generalitas ſeu vniuerſalitas. Generalis enim vel vniuerſalis Affirmatiua vel Negatiua debet eſſe regula, vt eſt Regula *in omnibus obligationibus* 14. Item *in omnibus cauſis* 69. Item *Nemo plus Iuris.* 55. *Nemo de domo ſua extrahi debet*, 103. vel indefinita quæ per interpretationem vniuerſali interdum æquipollet. Vt in l. 2. 3. vel denique alias plura ſignificans, vt in *l. fere quibuſcunque modis* 153. *& in l. plerumque fit* 205.
22 *& in l. fere in omnibus pænalibus.* 108. III. Eſtque † ſic quaſi cauſarum coniectio, per quam ius vel factum in cauſis dubiis coniiciemus, vt probatur hic in
23 verbis *eſt quaſi cauſæ coniectio.* IV. Vt † habeat exceptiones. Sicut enim nulla lex eſt tam circumſcripta, quæ non interdum patiatur exceptionem: Ita etiam nulla regula iuris eſt, quæ non ſuas recipiat fallentias & limitationes, vt probatur hic in verbo, *quæ ſimul cum in aliquo vitiata eſt*, & ab Euerhardo *in top. in loco ab Exceptione ad Regulam num. 15. & à cap. hic numero 25.* Vbi inquit, quod proprium regulæ ſit,

e ſit, habere fallentias, idque Viglius in hac lege
eſtatur, ob quod etiam Petrus Faber hic reprehen-
it Accurſij opinionem *in l. Omnis definitio*, in hoc
tulo. Vbi exempla regularum afferre conatur quæ
ulla exceptione evertantur. De † fine & vſu Re- 24
ularum ſupra in primo prolegomeno dictum eſt.
ffinia † ſunt leges & iura, teſte Petro Fabro hic. 25
ugnantia † ſunt Exceptiones, Limitationes vel 26
allentiæ. Eæ enim regulam vitiant, & vires eius
laudicare faciunt per tex. hic in verbo, *quæ ſimul
um in aliquo &c.* Etſi enim generales ſunt regulæ &
eneraliter, vt par eſt conceptæ, tamen non omnes
aſus comprehendunt, & ideo periculoſam in Iure
mnem definitionem i. regulam, Vlp. ait, eſſe. O-
nnes † itaq; regulas accipere ita debemus vt non 27
erpetuo ſed plerumque obtineant, idque & Iuriſ-
onſultus Paulus *in l. pen. §. etſi placet. ff. de V. O.* monet,
um *inquit: Iuris Regulam non in omnibus verã eſſe, & in
regula. ff. de Iuris & facti ign.* Vbi dicitur *Videamus i-
tur, in quibus ſpeciebus locum habeat.* Exceptiones i-
itur vitiant regulam, quod verum eſt in caſibus
xceptis. Firmant etiam regulam, ſcilicet in caſibus
on exceptis. *l. quæſitum. ff. de inſtrum. leg.* Sicut enim
egula in caſibus exceptis non obtinet, ſed fallit, ita
uicquid non excipitur remanet ſub diſpoſitione
egulæ, & firmat Regulam, *Bald. in l. omnes populi. ff.
e Iuſt. & Iure. Euerhard. in topicis ſuis. in loco ab exceptione
d regulam.* 1. cum ſeqq. Deniq; † quod verba regu- 28
æ attinet diſtribui ea poſſunt in 4. partes. In † qua- 29
um prima dicitur, quod regula ſit breuis narratio
eu explicatio alicuius caſus Iuridici ſeu materiæ
Iuridicæ in verbo: *Regula eſt, quæ rem quæ eſt i.* materiã
Iuris, caſum Iuridicum, de quo ſermo eſt breuiter

 enar-

enarrat, i. *breuiter recitat, explicat & cōplectitur.* Sicut eādē ob cauſam ſtatim in regula additur: *Per regulā*
30 *igitur breuis rerum narratio traditur.* In † ſecunda habetur cauſa efficiens regulæ. Oſtenditur n. quod ex regula non ſit ius, ſed ius ante determinatū & definitum conſtituat regulā in verbo: *Non vt ex regula ius ſumatur, ſed ex iure, quod eſt, regula fiat,* & ideo dicitur Regula Iuris, quia ſumitur ex iure, quod prius eſt, tanquam ex materia ſua: non quod ipſa ius faciat & introducat, ſed introductum recitet & narret. Sicut regula ligni vel ferri non facit ferrum vel lignum, ſed ex ligno & ferro tanquam ex præiacente materia efficitur. Neceſſe igitur eſt, materias illas, ferrum & lignum præcedere ad hoc, vt ex iis diſponatur regula. Et hoc verum eſt de regula tranſitiua,
31 ſecus de intrāſitiua, vt ſupra monui. In † tertia traditur definitio regulæ Sabini Iuriſconſulti, qui inquit: *Regula eſt quaſi cauſæ coniectio.* Sic enim malunt legere recentiores, quam coniunctio, vt Petrus Faber hic, Duar. *lib. 1. Diſp. cap. 46.* Hott. *lib. 2. Obſeruat. cap. 3.* Bernhardus VValtherus *lib. 1. Miſcellan. cap. 21.* Ioh. Ramus *in Ench. regul. ſuarum, in hac regula.* Vigelius hic. Alcia. *lib. 5. Parerg. cap. 7.* Id quod ab oratoribus & cauſidicis, quibus conjicere, eſt rem breuiter & ſummatim Iudici exponere, deſumptum eſt, quaſi diceres: *Regula eſt cauſæ coniectio*, i. breuis coactio, vel compendioſa ſeu ſummaria cauſæ expoſitio, vt cum longa oratio in Epitomen ſeu ſummam redigitur, Germ. Ein kurtzer Begriff. Accurſ. tamen, Harmenop. & alij legunt, Coniūnctio, quaſi ex varijs vna communis regula fiat & coniungatur: in qua ſententia etiam eſt Decius hic num. 10. qui dicit: Regula eſt coniunctio cauſæ, i. rationis. Regula

† enim

Digitized by Google

enim conſtituitur coniungendo rationem pluriū
ſuum,eandem rationem habentium,& ſic ratio-
s,quæ erant plures numero in quampluribus ca-
ous ad vnum per traditionem regulæ rediguntur.
lem ſentit & Cagnolus hic num. 23. Item Dyn. *in*
*oœm. Regular. Iuris Canon. num.*13.*&* 14. In † quarta 33
citur,quod per exceptiones amittat ſuas vires re-
ıla,in verbo, *quæſimul &c.* Quærunt † autem hoc 34
co Dd. I. An exceptio firmet regulam,an verò vi-
et, de quo in pugnantibus dixi. II. An † exceptio 35
de regula, id eſt, contineatur ſub regula, an verò
ontra regulam, & reſpondet Cag. hic num. 78. q
de regula, & quod ſit cōtra regulam, diuerſo ta-
en reſpectu. De regula eſt exceptio, quantum ad
neralitatem & proprietatem verborum attinet,
ıæ in ea proferuntur vniuerſaliter vel indefinitè:
ontra regulam eſt ſi ius, determinationem,officiū,
ſpoſitionem regulæ conſideremus. III. Quærunt, 36
An exceptio declaret regulam,& reſpondet Cag.
c num.32.& Dyn. num. 10. quod ſic, quando ſcil.
rba regulæ ſeu concluſionis non repugnant, nec
fragātur, ſed generalia ſunt, & intelligentiam ta-
m patiuntur: tunc enim declarant & reſtringunt
gulam, vt, ſi dico, legata ipſi fuit omnis penus,
æter vinum, quod Romæ erat: hic per exceptio-
em declaratur & reſtringitur regula ad penum,
uæ Romæ ſaltem erat.

SVMMARIA.

In L. Fœminæ.

Regula hæc duas habet partes, in quarū I. agitur de fœminis, in II. de impuberib. & ... ue ll. cū illa cōueniāt, commemoratur.
Fœminæ ad adminiſtrationem ciuilium & publicorum officiorum ſeu munerum admitti non debent.

3 Officiorum publicorum deſcriptio. Officium priuati hominis, ex quo commodum peruenit ad omnes ciues & ſingulos.

4 Munera patrimonialia ſunt, in quibus ſumtus maxime poſtulantur, quæque ſumptibus patrimonij & damno adminiſtrantis expediuntur.

5 Horum quædam poſſeſſoribus iniunguntur, ſiue municipes ſint, ſiue non ſint, vt viarum munitiones, collationes prædiorum, aliaq; contributiones.

6 Quædam vero non niſi municipibus vel incolis iniunguntur vt exactio tributorum.

7 Munera mixta ſunt, quæ perſonæ iniunguntur, & in labore perſonæ conſiſtunt, ſed propter rem & perſonam imponuntur, vt opera ruſticorum.

8 Munera perſonalia, quæ & corporalia ſunt, quæ cum corporis labore & ſolicitudine animi, & vigilantia principaliter peraguntur. Et hæc quidem rurſus ſunt duplicia: Publica & Priuata, num. 9.

10 Publica munera ſunt, quæ in adminiſtranda Republica vel cum dignitatis titulo vel ſine titulo ſubimus.

11 Priuata munera ſunt, quæ ad priuatos pertinent.

12 Fœminæ ob quatuor potiſſimum Cauſas officia publica gerere non poſſunt, nec debent.

13 Ob honeſtatem, quæ non patitur, vt fœminæ virorum cœtibus ſeſe immiſceant.

14 Ob fragilitatẽ conſilij, & lubrica vota, quia plerunq; ter in hora mutantur.

15 Ob pericula quia rem ſub ſecreto tenere nullo modo poſſunt.

16 Fœminæ etiam ideo ab officijs publicis arcentur, quia moribus antiquis & veteri conſuetudine ita eſt receptum.

17 Fœminæ Iudicis perſonam gerere non debent, nec poſſunt. Ratio, quia iudicare eſt munus publicum: quemadmodum nec arbitrium ſuſcipere poſſunt.

18 Quod tamen quatuor modis fallit. Primo, ſi conſuetudo eſt in contrarium. Secundo, ſi Iure ſucceſſionis vel hæreditario ei competit. Tertio, ſi priuilegio principis id facere permittitur. Quarto, ſi ſtatuto aliud eſt introductum.

19 Fœminæ Magiſtratum gerere non poſſunt. Ratio, quia magiſtratum gerere, eſt habere dignitatem & ordinariam Iuriſdictionem, quam tenere fœminæ non poſſunt.

20 Fœminæ tales dignitates, quæ adiunctam habent adminiſtrationẽ, gerere non poſſunt, ſecus, ſi nullam habent adminiſtrationem.

Digitized by Google

tionē quæ in effectu nil eſt aliud, quā nobilitas quadā, quæ fœminis vel ex perſona patris, vel ex perſona mariti competit.

21 Limitatur exemplum hoc in iiſdem caſibus, in quibus præcedens, niſi vel conſuetudo, priuilegium Principis, ſtatutum vel ius ſucceſſionis aliter ſuadeat.

22 Fallit etiam in Abbatiſſa, quæ dicitur habere dignitatem cum adminiſtratione.

23 Fœminæ poſtulare non poſſunt, quia remotum eſt à pudore ſexus fœminei, & quia virile mūus ē alteri patrocinari.

24 Telemachi apud Homerum exemplum

25 Poſtulare eſt, deſiderium ſuum, vel amici ſui in iudicio apud eum, qui Iuriſdictioni præeſt, exponere vel alterius deſiderio contradicere, id eſt aduocatum eſſe, patronum eſſe, cauſas agere, aduocationem præſtare.

26 Fallit, quando pro ſe poſtulare intendunt, tunc enim non prohibentur. Quamuis et iure Sax. poſtulare illis prohibitū ſit.

27 Fallit item, quando pro pupillis poſtulare vult mater auia, quod tamen in tutela procedit, ſecus in aliis.

28 Fallit etiam in negotijs extra iudicium.

29 Fœminæ pro alio interuenire non poſſunt. Ratio 1. ne muliebrīs ſexus, fragilis & imbecillis, maritalibus facile blanditiis in fraudem ad ſponſionis onus ſuſcipiendum alliciatur. 2. quia virile eſt officium.

30 Interuenire pro alio, quid ſit, & eius exemplum.

31 Fallit exemplum primò, ſi mulier renunciauit Senatuſconſulto Velleiano, tunc enim fideiuſſio mulieris pro alio facta valet.

32 Fallit ſecundò in muliere, quæ in dolo reperitur.

33 Fallit tertiò ſi mulier promittit pro alia muliere dotem.

34 Fallit quartò, ſi precium accepit pro interceſſione.

35 Fallit quintò, ſi in rem propriam interuenit, vt, ſi pro eo fidem interpoſuit, cui erat obnoxia.

36 Fallit ſextò, ſi pro eo interceſſit, cui ſucceſſit in hæreditate.

37 Fallit ſeptimò, ſi poſt bienniū ab interceſſione iterū ſeſe obligat, & pignora dat, quia tum ō videtur, id leuitate quadā feciſſe.

38 Fœminæ procuratrices exiſtere non poſſunt. 1. quia eſt virile officium. 2. quia ſit quadam interceſſio in procuratore Iudiciali in quibus mulieres non cenſentur idoneæ.

39 Procuratores & Aduocati, Poſtulare & Procurare, quomodo differant. Procurator quis dicatur.

40 Fallit primò, vt mulieres procurare poſſint, ſi cauſam ſuam agant.

41 Fallit

41 *Fallit ſecundo, quando pro parentibus & liberis agunt, nec quenquam praſto habent, qui eorum nomine agat. Ad quod tamen iure Saxonico ſimiliter non admittuntur.*

42 *Fallit tertio, quando extra iudicium cauſas agunt.*

43 *Sunt tamen multo etiam plura Exempla & Officia publica & ciuilia, à quibus fœminæ remouentur, & multo etiam plures caſus, in quibus fœminæ deterioris ſunt conditionis, quam maſculi.*

44 *Sicut fœminæ in pluribus caſibus deterioris ſunt conditionis ipſis maſculis, ita & è contrario in multis caſibus, melioris ſunt conditionis ipſis maſculis.*

45 *Caſus, in quibus ſimilis eſt fœminarum & maſculorum conditio.*

REGVLA II.

Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt: & ideò nec Iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices exiſtere.

Regula † hæc, quæ deſumpta eſt ex lib. 1. Iuris-
1 conſulti Ulp. ad Sabin. duas habet partes: in quarum prima agitur de fæminis: In ſecunda vero de Impuberibus, cum prima parte conueniunt *l. cum prætor § moribus, ff. de Iudic.* Ubi dicitur: *Receptum eſt &c.* & *l. 1. § 1. ff. ad SCtum Vell.* Vbi dicitur. *Moribus &c. l. fin. C. de arbit. c. dilecti filij ex. de arbit. & l. 10. ff. de ſtatu hominum.* Et † docet breuiter: Quod fæmi-
2 næ ad adminiſtrationem ciuilium & publicorum officiorum ſeu munerum admitti non debeant, ſed quod procul ab eiuſmodi officiis arcendæ & propul-

opulſandæ veniant. Sunt † autem publica offi- 3
a, quæ & ciuilia appellantur, *in l. vlt. §. hac omnia, de muner. & honor.* Officium priuati hominis, ex uo commodum peruenit ad omnes ciues & ſinulos, & ad rem eorum tàm publicam quàm priuam, imperio magiſtratus extra ordinem, id eſt, iuente extra ordinem magiſtratu, vt quis officium ıbeat, *l. pupillus §. munus publicum ff. de verb. ſignificat.* untque triplicia munera, publica, patrimonialia, uæ & realia dicuntur, mixta, & perſonalia, *l. vltim. princip. ff. de muner. & honor.* Patrimonialia † ſunt, 4
quibus ſumtus maximè poſtulantur, quæque mtibus patrimonij & damno adminiſtrantis exdiuntur, *l. 1. §. patrimonialia, & l. final. §. 1. ff. de mun. hon.* Et † horum quædam poſſeſſorib. iniungun- 5
r, ſiue municipes ſint, ſiue non ſint, vt viarum unitiones, collationes prædiorum; aliæque conibutiones, *d. l. final. §. patrimoniorum ff. de muner. & nor.* Als da ſind Zinß / die man von Gütern giebt/ er ſonſten onera, quæ rebus & poſſeſſionibus inmbunt. Quædam † verò non niſi municipibus 6
el incolis iniunguntur, vt exactio tributorum, *l. 3. exactio, l. final. §. patrimoniorum ff. de muner. & honor.* de his oneribus publicis ſeu ciuilibus hæc noſtra x non loquitur. Illa enim ſubire coguntur mulies, *l. reſcripto §. fin. ff. de muner. & honor. & l. 1. C. de muerib. in quo loco munera ſexui congruentia & honores agoſcant, lib. 10.* vbi dicitur: *Patrimoij verò munera neceſeſt mulieres in iis locis, in quib. poſſident, ſuſtinere.* Mixa † ſunt, quæ perſonæ iniunguntur, & in labore 7
perſonæ conſiſtunt, ſed propter rem & perſonam mponuntur, vt opera ruſticorum, Ger. die Frohne/ *fin. §. mixta ff. de mun. & honor.* & de his ſimili modo

non

8 non intelligenda eſt regula noſtra. Perſonalia † vero, quæ & corporalia, *in l. 3. §. corporalia. ff. de muner. & honor.* vocantur, ſunt quæ cũ corporis labore, & ſollicitudine animi, & vigilantia principaliter peraguntur, *l. 1. §. illud & l. vlt. in princ. ff. de mun. & honor.* Vt ſunt eſſe conſulem, Senatorem, Cenſorem, Legatum, ædilem, Syndicum, quæſtorem, tutorem, curatorem, ſcribam, arbitrum, lictorem, æditurum, defenſorem ciuitatis &c. *quæ omnia in l. 1. & vlt. ff. de*
9 *munerib. & honor. ordine* recenſentur. Suntque † du-
10 plicia: Publica & priuata. Publica † quæ in adminiſtranda Republica, vel cum dignitatis titulo, vel ſine titulo ſubimus *l. hoc ff. eodem,* Vt, eſſe iudicem, eſ-
11 ſe conſulem. Priuata † ſunt quæ ad priuatos pertinent vt procuratorem eſſe &c. Et ab his ciuilibus officiis perſonalib. ſeu corporalibus fœminę remotæ ſunt, id eſt, arceri debent *l. & quod ad originem. §. corporalia ff. eodem.* Vbi dicitur; *Corporalia munera fæminis ipſe ſexus derogat, quo minus & honores & munera*
12 *ipſis iniungantur.* Hæc † igitur officia non gerere debent, nec poſſunt fæminæ, pp. 4. potiſſimum cauſas, quas Bald. refert, *in l. quoties C. de ſuis & legit. num.*
13 7. I. † propter honeſtatem, quæ non patitur, vt fæ-
14 minæ virorum cœtui ſeſe immiſceant. II. † propter fragilitatem conſilii & lubrica vota: ter ſiquidem
15 in hora mutantur. III. † propter pericula, quia rem
16 ſub ſecreto tenere non poſſunt. IV. † Quia morib. & conſuetudine ita receptum eſt, *l. cum prætor §. fin. ff. de Iudic.* Cagnolus *hic num.* 3. Ioh. Ramus *lib. 2. Euchyridij ſui axiomate* 50. vt præcedentia melius intelligantur, & manifeſtiora fiant, ſubiicit Iuriſconſultus hic aliquot publicorum & ciuilium officiorum, à quorũ adminiſtratione fœminæ ſe abſtinere debent

ebent exempla: Quorum † primum eſt, quod Iu- 17
ices eſſe non poſſunt, vt probatur hic in verbo *&*
eo nec Iudices &c. Fæminæ enim Iudicis perſonam
erere non debent nec poſſunt. Ratio eſt, quia Iu-
icare eſt munus publicum, vt probatur *in l. qui iu-
rare. ff. de iudic.* Eodem modo nec arbitrium ſuſci-
ere poſſunt *l. fin. C. de arbit.* quia arbitrium ſuſcipe-
e, eſt iudicem agere. Sed iudicem agere non poteſt
fæmina, vt modo probatum eſt, ergo. Fallit † I. ſi 18
conſuetudo eſt in contrarium: tunc enim mulier
iudicare poteſt *c. dilecti filij. extra. de arbit.* II. Si iure
ſucceſſionis vel hæreditario ei competit, vt in An-
glia & alibi, Bart. *hac. l. per. l. fin. C. de arbit.* III. Fallit, ſi
priuilegio principis id facere permittitur, Bart. hic
& gl. *in. l. 1. C. de mulierib.* & in quo loco lib. 10. Cag.
hic nu. 4. Dec. *nu.* 3. 4. 5. IV. Si ſtatuto aliud eſt in-
troductum quia conſuetudo & ſtatutum à pari
procedunt, vt notatur *in l. de quibus ff. de ll.*

(Nec magiſtratum gerere,)

Secundum † exemplum eſt, quod fæminæ ma- 19
giſtratum gerere non poſſint. Inquit enim Vlp. hic,
nec magiſtratum gerere. Ratio eſt, quia magiſtratum
gerere, eſt habere dignitatem & ordinariam Iuris-
dictionem, quam tenere non poſſunt fæminæ, *l. ho-
nor ff. de muner. & honor.* II. Eſt quoq; publicum mu-
nus, à quo arcenda fæmina venit, vt probatur *hic &
in l. & originem §. corporalia. ff. eod. & in l. amiſſione. §. fin.
cum l. ſeq. ff. de cap. diminution.* Et hoc de ordinario ma-
giſtratu. Verum exauditur, vt diſtinguatur hoc ex-
emplum à ſuperiore, vt teſtatur hic Cag. *nu.* 3. Item
de tali dignitate quæ adiunctam habet admini-
ſtratio-

Digitized by Google

ſtrationem & iuriſdictionem, vt, eſſe Comitem,
20 Principem, Regem, Ducem, Baronem, &c. Tales † enim dignitates, quæ adiunctam habent adminiſtrationem, gerere non poſſunt fœminæ, ſecus eſt, ſi nullam habet adminiſtrationem, quæ in effectu nihil eſt aliud, quàm nobilitas quædam, quæ fœminis vel ex perſona patris, vel ex perſona mariti competit: Illa enim habere poſſunt, vt probatur *in l.1.C.de mulierib: & in quo loco & in l.fœmina* 8. *ff. de Senat. r. & in l.mulieres* 13. *C. de dignitat. lib.XII.* Limita-
21 tur † hoc exemplum ferè in iiſdem caſibus, in quibus præcedens, niſi vel conſuetudo, priuilegium principis, ſtatutum, vel ius ſucceſſionis aliter ſua-
22 deat & doceat, Bart. *hic* & Dec. *numer.6.* Fallit † inſuper etiam in Abbatiſſa, quæ dicitur habere dignitatem cum adminiſtratione, vt notat Bart. *in l.1. C. de dignitat. lib.X. & l.1. C.de mulieribus.*

(Nec poſtulare,)

23 Tertium † exemplum eſt, quod fœminæ poſtulare non poſſunt, vt probatur *hic & in l.1.§. ſecundo loco, verſ. ſexum ff. de poſtul.* Ratio eſt, quia remotum eſt à pudore ſexus fœminei, vt ibidem probatur, cum dicitur: *Neque pudicitiam ſexui congruentem alienis cauſis ſeſe immiſceant.* II. Quia eſt virile munus, alteri patrocinari, vt probatur *in d.l.1. in verbo, ne virilibus officiantur muneribus mulieres, & in l.alienam C. de procurator. l.non diſtinguemus* §.1. *ff.de arbit. in l.neque ff. de Iniur.* §. *patitur Iuſtitia, eod.* Officia autem publica & ciuilia virorum ſunt, non mulierum, vt proba-
24 tur *hic & l.1. C. quando mulier tutelæ off.* Vnde † & Telemachus apud Homerum arcet matrem à con-

cione

Digitized by Google

ctione, inquiens orationem viris curæ eſſe debere, & Paulus in 1. Cor. 14. ait: *Turpe eſt mulierib. in cœtu verba facere.* Et ideo nec pro liberis in judicio poſtulare poſſunt, ut probatur *in l. alienam C. de procurator.* Eſt † autem poſtulare teſte *l. 1. §. poſtulare ff. de poſtul.* deſiderium ſuum vel amici ſui in judicio apud eum, qui Jurisdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere i. advocatum eſſe, patronum eſſe cauſarum, cauſas agere, in foro aduocationem præſtare *l. 2. C. de aduoc. diuerſ. Iud.* 25
Fallit † hoc exemplum I. Quando pro ſe poſtulare intendunt, tunc enim non prohibentur. *l. 1. §. fin. ff. de poſtul.* Quamuis Jure Saxonico etiam pro ſe non poſſint poſtulare ſine curatore litis, Chil. Königk *in proceſſu ſuo cap. 2. per art. 44. & 46. lib. 1.* Landrecht II. † Fallit, quando pro pupillis poſtulare vult mater auia, ut probatur *in §. conſequens Inſtitut. de ſuſpect. tutor.* Et hoc tamen in tutela procedit, ſecus in aliis III. † Fallit in negociis extra judicium, *l. qui aliena. §. quanquam D. De. neg. geſt.* 26 27 28

(Nec pro alio interuenire.)

Quartum † exemplum eſt, quod fœminæ pro alio interuenire non poſſint. Sic enim inquit Juriſconſultus hic: *nec pro alio intervenire:* Id quod & *in l. 2. C. ad SCtum Vell. & in l. 2. §. fin. ff. eod. tit.* demonſtratur. Ratio eſt, ne muliebris ſexus, fragilis & imbecillis, maritalib. facilè blanditiis in fraudem ad ſponſionis onus ſuſcipiendum alliciatur. Spondere enim initio leue uidetur, utpote cum ſolam voluntatem ſponſio, nullam autem pecuniæ præſtationem requirat, ut non difficulter ad id, veluti ad bonorum oppignorationem, infirmus 29

muliebris animus perduci poſſit, ut probatur *in §. 1. Inſtitut. quibus alien. non licet.* II. Quia virile eſt officium. Sicut igitur moribus virilia officia ademta ſunt fœminis, propter pudorem ſexus: Ita multo magis adimendum eis fuit id officium, in quo non ſola opera & nudum miniſterium ſed etiam periculum rei familiaris verſatur, *l. 1. ff. ad SCtum Vell.*
30 Eſt † autem Interuenire pro alio, ſeſe pro eo obligare, quibuscunq; etiam id fiat modis. Senatusconſulto enim Velleiano omnis contractus comprehenditur, ſiue verbis, ſiue Re, ſiue quocunque alio modo intercedant, alieno ſuo periculo ſuſcipientes debitionem *l. 2. §. fin. l. quamuis §. ſi mulier ff. ad SCtum Vell.* In omnibus enim illis prohibentur pro aliis ſe obſtringere. Quamuis non tam beneficium obligandi illis adimatur, quàm proter ſexus imbecillitatem obligatis & dereptis ſubueniatur,
31 *l. 2. ff. ad Senatusconſultum Velleianum.* Fallit † hoc exemplum I. ſi mulier renunciavit Senatusconſulto Velleiano, tunc enim fideiuſſio mulieris pro alio facta valet, *l. ſi mulier C. ad Senatusconſultum Vel-*
32 *leianum.* II. Fallit † in muliere, quæ in dolo reperitur i. quæ decipit Deceptis enim non decipientibus Lex opitulatur. *l. 2. C. ad Senatusconſultum Vel-*
33 *leianum & l. in eo. §. mulier ff. eodem titulo.* III. Si † mulier promittit pro alia muliere dotem: ceſſat enim Senatusconſultum propter fauorem dotis, *l. ſi dotare. C. ad Senatusconſultum Velleianum.* IV.
34 Fallit † ſi precium accepit pro interceſſione, *l. an-*
35 *tiqua C. ad Senatusconſultum Velleianum.* V. Si † in rem propriam interuenit, vt ſi pro eo fidem interpoſuit, cui erat obnoxia *l. aliquando ff. ad Senatusconſultum*
36 *Velleianum, & l 2. in fine C. eodem.* VI. Si † pro eo interceſſit

rceſſit, cui ſucceſſit in hæreditate, *l. quamuis § pla-e ff. ad Senatuſconſultum Velleianum.* VII. Si † poſt bi- 37
nnium ab interceſſione iterum ſeſe obligat & pi-
nora dat, quia tum non videtur id leuitate qua-
am feciſſe, *l. ſi mulier C. ad Senatuſconſultum Velleia-um.* Plura vide e poteſtis *in ff. & C. ad Senatuſconſul-tm Velleianum.* Item apud Ang. *in §. item ſi in iudicio um. 19. cum ſeqq. Inſtit. de except.* vbi latè perſequitur
materiam Senatuſconſulti Velleiani, *item gl. in l. 1. ad SCtum Vell. & gl. in l. fin. C. eod. tit.*

(Nec procuratrices exiſtere.)

Quintum † exemplum eſt, quod fœminæ pro- 38
uratrices exiſtere non poſſint, inquit n. tex. *Nec pro-ratrices exiſtere*, idem probatur & in *l. neq; fœmina ff. procurat.* Ratio I. eſt, quia eſt virile officium & ali-
ium à pudore ſexus fœminei, *l. alienam C. de procur.*
. Quia fit quædam interceſſio in procuratore iu-
ciali, in quibus mulieres nõ cenſentur idoneæ, vt
præcedentibus dictum eſt. Differunt † autem 39
ocuratores & Aduocati, item poſtulare & procu-
re, quia poſtulare eſt officium publicum, vt ſupra
monſtratum eſt, procurare verò magis priuatum
probatur *in tit. de procurat.* Sic Procurator dicitur
ſtor, quia aliena negotia mandato domini admi-
ſtrat *l. 1. ff. de procurat.* & poteſt eſſe infamis perſo-
a, teſte gloſſa & DD. *in l. 2. §. hoc edicto ff. de poſtulat.*
duocatus verò eſt is, qui in conſilium adhibetur,
c eſt infamis., ſiquidem ad poſtulandum infa-
es non admittuntur, *iuxta c. infamibus de R. I. in 6.*
allit † hoc exẽplum in plurib. I. n. procurare poſ- 40
nt, ſi cauſã ſuã agãt, *l. 4. C. de proc.* II. quãdo pro pa- 41

Digitized by Google

rentibus & liberis agunt, nec quempiam præſto habent, qui eorum nomine agat, *l. fœminas ff de procurator.* Quamuis jure Saxonico nec in his quidem caſibus admittantur, ſiquidem eo jure legitimam perſonam ſtandi in judicio non habent, ſed coguntur habere curatorem litis, Landtr. *lib.* 1. *art.* 45. Weſeb. *in tit. de procurator. num.* 4. *verſ. fœmina*
42 *quoq;.* III. Fallit † quando extra judicium cauſas agunt. Nam in judicio procurare non poſſe non dubitatur *l. Idemq;* §. *ſi cui. ff. mandati.* Plures limitationes videre poteſtis apud Spec. *in tit. de procurator.* §. 1. & apud Decium *hic nu.* 15. *cum ſeqq.* Et hæc ſunt exempla, quibus prima pars regulæ declaratur, & ex quibus apparet, deterioris eſſe conditionis fœminas, quam maſculos, *ſecundum l.*
43 *in multis* 10. *ff. de ſtatu hominum.* Quamuis † multo plura exempla & officia publica & ciuilia ſint, à quibus fœminæ remouentur, & multo etiam plures caſus, in quibus fœminæ ſint deterioris conditionis, quàm maſculi quos videre poteſtis hic apud Decium *& gl. in l. in multis.* 10. *ff. de ſtatu hominum*
44 apud Spec. *in tit. de procurat.* §. 1. *nu.* 2. Et † ſicut fœminæ in quamplurimis caſibus deterioris ſunt conditionis ipſis maſculis, ut in præcedentibus probáuimus, Ita & è contrario in multis caſibus melioris conditionis ſunt ipſis maſculis, vt videre poteſtis apud Decium hic *nu.* 70. *cum ſeqq. & apud*
45 *Spec. in d. tit. de procurator.* §. 1. *nu.* 3. Sunt † etiam caſus, in quibus ſimilis eſt fœminarum & maſculorum conditio, quas numerat Spec. *in d. tit. de procurator.* §. 1. *num.* 3. *verſ. porro quandoq; ſimilis eſt.*

SUM-

SUMMARIA.

In §. Item impuberes.

uberes ſimili modo, ſicuti fœminæ, ab omnibus ciuilibus officiis ſe abſtinere debent.

as impuberum, quicquid videt, ignorat & fragile vel infirmum potius eorum eſt iudicium.

idem cum primo ſummario tenoris.

uberes fœminæ ſunt quæ nondum 12. annum egreſſæ ſunt: maſculi verò, qui nondum 14.

ub res iudices eſſe non poſſunt, nec magiſtratum gerere, vel alium honorem habere.

uti nec pro alio poſtulare.

pro alio intercedere vel fideiubere, quia eorum conſenſus infirmus & imperfectus eſt.

c Procuratores eſſe poſſunt, quia legitimam perſonam ſtandi in iudicio non habent.

§. Item impuberes.

impuberes ab omnibus officiis ciuilibus debent abſtinere.

ars † legis loquitur de Impuberibus, & vult, 1
impuberes, ſimili modo, ſicuti fœminæ ab
bus ciuilibus officiis ſe abſtinere debeant,
† prima eſt, quia ætas eorum, quicquid vi- 2
gnorat, l. 1. §. impubes C. de falſa moneta.
ia fragile & infirmum, vel potius nullum eſt
eorum iudicium §. *præterea. Inſtit. quibus non miſſum facere teſtamentum, & l. cum prætor. §. pe. ff. de iudiciis.* III. Quia & ipſi aliorum auxilio
ent, ut probatur *in §. Item maior. 70. verſ. qua tutione cauetur. Inſtit. de excuſat. tutor.* Pericu-
n igitur & inciuile valde eſſet eos ad res
ublicè vel priuatim adminiſtrandas adhiberi,
pſi aliorum auxilio indigerent & nihil intelli-
it, §. *item maior Inſtit. de excuſ. tutor.* Merito igi- 3
B tur

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANU

Digitized by Google

tur ab omnibus ciuilibus atq; publicis officijs, in
quibus prudentia, ſapiẽtia, dexteritate intellectus,
iudicio, experientia, & vſu multarum rerum opus,
quibus omnibus deſtituũtur impuberes, arcentur
4 & remouentur. Vocamus † autem impuberes fœ-
minas nondum XII. annum egreſſas, maſculos ve-
rò nondum XIV. annum egreſſos, quod probatur
5 *in prin. Inſtit. quibus modis tut. fin.* Primum † igitur Iu-
dices eſſe non poſſunt. II. Magiſtratum gerere ne-
queunt, vel alium honorem habere, *l. ad Rempublic.*
8. *ff. de muner. & honor. & l. 2. ff. de iure immunit.* vbi in-
quit Vlpian. *Impuberem etiam neceſſitas penuriæ homi-*
6 *nẽ cogat ad honores non eſſe admittendum.* III. Pro † alio
poſtulare non poſſunt, *l. 1. § pueritia, ff. de poſtul & §.*
fin. Inſtit. quibus ex cauſ. manumitt. § impuberes, Inſtit. de
7 *ſuſp. tutor.* IV. Pro † alio intercedere vel fidejubere
nõ poſſunt, quia eorum conſenſus infirmus & im-
perfectus eſt, ac multorum inſidijs captionibusq́;
obnoxius, *l. 1. ff. de minor.* Tutore tamen authore ſi-
cut alios contractus rectè contrahunt, *l. vlt. & c. de*
author. tutor. Ita etiam rectè fidejubent, quanquam
pro idoneis fidejuſſoribus non habeantur, *l. de die,*
§. 1. ff. qui ſatiſd. cog. & ratio eſt, quia reſtitutio in in-
tegrum illis datur, *l. ait Prætor 9. § non ſolum ff. de min.*
8 *l. ſi filius ff. de fideiuſ.* V. Procuratores † eſſe non poſ-
ſunt, ſiquidem legitimam perſonam ſtandi
in judicio non habent, *l. 1. & 2. C. qui*
legitim. perſon. ſtandi.

SVMMA-

SVMMARIA.

In L. Ejus eſt nolle.

1 *Cum hac regula aliquot leges conueniunt, & quaenam ſint illa.*
2 *Is propriè dicitur habere nolle, qui prius velle, id eſt, poſſe habuit. Qui dicitur volens, qui non poteſt facere, non bene dicitur nolle facere. Priuatio ſemper praeſupponit habitum.*
3 *Regula haec procedit primo in vltimis voluntatibus, Secundo in contractibus, Tertio in iudicijs. In vltimis voluntatibus, cuius aliquot dantur exempla.*
4 *Regula haec in iudicijs procedit, quia eius eſt actionem denegare, & ſic nolle accipere actionem, qui dare poteſt, id eſt, qui velle habet.*
5 *Quemadmodum & in contractibus locum habet, quia, qui eſt ſui iuris & habilis, poteſt ſi vult cum aliquo contrahere, poteſt etiam non contrahere.*
6 *Fallit regula haec primo in administratoribus rerum alienarum tàm priuatis quàm publicis.*
Ibid. *Tutor, Curator, Syndicus, & ſimiles adminiſtratores poſſunt quidem vel habent velle, ſed nolle non habent.*
7 *Tutor bonorum poſſeſſionem nomine pupilli agnoſcere poteſt, ſed repudiare non poteſt.*
8 *Fallit regula ſecundo in Domino, qui, ſi ſeruo delatum eſt legatum, ſolus id repudiare poteſt, etiam ſine conſenſu ſerui, ſed agnoſcere legatum ſine ſerui conſenſu non poteſt.*
9 *Fallit tertio in contractu perfecto & conſummato. Ante contractum factum qui poteſt velle, poteſt & nolle. Contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfacto neceſſitatis.*
10 *Duplex huius legis lectio.*
Non conſentire nequaquam eſt diſſentire. Non nolle non eſt idem, quod velle. Non nolle eſt medium inter nolle & velle.

Regula III.

Vlpianus.

Eius eſt nolle, qui poteſt & velle.

1 CUm † tertia hac regula, quæ deſumpta eſt ex lib. *III.* Ulp. Juriſconſulti ad Sabinum, coniungendæ ſunt hæ LL. *l. nolle adire*, 4. *l. is poteſt repudiare* 18. *l. is qui hæres* 13. *ff. de acquir. hæred. l. nemo qui condemnare, l. hoc tit. l. ſi ita ſcriptum ſit. §. ſub conditione. ff. de leg.* 2. *l. quis. ſit fugitiuus. §. idem ait ſi ſeruus. ff. de ædit. ed*
2 Docet † autem breviter, quod ille propriè dicatur habere nolle, qui prius velle, id eſt, poſſe habuit i. quod ille dicatur nolle facere, qui poteſt velle facere. Nam qui dicitur, volens, qui non poteſt facere, non bene dicitur nolle facere; vel quod ei pateat licentia nolendi; qui habet poteſtatem nolendi: vel, quod privatio ſemper præſupponat habitum, ut probatur *in l. decem. ff. de V. O.* Procedit † autem hæc regula I. in ultimis vo-
3 luntatibus II. In Judiciis, III. In contractibus. In ultimis voluntatibus, ut exempli cauſa in l. 4. ff. de acquir. hæred. dicitur: *Nolle adire hæreditatem non videtur qui non poteſt adire*, q. d. Non poteſt repudiare hæreditatem, & ſic nolle non habet, qui non poteſt adire, i. qui velle non habet, *& l. is poteſt repudiare ff. de acquir. hæred* dicitur *Is poteſt repudiare i. is habet nolle adire hæreditatem qui poteſt acquirere i. qui velle habet*, hoc eſt, cui datum eſt, velle adire hæreditatem, ei etiam datum videri, nolle
4 adire, In † Judiciis locum habet, quia eius eſt actionem denegar-, & ſic nolle ..cipere actionem

qui

dare poteſt i. qui velle habet, *l. vetante.* 103. §. *eſt, ſupra hoc tit.* Eius eſt abſolvere reum qui connnare poteſte, infra hoc tit. In † contracti- 5
; locum habet, quia, qui eſt ſui Juris & habilis, ;eſt ſi vult cum aliquo contrahere, poteſt etiam n contrahere, ſeu qui habet poteſtatem contraıdi habet etiam poteſtatem non contrahendi, vulgat L. ſicut C. de act. & oblig. Nam nemo teſt nolle contrahere, qui non poteſt velle conhere. Veluti Nobilis quidam non poteſt dicere, ıolle vendere ſua bona feudalia, inſcio & non us requiſito Domino, quia velle non habet i. n poteſt, etiamſi libenter velit, irrequiſito Dono. vendere bona, *vt probatur in tit. de prohib. di alien.* pro Lothar. *in uſibus feudorum.* Fallit † 6
nen hæc regula. I. In adminiſtratoribus rerum enarum, tam privatis quam publicis. Nam :or, curator, Syndicus & ſimiles adminiſtratoſ poſſunt quidem vel habent velle i. poſſunt acɔere & amplecti id, quod utile eſt pupillo, ciuiı vel aliis, quorum res adminiſtrant, ſed nolle ɔn habent i. repudiare non poſſunt, id quod ob:nit prædictis perſonis, *l. tutor ff. de bon. poſſ. l.* 1. §. *tor ff. de ſucceſſ. ed.* Tutor † enim bonorum poſ- 7
ſionem nomine pupilli agnoſcere poteſt, ſed reudiare non poteſt, *l.* 1. §. *tutor. de ſucceſſ. ed.* Ratio ſt, quia permiſſum eſt tutori, petere, prodeſſe, roſpicere & conſulere pupillo, non etiam repuliare, obeſſe vel nocere, ut probatur *in l. tutor ff. de on. poſſ.* II. Fallit † in Domino. Nam ſi ſeruo de- 8
atum eſt legatum, ſolus Dominus id repudiare poteſt, etiam ſine conſenſu ſerui, l. 7. ff. de leg. 1. Sed agnoſcere legatum ſine ſerui conſenſu non

poteſt , L. ſi ſeruo inuito. §. neq; intereſt. ff. ad
9 SCtum Trebellian. III. In † contractu perfecto
& conſummato, Nam ante contractum factum,
qui poteſt velle, poteſt & nolle: Siquidem con-
tractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto ne-
ceſſitatis, *l. ſicut C. de act. & oblig.* poſt contractum
autem factum non poteſt quis nolle, ut probatur
10 *in l. ratus C. de reſcind. vend.* Porro † ſciendum eſt, du-
plicem eſſe hujus l. lectionem Primo enim modo,
quæ lectio vulgaris eſt & omnium, tam Græcorum
quam Latinorum, interpretum ferè conſenſu rece-
pta, hic legitur: *Eius eſt nolle, qui poteſt & velle:* Et ſi
ita legitur, dictumq; quæ ſit eius ſententia. Altero
modo, quæ lectio eſt Florentina, & ab Antonio Au-
guſt. *lib. 1. emendat. c. 2.* in fine approbata, ſic legitur:
Eius eſt non nolle, qui poteſt velle. Et tum ſenſus regulæ
ſecundum Ræuardum & Pet. Fabrum hic eſt: hunc
tacere, pati, & diſſimulare poſſe, qui & velle poteſt.
11 Sic † enim non conſentire nequaquam eſt diſſen-
tire, argumento *l. alioquin. ff. de contrah. empt.* ſed me-
dium inter conſentire & diſſentire, *l. in bello §. medio
tempore ff. de c. & poſtlim. reuerſ.* Ita non nolle, non eſt
idem quod velle, ſed teſte Vlp. eſt permittere, pati
& ſcienter diſſimulare, nihil contradicere i. neque
negare, neq; affirmare, quod probatur *in c. is qui ta-
cet. de R. I. in 6. & in l. 1. §. ſcientia ff. de tribut. act.* Eo-
dem modo & Cicero *lib. 13. Epiſtolar. Epiſt 12 ad Attic.*
hæc verba uſurpaſſe videtur, *& gl. in d. l. 1. §. ſcientia.*
non male dixiſſe videtur, non nolle eſſe mediũ
inter nolle & velle. Cum igitur dicitur, *Eius eſſe non
nolle qui poteſt velle,* Idem eſt ac ſi diceret quis, *eius eſt
tacere, pati, permittere, non contradicere, neq; negare, ne-
que affirmare, ſed diſſimulare, qui poteſt velle.* In qui-
bus

Digitized by Google

bus autem caſibus illa patientia pro voluntate habeatur, infra *in l. qui tacet h. noſtro tit. dicetur.*

SUMMARIA.

In L. Velle non creditur.

1 *Lex hæc unde deſumta & quæ cum illa leges conveniant.*

2 *Non creditur velle ſeruus, vel filius, qui domini patriſq; obſequitur imperio. Ratio additur.*

3 *Velle tunc dicimus, cum ſponte & expreſſè volumus. Propria voluntas eſt motus animi, qui nullo cogente, vel ad aliquid faciendum vel non faciendum ſua ſponte fertur.*

4 *Actus ab iſtiuſmodi hominibus facti, qui compelli poſſunt, non cenſentur voluntarij, nec voluntariè peracti.*

5 *Regula hæc procedit in contractibus & in delictis. In contractibus, ut ſi cum ſervo vel filio negotium geſtum eſt iuſſu patris vel domini, ſervi vel filij actione non pulſantur, ſed Prætor adverſus patrem vel Dominum actionem pollicetur.*

6 *In delictis locum habet, veluti ſi ad imperium vel mandatum patris aut domini filius vel ſeruus delinquit. Damnum dat, qui iubet dare: eius vero culpa nulla eſt, qui parere neceſſe habet.*

7 *Qui in uxorem ducit eam, quæ virum nondum eluxit, efficitur infamis.*

8 *Hæres defraudatur Falcidia, ſi fraudulenter rem hæreditariam ſubtraxit, vel ad eam ſubtrahendam tacitam fidem accommodavit.*

9 *Hæc Regula extenditur etiam ad alios homines, qui ſunt ſui iuris quia & ipſi excuſantur, ſi ad aliorum mandatum, quibus obtemperare tenentur, aliquid fecerunt.*

10 *Fallit in delictis grauioribus, in quibus non excuſatur filius vel ſeruus.*

11 *Grauiora delicta ſunt omnia capitalia, & quæcunq; in perſonam ſeipſa committuntur.*

12 *Mandatum etſi non excuſat in delictis grauioribus in totum, tamen mitius puniuntur, qui ex mandato aliquid faciunt, quàm illi qui ex propria voluntate delinquunt.*

13 Fallit

13 *Fallit item Regula, ſi non apparet & probatur mandatum Domini vel patris: tunc enim non præſumitur.*

14 *Fallit denique, quando filius vel ſeruus contrahit cum aliquo extra materiam, cui eſt præpoſitus. Tum enim Dominus non tenetur, neq; pater, niſi peculiotenus.*

REGVLA IV.

Vlpianus.

Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris vel Domini.

1 DEſumta † eſt hæc l. *ex lib. 6. Vlp.* Iuriſconſulti ad Sabinum, & conueniunt cum ea *l. ad ea quæ non 199. hoc tit. noſtro. l. liberorum 11. §. 1. cum l. ſeq. ff. de his qui infam. not. l. in aliena §. ult. ff. de acqui. hæ-*
2 *red.* Docet † autem breviter quod non credatur velle ſeruus vel filius, qui domini patriſq; obſequitur Imperio. Ratio eſt, quia liberum velle non habent propter obedientiam, cui aſtricti ſunt.
3 Velle † enim dicimus, cum ſponte & expreſſè volumus, & propria voluntas, teſte Auguſtino, eſt motus animi, qui nullo cogente, vel ad aliquid faciendum, vel non faciendum, ſua ſponte fertur.
4 Actus † itaque ab eiuſmodi facti, qui compelli poſſunt, non cenſentur voluntarii, Nec voluntarie peracti, cum voluntas propriè non adſit, ſed juſſui vel parentis vel Domini obedire & parere cogantur. Meritò igitur ex iis actibus, tamquam ex voluntariis & liberis, non obligantur, ſed ii po-
5 tius quorum iuſſu celebrati ſunt. Procedit † Regula primùm in contractibus, Secundo in delictis. In contractibus, ut ſi cum ſeruo vel filio negocium

geſtum

ſtum eſt iuſſu patris vel Domini, ſervi vel filii tione non pulſantur, ſed prætor adverſus patrem l dominum actionem pollicetur, quod probatr *in §. 2. & per tot. Inſtit. quod cum eo qui in aliena poſtate.* Ratio eſt, quia Dominus vel pater Juris inrpretationem per manum filii vel ſervi contraſſe cenſetur. *c. qui facit, per alium. de R. I. in 6.* Eoem modo & ſi filius quid facit iuſſu patris non in lium, ſed in patrem eius rei datur actio. *§. fin. Init. quod cum eo.* In † delictis locum habet, veluti 6
ad imperium vel mandatum patris aut domini fius vel ſeruus delinquit. Id enim non ipſi delinenti, ſed patri vel domino imputandum eſt. amnum enim dat qui iubet dare: eius verò culı nulla eſt, qui parere neceſſe habet, *l. is damnum t. infr. hoc tit.* Qui igitur obtemperans aliquid cit, venia dignus eſt, ut exempli cauſa: qui † in 7
xorem ducit eam, quæ virum nondum eluxit, efcitur infamis, ut probatur *in. l. liberorum. §. 1. ff. de s qui not. inf.* At filius familias excuſatur, qui ſſu ſui patris, in cuius eſt poteſtate, ducit eam uæ virum nondum eluxit. Cum enim obtemerat patri, venia dignus cenſetur, nec infamia notur, vt probatur *in d. l. liberorum. §. ultimo. cum l. q. ff. de his qui not. infa.* Sic † hæres defraudatur 8
alcidia, ſi fraudulenter rem hæreditariam ſubtrait, vel ad eam ſubtrahendam tacitam fidem accommodauit, *l. hæres. ff. de his quibus vt indig.* Verùm ſeruus id fecerit, Domino iniungente, beneficium Falcidiæ nihilominus habet. Ratio eſt, quia ervus Domino parere debuit, *l. ſi tacitum. ff. ad l. alcid.* Extenditur † hæc regula etiam ad alios ho- 9
nines, qui ſunt ſui iuris. Nam & ipſi excuſantur,

ſi ad

ſi ad aliorum mandatum, quibus obtemperare tenentur, aliquid fecerunt, teſte Oldendorp. hic
10 Cagn. *hic nu.* 11. Decio *nu.* 8. *&* 9. Fallit † tamen Regula in delictis gravioribus, in quibus nõ excuſatur filius vel ſervus, *l. ad eam infr. hoc tit. & l. ſeruus non in omnibus ff. de action. & obligation.* Vbi dicitur: *ſervus non in omnibus ſine pœna dicto domini audiens eſſe*
11 *debet.* Grauiora † autem delicta ſunt omnia capitalia, & quæcunq; in perſonam re ipſa committuntur teſte Bart. *in l. non ſolum §. ſi mandatum. ff. de iniur.*
12 *& in l. Leuia ff. de accuſat.* Sciendum † tamen eſt, quod etſi non excuſet mandatum in delictis gravioribus in totum, quod tamen mitius puniantur illis, qui ex propria voluntate deliquerunt, ut pro-
13 batur *in l. ſeruus C. ad l. Iul. de vi publ.* II. Fallit † regula, ſi non apparet & probatur mandatum Domini vel patris, tunc enim non præſumitur teſte Cag. *nu.*
14 12. III. Fallit, † quando filius vel ſeruus contrahit cum aliquo extra materiã cui eſt præpoſitus: tunc enim Dominus non tenetur, neque pater niſi peculiotenus, §. *actiones autem de peculio, Inſtit. de action.*

SVMMARIA.

In L. In negotiis contrahendis.

1 *Cum hac Regula aliquot Leges conveniunt, & quænam ſint illa.*

2 *Furioſorum & pupillorum differentia in conſtituendis obligationibus, & in negotiis atq; contractibus obſeruandis.*

3 *Regula hac duas habet partes. Prior de furioſis altera de pupillis loquitur. Furioſorum deſcriptio.*

4 *Furioſi duplices: quidam dilucida interualla habent, quidam non habent.*

5 *Furioſi, qui non habent dilucida interualla, ſed continua & perpetua rabie animi aguntur, nullum contractum celebrare poſſunt.*

6 *Furio-*

6 *Furioſi teſtamentum facere non poſſunt.*

7 *Furioſi ſtipulari nequeunt, etiamſi ſibi aliquid acquirere ſtipulando vellent.*

8 *Similiter & Sponſalia celebrare prohibentur.*

9 *Nec matrimonium contrahere poſſunt.*

10. 11 *Nec teſtes, nec tutores eſſe queunt. Ratio quia primò*

12 *Furioſi iudicium non habent, nec intelligunt, quid agant. Secundò, quia in contractibus requiritur conſenſus, ſi non principaliter, tamen minus principaliter. Atqui furioſi nullum habent conſenſum, nullam voluntatem. Tertio, quia per omnia, & in omnibus loco abſentis & dormientis ſunt.*

13 *Furioſi, dilucida interualla non habentes, ex delicto non obligantur, imò delicta committere non dicuntur. Ratio, quia in illis nullus eſt intellectus, nulla προαίρεσις.*

14 *Furioſi, dilucida interualla habentes, obligantur ex actibus, quos celebrant tempore dilucidi interualli, actusq; illi validi hinc & firmi. Exemplum.*

15 *Furioſus non plane excuſatur, ſi deliquit tempore dilucidi interualli.*

16 *Furioſus interdum æquiparatur prodigo, interdum pupillo, interdum infanti, interdum dormienti, interdum ebrio, interdum irato, Id quod ſecundum quid, non autem ſimpliciter procedit.*

17 *Pupilli omnia facere poſſunt cum tutoris authoritate, id eſt, omnes contractus & obligationes celebrare valent, ſi habent tutorem, alias non.*

18 *Quod tamen non ita generaliter intelligendum eſt de omnibus contractibus, obligationibus & negotiis, ſed de illis ſaltem, quæ in pupillarem ætatem cadunt, vt ſunt; adire hæreditatem, petere bonorum poſſeſſionem, inſtipulando ſe alij obligare, &c.*

19 *Tutor in illis negotiis, quæ in hanc ætatem non cadunt, & ad quæ hæc ætas idonea non cenſetur, ſeu in quibus certus annorum numerus requiritur, quod pupillo deeſt, ſupplere nequit, nec ea gerere poteſt pupillus tutore authore, vt eſt; Teſtamentum facere, Matrimonium celebrare, prœlio poſtulare.*

20 *Pupil-*

20 *Pupilli, qui fari poſſunt, omnia tutore authore agere poſſunt, id quod procul dubio etiam in infante obtinet.*

Ibid. Infans poſſidere & vſucapere, tutore authore, poteſt.

21 *Non eſt firmum argumentum ab infante ad furioſum.*

22 *Furioſi & infantis eſt diuerſa ratio. Infans enim habet tutorem, qui perſonæ principaliter datur. Furioſus verò habet curatorem. Curator autem non perſonæ, ſed rei principaliter datur.*

Ibid. Curator cum rei detur, perſonæ defectum ſupplere, & eius perſonam, ſicut tutor, repræſentare nequit.

23 *Quando & quomodo pupilli ex ſuis actibus, & qualiter, vtrum naturaliter an ciuiliter tantum, an verò naturaliter & ciuiliter ſimul obligentur.*

REGVLA V.

Paulus.

In negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum, qui fari poſſunt, quamuis actum rei non intelligant. Nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt: Pupillus omnia negotia tutore autore agere poteſt.

1 PAuli † Juriſconſulti eſt hæc Lex *ex lib. eius 2. ad Sabin.* deſumpta, cum qua conueniunt *l. 9. ff. de acquir. hæred. l. furioſo ff. de re iud. l. furioſi. inf. hoc tit. §. furioſus & §. pupillus. Inſtit. de inutil. ſtip. l. pupillus. de action. & obl. l. furioſus & pupillus ff. eod. tit. l. 1. ff. de nouat. l. pupillus & l. pupillum. inf. hoc tit. noſtro. l. ſi pupillus ff. ad l. Falcid.* 2 Proponit † autem nobis furioſorum & pupillorum differentiam in conſtituendis

dis obligationibus & in negotiis atque contracti-
bus celebrandis, Ob † quod non incommodè in 3
duas diſtribui poteſt partes; quarum prima de fu-
rioſis, altera de pupillis loquitur. Quod furioſos
attinet, dicuntur Furioſi qui rabie quadam animi
aguntur, teſte Alciat. *lib. 2. parerg. cap.* 16. Vel qui
per vices more inſanorum loquuntur, vel ridendo
vadunt, & qui proiiciunt lapides, vel aliquid aliud
mali faciunt hominibus aſſiſtentibus, *ſecundum gl.*
in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſol matr. Suntque † 4
duplices: quidam enim dilucida interualla ha-
bent, quidam verò non, *§. præterea & ibi* DD. *Inſtit.*
quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. & l. furio-
ſum C. qui teſtamentum facere poſſunt. Qui † non ha- 5
bent dilucida intetualla, ſed continua & perpetua
rabie animi aguntur, nullum contractum nullum-
que negotium celebrare poſſunt, ut teſtatur *in hac*
l. Paulus, *in verbis.* Nam furioſus & *in §. furioſus nul-*
lum negotium. Inſtit. de inutil. ſtip. Primum † enim 6
teſtamentum facere non poſſunt, §. *præterea Inſtit.*
quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Secun-
dò † ſtipulari nequeunt, etiamſi ſibi aliquid ac- 7
quirere ſtipulando vellent. §. *furioſus Inſtit. de inutil.*
ſtip. l. obſervare, cum l. ſeq. ff. de curat. furioſi. III. Spon-
ſalia † celebrare prohibentur, *l. furioſorum ff. de* 8
ſponſal. IV. Matrimonium † contrahere nequeunt, 9
l. oratione 16. *ff. de ritu nup.* V. Teſtes † eſſe neque- 10
unt, §. *teſtes autem. Inſtit. de teſt.* VI. Tutores † eſſe 11
non valent, §. 1. *Inſtit. qui teſtamento tutor. dari poſ.*
& ſimiles actus celebrare. Ratio † prima eſt, quia 12
Judicium non habent, nec intelligunt, quid agant,
§. *pupillus. Inſtit. de inutil. ſtip.* & §. *præterea. Inſtit.* de
teſtamentis. Secundò, quia in contractibus requi-

ritur conſenſus, ſi non principaliter, tamen minus principaliter, *l.* 1. §. *adeo, in verbo, conſenſum ff. de pact.* Furioſi autem nullum habent conſenſum, nullam voluntatem, *l. furioſi nulla eſt voluntas, in hoc tit.* Ergo contractus celebrare nequeunt, cùm in illis conſenſus & voluntas contrahentium requiratur. III. Quia furioſi per omnia & in omnibus loco abſentis & dormientis ſunt, *l.* 2. §. *furioſus. ff. de Iure codicill.* Item loco mortui ſunt, teſte Bald. *in l. humanitatis. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Dormientes autem vel abſentes, imò mortui, quomodo
13 contrahent? quo ſeſe obligabunt? Furioſi † quoque dilucida interualla non habentes ex delicto non obligantur: Imò delicta committere non dicuntur, Cum in illis nullus ſit intellectus, nulla προαίρεσις, quæ tamen in delictis perficiendis requiruntur, *l. Diuus. ff. de off. præſid.* Vbi dicitur quod furioſus interficiens patrem, vel alium, non puniatur, cum afflictio afflicto non ſit addenda, & cum pro abſente habeatur, *l.* 2. §. *furioſus. ff. de codicill.* Abſens autem damnari & puniri non poſſit, *l. abſentem. ff. de pœnis.* Quod igitur per eos fit, perinde habetur ac ſi caſu factum eſſet, ut probatur *in l. ult. in fine, ff. de adminiſtr. tutor.* Fu-
14 rioſi † autem dilucida interualla habentes obligantur ex actibus, quos celebrant tempore dilucidi interualli: actusque illi validi ſunt & firmi ut exempli gratia, teſtamentum, quod facit furioſus, eo tempore quo furor eius intermiſſus eſt, valet & firmum eſt, nec poſtea rumpitur per ſuperuenientem viciſſim furorem, ut probatur *in* §. *præterea. verſ. furioſi autem. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamenta, & in l. qui furioſus. C. qui teſtamentum facere*

tere poſſunt. II. Non † planè excuſatur furioſus, ſi 15
deliquit tempore dilucidi interualli, ut probatur
in d.l. Diuus ff. de off. præſid. & DD. in l. infans ff. ad l.
Cornel. de ſicariis. Quod † autem furioſus inter- 16
dum æquiparatur prodigo, ut in l. his qui. §. fin. ff. de
tut. & cur. Interdum pupillo, ut in §. pupillus Inſtit.
de inut. ſtip. Interdum infanti, ut in d. §. pupillus. Inſt.
de inutil. ſtipul. interdum dormienti, ut in l. 1. §. 1. ff.
de acquir. poſ. Interdum ebrio, ut in c. venter. 35. q. 7 5.
Interdum irato, ut in l. aut facta. §. cauſa ff. de pænis,
procedit ſecundum quid, non autem ſimpliciter.
Si itaque argumenta ſumuntur ab hiſce perſonis
ad furioſos, & econtra, dicendum eſt, quod ſit fal-
lacia à dicto ſecundum quid. De † pupillis in- 17
quit Vlp. hic quod omnia facere poſſint cum tuto-
ris authoritate, i. quod omnes contractus & obli-
gationes celebrare valeant, ſi habent tutorem au-
thorem, aliàs non: ut probatur in pri. Inſtit. de au-
thor. tutor. Sciendum † tamen eſt, quod hoc non ita 18
generaliter ſit intelligendum de omnibus contra-
ctibus, obligationibus & negociis, ſed de illis tantū,
quæ in pupillarem cadūt ætatem, ut ſunt, adire hæ-
reditatem, petere bonorum poſſeſſionem. §. neq; ta-
men. inſtit. de author. tutor. & l. obligari. §. pupillus ff. de
auth. tutor. Item ſtipulando ſe alii obligare, §. pupil-
lus. Inſtit. de inutil. ſtip. vel ſeſe obligare alteri per
contractū mutui, commodati, depoſiti, emtionis,
locati, conducti, mandati, ſocietatis, ut probatur in
princ. Inſt. de author. tut. verſ. Unde in his cauſis, ex quibus
obligationes mutuæ naſcuntur. Quæ † negocia autē in 19
hanc ætatē non cadunt, & ad quæ hæc ætas idonea
non cenſetur, ſeu in quibus certus annorum nume-
rus requiritur, in illis tutor quod pupillo deeſt ſup-

plere nequit, nec ea gerere poteſt pupillus tutore authore, ut eſt, teſtamentum facere. §. *præterea. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. & l. qua ætate. ff. de teſtamentis*, item matrimonium celebrare, *l. 4. ff. de ritu nupt.* pro alio poſtulare, §. *fin. Inſtit. quibus ex cauſis manum. non licet*, & ſimilia.

20 Et † quod hic dicitur, pupillos, qui fari poſſunt, omnia tutore authore agere poſſe, id procul dubio etiam obtinet in infante. Nam in *l. ſequitur 4. ff. de uſucap. & in l. quamuis §. infans. ff. de acquir. poſſ.* dicitur, Infan... em poſſidere & uſucapere tutore au-

21 thore poſſ..., & † ob id non eſt firmum argumentum ab ...fante ad furioſum, quo dicitur: Infans furio... æquiparatur, §. *pupillus. Inſtit. de inutil. ſtip.* Igit... quod in infante valet & in furioſo valebit. It... n ſicut Judicium infantis authoritate tutoris ...ppletur, ita & iudicium furioſi authoritate curatoris ſuppletur. Eſt † enim diuerſa ratio infantis

2 & furioſi. Infans ſiquidem habet tutorem, qui perſonæ principaliter datur, §. *certæ autem rei, Inſtit. qui teſtamento tutor. dari poſ.* & ideo ſupplere debet tutor defectum perſonæ cui principaliter datus eſt. Furioſus verò habet curatorem, §. 1. *Inſtit. de curator.* Curator autem non perſonæ principaliter, ſed rei datur, §. 1. *Inſtit. de curat.* Cum igitur rei detur, perſonæ defectum ſupplere & eius perſonam, ſicut tutor, repræſentare nequit, *l. pen. §. tali itaque. C. de curat. furioſi.* Deinde in infante ſunt ſemina & initia creſcentis & indies augeſcentis Judicii: in furioſo verò nihil horum apparet, §. *præterea Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.* Non igitur eſt eadem ratio in furioſo & in infante, ob quod etiam nec idem Jus ſtatui poteſt ut teſtatur Cuiac.

in

Digitized by Google

in l. 4. §. pupillum ff. de uſucap. Porro † quando & quomodo pupilli ex ſuis actibus obligentur, & qualiter obligentur utrum naturaliter an ciuiliter tantum, an verò naturaliter & ciuiliter ſimul, tradunt DD. maximè tamen Schneidewin. *Inſtit. de author. tutor. & cur.* C. *in l. 1. ff. de novat.* dicitur quod pupillus ne naturaliter quidem obligetur. 23

SUMMARIA.
In L. Non vult hæres.

1 *Lex hæc unde deſumpta ſit, & quænam leges cum illa conveniant.*

2 *Non videtur velle eſſe hæres ab inteſtato, qui in teſtamento hæres eſt inſtitutus, & potuit adire hæreditatem, verum eam repudiauit, & in alium, hoc eſt, ſubſtitutum transferri paſſus eſt.*

3 *Si quis hæres in teſtamento eſt inſtitutus, & poteſt hæreditatem adire, cum ei ſit delata, & ſic habet velle, verum repudiat hæreditatem, & ad alium eam transferri patitur, is dignoſcitur nolle eſſe hæres.*

Ibid. Semel repudiata hæreditate, etſi aliquis voluntatem mutet, acquirere tamen nequit, niſi ſit minor & deceptus, vel ſuus hæres, qui intra legitimum tempus pœnitere poteſt.

4 *Vtrum verba huius Regulæ ſimpliciter de voluntate, verbis vel ſignis declarata, an verò cum effectu ſint intelligenda.*

5 *Quemadmodum ſolo animo & voluntate, verbis tamen vel ſignis declarata, hæreditas adiri poteſt: ita etiam ſola voluntate, ſignis tamen vel verbis declarata, repudiari poteſt. A pari procedunt aditio & repudiatio.*

6 *Qui ſemel hæres eſt factus, non poteſt deſinere eſſe hæres.*

7 *Non eſt legendum in hac lege Transferre, ſed Transferri, quia loquitur de voluntate uerbis declarata, non facto.*

8 *Verba cum effectu eſſe intelligenda, habet locum in ſuis terminis, non autem hic, ubi verba ſecundum materiam ſunt accipienda.*

REGVLA VI.

Vlpianus.

Non vult hæres eſſe, qui ad alium transferri voluit hæreditatem.

1 DEſumta † eſt hæc lex ex l. 7. Ulp. Juriſconſulti ad Sabinum, & conueniunt cum ea *l. fuit quæſtionis ff de acquir. hæred. l. profecticia §. ſi pater, cum §. ſeq. ff. de Iure dot. l. ſi ſponſus §. ſi maritus ff. de donat. inter vir.*
2 *& vx.* Item *tot. tit. C. ſi omiſſa ſit cauſa teſtam.* Docet † autem, quod is non videatur velle eſſe hæres ab inteſtato, qui in teſtaměto hæres eſt inſtitutus, & potuit adire hæreditatem, verùm eam repudiauit, & in alium, h. e. ſubſtitutum transferri paſſus eſt: vt ſi pater repudiat hæreditatē dotis conſtituendæ cauſa, fortè quia maritus filiæ erat ſubſtitutus, aut quia potuit hæreditatem ab inteſtato vindicare: Dotem profecticiam non eſſe Julianus ait *l. profecticia §. ſi pater ff. de Iur. dot.* Sic ſi legatum repudiauit pater, vt apud generum hæredem dotis nomine remaneret, Julianus probat id nõ eſſe profectum de bonis pa-
3 tris, *in d. l. profecticia.* Sic † ſi quis hæres in teſtaměto eſt inſtitutus, & poteſt hæreditatem adire cum ei ſit delata, & ſic habet velle, verùm repudiat hæreditatem, & ad alium transferri patitur, is dignoſcitur nolle eſſe hæres, & verè dicitur, quod habeat nolle, cùm antea habuerit velle, nec pro hærede poſtea ſe gerere poteſt, h. e. rebus hæreditariis tanquam Dominus vti, *§. item extraneus Inſtit. de hæred. qual. & diff.* etiamſi libenter mutata voluntate vellet; ſemel enim

Digitized by Google

nim repudiatã hæreditatem mutata voluntate acquirere nequit, *l. nemo poteſt mutare, & l. qui non facit, h. tit. & l. in cauſa ff. de procurat.* niſi ſit minor & deceptus, *l. fin. C. de repudianda hæred.* Schneid. *Inſtit. de hæred. qual. & diff. num.* 5. vel ſit ſuus hæres, qui intra legitimum tempus pœnitere poteſt, Mynſing. *in* §. *fi. Inſtit. de hæred. qual. & differ. num.* 11. Porro † etſi variè 4
à DD. hic diſputatur, vtrum verba ſimpliciter de nuda voluntate verbis vel ſignis declarata, an verò cum effectu ſint intelligenda. Sciendum tamen eſt, quod verus intellectus ſit ſecundum Cag. *hic*, quod verba accipienda ſint ſimpliciter de voluntate verbis enunciata ac declarata: Idque † primum 5
probatur, quia, ſicut ſolo animo & voluntate verbis tamen vel ſignis declarata hæreditas adiri poteſt, vt probatur in §. *finali, Iuſtitut. de hæred. qualitate & defferentia*; Ita etiam ſola voluntate, ſignis tamen vel verbis declarata, repudiari poteſt. A pari enim procedunt Aditio & Repudiatio, *d.* §. *finali*, & ibi Schneidevvin. *Inſtitut. de hæred. qualitate* 6
& differentia, num. 4. *&* 5. Secundò, † quia, qui ſemel hæres eſt factus, non poteſt deſinere eſſe hæres, *l. ait Prætor*, §. *ſed quod Papinianus, ff. de minor. & l. ei qui ſoluendo. ff. de hæred. inſtitut. &* §. *reſtituta. Inſtitut. de fideicommiſſ. hæred.* Quod fieret, ſi cum intellectu intelligerentur verba: Vt prius adiuerit hæreditatem, & poſtea aditam repudiauerit. Non igitur hoc loco verbum VULT vel VOLUIT cum effectu, vt Decius vult, accipiendum eſt, teſte Cag. *hic num.* 2. Loquitur † enim de voluntate verbis de- 7
clarata non facto, nec legendum eſt *Transferre*, ſed *Transferri*. Nam ſi *Transferre* legitur, tunc neceſſe eſt, um prius fuiſſe hæredẽ, poſtea v. hæreditatẽ acce-

ptã & aditam in alium tranſtuliſſe, quod tamẽ primum eſt contra verba tex. Vbi dicitur. *Non vult hæres eſſe*: quibus verbis denotatur, quod non voluerit eſſe hæres, non quod prius adiuerit, & hæres factus ſit, poſtea vero aditam repudiauerit & in aliũ tranſtulerit. Secundo eſt contra regulam, quæ vult, quod ſemel factus hæres, non poſſit deſinere
8 eſſe hæres, §. *reſtituta. Inſtit, de fideic. hær.* Nec † obſtat, quod dicitur, verba cum effectu eſſe intelligenda, quia illud locum habet in ſuis terminis, non autem hic, ubi verba ſecundum materiam ſunt accipienda, teſtę Cag. *num.* 3. & 4.

SVMMARIA.

In L. Ius noſtrum.

1 *Vnde deſumta ſit hæc regula, & quæ leges cum illa conveniant.*

2 *Paterfamilias, ſiue in pago, ſiue in ciuitate viuat, pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere non poteſt.*

3 *Si de quibusdam bonis teſtatus eſt paganus, de quibusdam verò non, accreſcunt ea, de quibus nulla facta eſt mentio in teſtamento, hæredi inſtituto*

4 *Duo contraria in uno & eodem ſubiecto ſubſiſtere non poſſunt.*

5 *Teſtamentum eſt actus continuus & indiuiduus.*

6 *Hæres debet repræſentare defunctum.*

7 *Ius adcreſcendi facit, vt reliqua bona, de quibus nihil eſt diſpoſitum, hæredi inſtituto attribuantur.*

8 *Quod procedit, etiamſi teſtator in teſtamento diſpoſuiſſet quod non plus hæres inſtitutus habere debeat, quàm prædictas res ſibi in teſtamento relictas.*

9 *Procedit etiam in pupillari ſubſtitutione, quam facit pater pro filio.*

10 *Hæres*

10 *Hæres non poteſt pro parte hæreditatem accipere, & pro parte repudiare*

11 *Miles pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere poteſt.*

12 *Ex intervallo fieri poteſt, ut una pars teſtamenti firma maneat, altera verò corruat.*

13 *Leges municipales, ſtatuta ſeu conſuetudines Iuri communi derogant.*

14 *Fallit Regula, ſi talis quis hæres eſt inſtitutus, qui totius hæreditatis capax eſſe non poteſt.*

15 *Fallit item propter rei iudicatæ authoritatem.*

REGVLA VII.

Pomponius.

Ius noſtrum non patitur, eundem in paganis & teſtato & inteſtato deceſſiſſe, earumque rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, ut teſtatus & inteſtatus quis ſit.

EX † Pomponii Juriſconſulti lib. 3. ad Sabin. 1
deſumpta eſt hæc regula, & conveniunt cum ea §. *hæreditas. Inſtit. de hæred. inſt. l. 1. & 2. ff. de acquirenda hæred. l. quoties. §. ſi duo. cum l. ſeq. & l. ſi quis hæredes.* Item *l. ſi ita quis hæredes. ff. de hæred. inſtit.* Docet † 2
autem quod paganus, hoc eſt, paterfamilias, qui domi rei familiari incumbit, ſiue in pago, ſiue in ciuitate viuat, pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere non poſſit, cum earum rerum naturalis ſit pugna & contrarietas, h. eſt, quod paganus non poſſit in teſtamento ſuo de quibusdam ſuis bonis diſponere, & forte in dimidia ſaltem parte hæredem inſtituere. In altera verò dimidia

 nul-

nullum relinquere hæredem; Cum contraria ſint, quæ in uno & eodem ſubiecto ſimul ſubſiſtere nequeunt. Quare † ſi de quibusdam bonis teſtatus
3 queunt. Quare † ſi de quibusdam bonis teſtatus eſt paganus, de quibusdam verò non, accreſcunt ea, de quibus nulla facta eſt mentio in teſtamento, hæredi inſtituto, ne teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quod iura non ferunt, deceſſiſſe videatur, vt verbi gratia: ſi teſtator fecit teſtamentum & in eo inſtituit Titium hæredem in re certa i. in horto, prato, vel vinea, de cæteris autem rebus nihil diſpoſuit, dicitur quod eo caſu de omnibus ſuis bonis diſpoſuiſſe cenſeatur, & quod cauſa teſtati trahat ad ſe cauſam inteſtati, adeò ut cætere res, de quibus nihil eſt diſpoſitum in teſtamento, nō aliter ad Titium pertineant, ac ſi omnes res hæreditariæ ei ſpecialiter & nominatim in teſtamento eſſent relictæ, & is ex aſſe hæres inſtitutus,
4 *l.* 1. §. *ſi ex fundo. ff. de hered. inſtit.* Ratio † prima eſt, quia non potuit teſtatus & inteſtatus paganus decedere, cum ſint contraria, quæ in uno & eodem ſubjecto ſubſiſtere non poſſunt, ut probatur *hic in*
5 *text.* in verb. *earum rerum.* II. † quia teſtamentum eſt actus continuus & indiuiduus, gl. & DD. *in l. furioſum* C. *qui teſtament. fac. poſſunt, argumento l. hac*
6 *conſultiſsima* C. *de teſtamentis* III. † quia hæres debet repræſentare defunctum. Defunctus autem eſt omnium bonorum ſuorum Dominus: Ergo & hæredes inſtituti: nec pro parte tantum bona quibusdam relinqui poſſunt & pro parte non relinqui, hoc enim eſſet abſurdum, cum fictio naturam imitari debeat. Et † propter hanc regulam introdu-
7 ctum eſt jus accreſcendi, quod facit ut reliqua bo-

na

na, de quibus nihil eſt diſpoſitum, hæredi inſtituto attribuantur, teſte Mynſing. *in §. hæreditas. verſ. neq; Inſt. de hær. inſt. nu.* 11. Ampliatur † hęc regula ut pro- 8
cedat, etiamſi teſtator in teſtamento diſpoſuiſſet, quod non plus hæres inſtitutus habere debeat, quàm prædictas res, ſibi in teſtamento relictas, *Bart. in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hæred. inſtit.* Quamuis Angel. & Fab. *in §. hæreditas. Inſtit. de hæred. inſtit.* velint valere tale teſtamentum. Videatur etiam Mynſing. *in d. §. hæreditas nu.* 11. & 12. Item Vigilius *in d. §. nu.* 7. Secundo † procedit etiam in pupillari ſub- 9
ſtitutione, quam facit pater pro filio, teſte Bald. *in l. ſed ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* Nam ſicut pater non poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere; ita nec filius, cui pater pupillariter ſubſtituit. III. † Ampliatur in 10
hærede. Nam ſicut teſtator non poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere: Ita nec hæres pro parte hæreditatem accipere, & pro parte repudiare poteſt, *l.* 1. & 2. *ff. de acquir. hæred.* Fallit † hæc regula, primùm in milite. Miles 11
enim pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere poteſt, ut probatur *in §. hæred. Inſtit. de hæred. inſtit.* in verbis: *niſi ſit miles, cuius ſola voluntas in teſtandò ſpectatur.* II. † Fallit poſtquam aliquis 12
deceſſit: ex interuallo enim fieri poteſt, ut una pars teſtamenti firma maneat, altera verò corruat. Vera igitur regula eſt de tempore mortis, & de principio, quo teſtamentum fit & conditur; Eo enim tempore nemo pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus decedere poteſt, ſed bene ex poſtfacto. Mynſ. *in d. §. hæreditas. Inſtit. de hæred. inſtit.* in ver-

Digitized by Google

13 in verbis: *niſi ſit miles:* Dec. *hic. nu.* 9. III. † Fallit,
ſi lege municipali aliud eſſet ſtatutum, Dec. *hic circa finem.* Leges enim municipales, ſtatuta ſeu conſuetudines Juri communi derogant, ut notatur *in*
14 *l. omnes populi. ff. de Iuſt. & Iu.* IV. † Fallit, ſi talis quis hæres eſt inſtitutus, qui totius hæreditatis capax
15 eſſe non poteſt, *per l.* 1. *C. de ſecundis nupt.* V. † Fallit propter rei iudicatæ authoritatem, Weſenb. *in parat. de inoff. teſtamento. nu.* 12.

SVMMARIA.

In L. Jura ſanguinis.

1 *Vnde deſumpta ſit hac Lex, & quænam leges cum illa conveniant.*

2 *Ius naturale, ſeu ea, quæ ſunt iuris naturalis, vt ſunt iura ſanguinis & cognationis, per Iura civilia in totum tolli non poſſunt, licet effectus modificari & quodammodo impediri poſſint, illisq; derogari*

3 *Civilis ratio civilia iura corrumpere poteſt, naturalia verò non utiq;*

4 *Iura naturalia vel ſanguinis immutabilia, perpetua & ſempiterna ſunt.*

5 *Vnumquodq; illo modo diſſolvi debet, quo eſt ligatum. Itaq; nulla civili ratione fieri poteſt, vt is, qui filius patris ſui eſt, non ſit filius.*

6 *Adoptio eſt iuris civilis. Filius à Iure ciuili factus, vocatur adoptiuus: eius tamen nomen tolli poteſt per aliud ius civile, videlicet per emancipationem.*

7 *Educare filios eſt iuris naturæ, ſiue eſt ius ſanguinis, & ob id nullo ſtatuto educatio filiorum planè tolli poteſt, licet propter circumſtantias quaſdam modificetur.*

8 *Defenſio contra iniuſtam vim eſt iuris naturæ. Ergo per ius ciuile tolli omnino non poteſt, licet propter probabiles rationes aliquid in illa mutetur.*

9 Fal-

Digitized by Google

9 *Fallit regula propter probabiles rationes, propter quas aliquo modo modificatur ius ſanguinis, non autem in totum tollitur.*

Ibid. Succedere parenti eſt ius ſanguinis, cum de iure naturali filiis debeatur ſucceſſio. Iuſtis tamen de cauſis, Legibus compre-henſis, poteſt pater ius illud impedire exhæredando liberos, & ad extraneos hæreditatem transferendo.

REGULA VIII.

Pomponius.

Iura ſanguinis nullo iure civili dirimi poſſunt.

POmponii † Jurisconſulti eſt hæc l. deſumpta ex 1
lib. 4. eius ad Sabin. & conveniunt cum ea *l. 4. ff.*
de ſuis & leg. l. ius agnationis. ff. de pact. l. abdicato. C. *de*
pat. poteſtate. §. ſed naturalia. Inſtit. de Iure naturali.
Item, *§. fin. Inſt. de legit. agn. tut.* Docet † autem, 2
quod ius naturale, ſeu ea, quæ ſunt Juris naturalis,
ut ſunt, Jura ſangu nis & cognationis, per iura ci-
vilia in totum tolli non poſſint, licet effectus mo-
lificari & quodammodo impediri poſſint, illisque
erogari. Ratio † prima eſt, quia civilis ratio ci- 3
ilia Jura corrumpere poteſt, naturalia verò non
ique, *§. fin. Inſtit. de legit. agn. tut.* II. Quia † Jura 4
turalia vel ſanguinis immutabilia, perpetua &
npiterna ſunt, *d. §. ſed naturalia.* III. Quia † 5
nquam, quàm eo modo, diſſolui quid debet,
o eſt lig tum, *l. nihil tam malè & l. ferè. in hoc tit.*
eſſe filium naturalem, eſt Jus ſanguinis & co-
tionis, & ideo nulla ciuili ratiõe fieri poteſt, ut
ui filius patris ſui eſt, non ſit filius, ſecus eſt in-
filio

6 filio adoptivo. Is † enim, cum ſit filius à iure civili factus, (adoptio enim eſt iuris civilis) tolli etiam viciſſim poteſt nomen filii per aliud ius ciuile videlicet per emancipationem, §. *præterea. Inſtit. quibus modis Ius pat. pietatis ſol.* Vnumquodque enim eo modo ſolvi debet, quo eſt ligatum, *d. l. nihil tam na-*
7 *turale.* Sic † educare filios eſt Juris naturæ, ſeu eſt ius ſanguinis, ut probatur *in §. 1. in princ. Inſtit. de iure naturali,* & ob id nullo ſtatuto educatio filiorum planè tolli poteſt, licet propter circumſtantias quasdam modificetur, ut: ſi filius ſeipſum alere poteſt, veluti diſputat Schneidewin. *Inſtit. de iure naturali.* quæſtione, *qui ſunt effectus iuris naturalis? nu.*
8 10. Item † defenſio contra iniuſtam vim eſt Iuris naturæ, *l. ut vim ff. de Iuſt. & Iu.* Cicero in oratione pro Milone. Ergo per ius ciuile tolli omnino non poteſt, licet propter probabiles rationes aliquid in
9 illa mutetur, prout docent DD. *in d. l. vt vim.* Et † hinc oritur fallentia huius regulæ, ut fallat propter probabiles rationes, propter quas aliquo modo modificatur Ius ſanguinis, non autem in totum tollitur, ut ecce: quamuis nulla lege effici poſſit, ut is, qui filius vel pater, vel frater, vel mater, vel cognatus eſt, deſinat eſſe pater. Hoc tamen efficit Ius Ciuile ut effectus iſtius Iuris impediatur propter probabilem cauſam i. ſucceſſio. Sic ſuccedere parenti eſt ius ſanguinis: De iure enim naturali filiis debetur ſucceſſio, *l. nam etſi. ff. de inoff. teſtamento,* Iuſtis tamen de cauſis, legibus comprehenſis, poteſt pater Ius illud impedire exheredando liberos, & ad extraneos hæreditatem transferendo, §. *aliud. in Auth. ut cum de appellat. cogn.*

SUM-

Svmmaria.

In L. Semper in obſcuris.

egula hæc vnde deſumpta ſit, & quinam tt. cum illa cõcordent.
n caſibus obſcuris & dubiis, in quibus, quid ſit decidendum, dubitatur, id ſequendum eſt, quod eſt minimum. Et quomodo hoc ſit accipiendum.
Quotieſcunq; in dubiis & obſcuris caſibus dubitatio oritur, tunc videndum eſt, quid inter contrahentes ſit actum.
Si id non apparet, conſequens eſt, vt id ſequamur, quod veriſimilius eſſe videtur.
uod ſi nec de eo conſtat, videndũ eſt, quid plerunq; in eiuſmodi actibus & contractibus fieri ſoleat, & an conſuetudo vel mos regionis doceat, quid ſit in eiuſmodi actibus faciendum.
verò neq; regionis mos & conſuetudo apparet quia varius eſt, ad id quod minimum eſt, ſumma redigenda eſt.
contractibus ſi obſcuritas vel ambiguitas oritur, videndum primò, quid actum ſit inter partes. Secundò, quid probabile vel veriſimile ſit, à partibus fuiſſe actum. Tertiò, quod minimum eſt, ſequendum. Huius exemplum.
ſtator ſi initio duo legata Titio adſcripſit, ſub finem verò teſtamenti addidit ſe vnicum tantum illi velle præſtari, vtrum minus legatum ademptum ſit Titio, an maius.
res iudices vel arbitri aliquem in varias & diuerſas condemnarunt ſententias, illius Iudicis ſententia ſequenda eſt, quæ minimam mulctam irrogat.
tutor ſuſpectus ab adminiſtratione eſt remotus, nec eſt expreſſa cauſa remotionis, tunc dicendum, illum potius ſine ignominia, quàm cum ignominia remotum eſſe.
nimum eſt, quod debitorem minime onerat & grauat, & ob id in venditione obſcura contra venditorem fit interpretatio pro debitore.
vltimis voluntatibus id dicitur benignius, vel minimum, quod hæredi minime nocet.
udiciis & delictis minimum eſt, quod reum minime onerat.
gula hæc fallit, ſi in vltimis voluntatibus electione minimi

nimi præſtatio redditur inutilis vel eluſoria: tunc enim mediocritas tenenda, hoc eſt, nec optimum, nec peſſimum, ſed quod mediocre eſt.

15 *Fallit item, ſi dando minimum obligatio nullius fructus vel efficacia redderetur, & creditori perinde eſſet nihil accipere, vel illud minimum.*

16 *Fallit etiam in dote, ſiquidem in ambiguis pro dote reſpondendum eſt, Ratio, qui dotes ſunt fauorabiliores.*

17 *Regula hac habet locum, niſi aliud mens & voluntas contrahentium, vel conſuetudo loci, vel veriſimilitudo rei, vel qualitas facti & ſubiecta materia, aliaq; circumſtantia ſimilis ſuadeat.*

REGULA IX.

Vlpianus.

Semper in obſcuris quod minimum eſt ſequimur.

1 DEſumpta † eſt hæc Lex ex lib. 15. Vlp. Iuriſconſulti ad Sabin. & habet concordantes tex. *in l. ſi ita adſcriptum ff. de legat. in l. ſemper in ſtipulationib. & in l. in obſcuris.* Item *in l. ſemper in dubiis. infr. hoc tit.* Item *in c. in obſcuris & in c. inſpicimus in obſcuris. de*
2 *R. I. in 6.* Docet † autem breviter, quod in caſibus obſcuris & dubiis, in quibus, quid ſit decidendum dubitatur & ferè ignoratur, id ſequi debeamus, quod eſt minimum. Hoc tamen ita accipiendum eſt, ſi non apparet, quid ſit actum inter partes, vel quid contrahentes veriſimiliter voluerint, vel quid plærunque ſecundum conſuetudinem & morem regionis, in qua actus celebratus
3 eſt, fieri conſueuit. Quotiescunque † igitur in dubiis & obſcuris caſibus dubitatio oritur tunc ſecun-

dum *l. ſemper in ſtipulationib. in hoc tit.* primum ndum eſt quid inter contrahentes ſit actum. ındo, † ſi id non apparet, conſequens erit ut id ıamur, quod veriſimilius eſſe videtur, hoc eſt, d veriſimiliter contrahentes voluerint agere. 4
quod † ſi nec de eo conſtat, videndum eſt, 5
d plærumq; in ejusmodi actibus & contracti- fieri ſoleat, & an conſuetudo vel mos regionis eat, quid ſit in ejusmodi actibus faciendum.
Si † neque regionis mos & conſuetudo appa- 6
quia varius eſt, ad id, quod minimum eſt ſum- edigenda eſt, *ſecundum hanc l. noſtram.* Proce- hæc regula. I. in contractibus. II. in ultimis 7
ntatibus. III. in ſententiis. IV. in deli-

In contractibus, ſi obſcuritas vel ambigui- ritur, videmus I. primum, quid actum ſit inter es. Quod ſi illud non apparet, obſeruamus, uod probabile vel veriſimile eſt, à partibus actum, quæ veriſimilitudo cognoſcitur, vel ımparatione rerum adinuicem, vel ex compa- ne rei ad precium vel ex vicinitate ſcripturæ, vel ex dignitate perſonarum, vel ex conſuetu- regionis, vel ex conſuetudine loquentis. III. d ſi nec illud apparet, ſequendum eſt id, quod mum eſt, *ſecundum regulam noſtram, hic.* Vt: lidi tibi equum pro 60. aur. Ex hoc contractu ır obſcuritas, de quibus aureis ſit intelligenda litio. Venditor dicit, ſe locutum eſſe de au- Rhenanis, Emtor verò de aureis ſimplicibus. itatur igitur, de quibus florenis ſit actum. Hoc aſu primum videndum eſt ex Inſtrumento litionis & Emptionis, quid actum ſit inter cō- ntes, Verùm ſi id non apparet, inſpicimus,

quod veriſimiliter contrahentes agere voluerint,
vel quid plærumque fieri ſoleat, vel obſeruari
in eiusmodi contractibus, & quid ſeruet mos vel
conſuetudo regionis. Quod ſi nec ex illis decidi
poteſt quæſtio: ſequimur denique id, quod eſt
minimum, id eſt, intelligimus contractum de au-
8 reis Rhenanis. In † vltimis voluntatibus procedit,
vt ſi teſtator initio duo legata Titio adſcripſit, ſub
finem verò teſtamenti addidit, ſe vnicum tantum
legatum Titio velle præſtari: hoc in caſu, ſi
dubitatur, vtrum legatum Titio ſit ademptum,
minimum, an verò maximum: Reſpondetur ſe-
cundum hanc legem noſtram, quod maximum le-
gatum videatur Titio ademptum, & minimum ei
9 præſtandum. In † ſententiis procedit, ut, ſi tres
Iudices vel arbitri aliquem in varias & diuerſas
condemnarunt ſententias, illius Iudicis ſententia
ſequenda eſt, quæ minimam mulctam irrogat,
teſte Paulo Iuriſconſulto *in l. diem proferre,* §. *ſi*
plures, de receptis arbitris, & capitul. 1. extravag. de
10 *arbitr.* In † delictis & pœnis locum habet, vel-
uti: ſi tutor ſuſpectus ab adminiſtratione eſt remo-
tus, nec eſt expreſſa cauſa remotionis, tunc dici-
mus illum potius ſine ignominia, quam cum igno-
minia à tutela remotum eſſe, *l. hæ enim ff. de ſuſpectis*
tutoribus. Sic, ſi Iudex aliquem de vi condemnauit,
nec addidit, vtrum priuatam vel publicam intelle-
xerit, nec etiam ex crimine id colligi poteſt, tunc
humanius eſt, dicere leuiorem, hoc eſt, priuatam
intellexiſſe vim Iudicem, quam publicam, *l. ſi præſes*
ff. de pœnis, & l. factum cuique ſuum, §. *in pœnalibus,*
11 *infrà, hoc titulo.* Minimum † autem vel benignius
in contractib. vocamus, quod debitorem minimè

onerat

onerat & grauat, & ob id, in venditione obſcura contra venditorem fit interpretatio pro debitore, *l. cum in lege. ff. de contrah. emt. & l. in contrahenda emptione. Inf. hoc tit.* In † vltimis voluntatibus id dicitur benignius vel minimum, quod hæredi minimè nocet, argumento *l. legata generaliter. ff. de leg. 1.* 12
In † Iudiciis verò & delictis, quod reum minimè onerat. *c. cũ partiũ Iura. de R. I. in 6. & l. fauorabiliores. inf. eodem.* Fallit † Reg. 1. Si in ultimis voluntatibus electione minimi præſtatio redditur inutilis vel eluſoria. Eo enim caſu Juriſconſultus Paulus mediocritatem tenendam eſſe ſtatuit, hoc eſt, nec optimum, nec peſſimum, ſed quod medioere eſt, *l. legato generaliter. ff. de leg. 1.* ¶ I. Fallit † in contractibus eodem modo: Si dando minimum obligatio nullius fructus vel efficaciæ redderetur, & creditori perinde eſſet nihil accipere, vel illud minimum, *l. ſi quis argentum. §. ſimilique modo C. de donat.* III. Fallit † in dote, ſiquidem in ambiguis pro dote reſpondendum eſt. *l. in ambiguis. infr. hoc tit. & l. in ambiguis ff de Iure dot.* Ratio eſt, quia dotes ſunt fauorabiliores. *l. 1. ff. ſolut. mat.* In † delictis quoque aliquot fallentiæ *hic* per Dec. cumulantur & per Dyn. *in c. in obſcuris. Item t. ſemper in obſcuris. de R. I. in 6.* Ad quas vos remitto. Poſſunt tamen iſtæ fallentiæ ferè omnes ex ſuperioribus diiudicari, *vbi dixi:* Regulam hanc habere locum, niſi aliud mens & voluntas contrahentium, vel conſuetudo loci, vel veriſimilitudo rei, vel qualitas facti, & ſubiectæ materiæ, aliaq; circumſtantia ſimilis ſuadeat.

13 14 15 16 17

SVMMARIA.

In L. Secundum naturam.

1 *Regula hæc unde deſumpta, & quænam leges cum illa conveniant.*
2 *Commoda ſentire debet, qui ſentit incommoda, & contra qui ſentit onera, incommoda etiam ſentire debet.*
3 *Regula hæc procedit* 1. *in ultimis voluntatibus.* 2. *in contractibus.*
4 *Si quis commodis rei emptæ fruitur, ad eum quoq; periculum & damnum reſpicere debet. item; ſicut commoda ſentimus ex contractu inſtitorum, ita etiam obligari nos & conveniri ex ipſorum contractibus æquum eſt, &c.*
5 *Fœmina, licet ſentiat commodum & emolumentum ſucceſſionis pupilli, onus tamen tutelæ ei non imponitur.*
6 *In negotiorum geſtione lucrum ſeu commodum ſequitur illum, cuius negotia geſta ſunt, damna verò negotiorum geſtorem.*
7 *In dote mulier quandoq; lucrum ſentit, & onus non ſentit.*
8 *Patrona ſuccedit liberto, & tamen non tenetur ſubire onus tutelæ liberti.*
Ibid. Procedit hæc Regula, quando ubiq; eadem eſt ratio commodi & incommodi.

REGULA X.

Paulus.

Secundum naturam eſt, commoda cuiusque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda.

1 EX † Paulo Iuriſconſulto *lib.* 3. *ad Sabin.* deſumpta eſt hæc regula, & conveniunt cum ea *l.* 1. *de inſtit.*

inſtit. act. l. ſi ex toto. ff. de legat. 1. *c. qui ſentit. c. rationi congruit.* & ibi Dyn. *de R. I. in* 6. §. *cum autem. verſ. Nam & commodum. Inſtit. de emptione & vendit.* §. 1. *in princip. de parent. tutela.* Docet † autem, quod 2
s debeat ſentire incommoda, qui ſentit commoda, & econtra: Qui cogitur ſentire onera, debet etiam particeps fieri emolumentorum. Hic enim inquit Juriſconſultus, Æquum eſt & naturali conveniens juri, ut eum ſequantur commoda, qui patitur incommoda, & è diverſo, ut ad eum onera ujusq; rei ſpectent, ad quem commoda & emolumenta proueniunt, *l. unica. §. pro ſecundo. C. de caduc. oll.* Procedit † Regula I. In ultimis voluntatibus. 3
Nam qui vult habere ſucceſſionis emolumentum, debet etiam ſuſtinere onus tutelæ, ut probatur *in princ. Inſt. de legit. pat. tut. & in l. 1. ff. de leg. tutor.* II. In contractibus † Nam ſi quis commodis rei emptæ 4
uitur, ad eum quoq; periculum & damnũ reſpicere debet, §. *cum autem. verſ. nam & commodum. Inſt. empt. & vendit.* Item ſicut commoda ſentimus ex contractu inſtitorum: Ita etiam obligari nos & conveniri ex ipſorum contractibus æquum eſt, §. 1. *&* 2. *Inſt. quod cum eo. & l. 1. ff. de inſt. act.* quo pertinet & illud Vlp. *in l.* 149. *Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet, infr. hoc tit.* Eadem de cauſa ſocietate prohibetur ita paciſci, ut alter ſentiat commodum tantum, alter verò incommodum tantum, §. 1. *Inſt. de ſociet.* Fallit † Reg. 1. In fœmina. 5
a enim licet ſentiat commodum & emolumentũ ſucceſſionis pupilli, tamen onus tutelæ ei non imponitur. Quia tutela eſt publicum munus, & virile officium, à quo remouentur fœminæ, ſecundum *l. fœmine, ſup. hoc tit. &* probatur idem *in prin. Inſt. de leg.*

patr. tut. ubi. Mynſ. *nu.* 5. *&* 6. *& in l.* 1. *ff. de legit. tutor.*
6 Secundò † fallit in negociorũ geſtione, in qua lucrum ſeu commodum ſequitur eũ, cuius negotia geſta ſunt, damna verò negociorum geſtorem: tenetur enim de dolo & culpa, *l. ſi negotia ff. de neg. geſt.*
7 III. † fallit in dote, in qua mulier quandoq; lucrũ ſentit & onus non ſentit, vt notant DD. *in* §. *fuerat*
8 *Inſt. de actionibus.* IV. † fallit in patrona, quæ ſuccedit liberto, non tamen tenetur ſubire onus tutelæ liberti *l.* 1. *ff. de legit. tutor.* Vnde DD. regulam hanc procedere dicunt, quando eadem vbique eſt ratio commodi & incommodi. Item quando eadem eſt ratio & habilitas perſonæ capientis vel ſuſcipientis commodum & incommodum, vt latè explicat Dyn. *in c. qui ſentit onus, de R. I. in 6. num.* 3. 4. *&* 5.

SVMMARIA.

In L. Id quod noſtrum.

1 *Regula hac vnde deſumpta, & qua leges cum illa concordent.*
2 *Omnia ea, qua pleno iure dominij ad aliquem pertinent, ſine eius facto ad alium transferri non poſſunt.*
3 *Fundus, in quo habeo ius vel dominium, mihi invito auferri non poteſt.*
4 *Factum in hac regula accipitur pro traditione facta a domino certa ſcientia & deſtinatione animi, iuſta & habili cauſa pracedente.*
5 *Nihil tam conueniens naturali aquitati, quam voluntatem domini, volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi.*
6 *Traditio duplex: Vera & ficta.*
7 *Factum etiam accipitur pro patientia & negligentia domini, & ſic pro non facto.*
8 *Regula hac fallit, in rebus alienis.*
9 *Item in Principe & Fiſco.*

10 *Item*

Item in alluuione.

Deniq; in creditore, qui rem alienam ſibi oppignoratam, etiam ſine debitoris facto vendere, & in alium transferre poteſt, cæteris tamen paribus.

REGULA XI.

Pomponius.

Id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.

DEſumpta † eſt hæc Regula ex lib. 5. Pomponii Juriſconſulti ad Sabinum, & conveniunt cum ea *l. in omnibus, ff. de actionibus & obligationibus. l. quodcunque §. ſi quis ita ff. de V. O. l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pact. l. finalis ff. eodem titulo. §. per traditionem Inſtit. de rerum diuiſion. l. qua ratione 9. ff. de acquiren. rerum domin.* Docet † autem, quod omnia ea, quæ pleno Iure dominii ad aliquem pertinent, ſine eius facto ad alium transferri non poſſunt, hoc eſt, quod nulla res, quæ alicuius eſt propria, ei inuito auferri poſſit, ſi neque dicto neque facto vllo ſuum declarauit & oſtendit aſſenſum, *l. filiusfamilias §. 1. ff. de procuratoribus.* Vt, † fundus, in quo habeo Ius vel dominium, & qui Iure dominii ad me ſpectat & pertinet, mihi invito auferri non poteſt, & in alium transferri, cum in tali re meum requiratur factum, vt probatur in hac Lege noſtra, & in Lege, & in omnibus, ff. de actionibus & obligationibus. Accipimus † autem factum in hac R. primum pro traditione facta à Domino certa ſcientia & deſtinatione animi, 1 2 3 4

juſta & habili cauſa præcedente. Nam id, quod
meum eſt, ad alium transferri nequit, niſi ego tra-
dam i. idem de manu mea in manum alterius.
Tunc enim à me transfertur dominium rei in illū,
cui res à me traditur, *§. per traditionem. Inſtit. de rer.*
5 *diuiſ.* Ratio † eſt, quia nihil tam conueniens natu-
rali æquitati, quam voluntatem Domini, volentis
rem ſuam in alium transferre, ratam haberi, *d. §.*
per traditionem. Inſtit. de rerum diuiſ. & l. quæ ratione ff.
6 *de acquirend. rer. dom.* Hæc † autem traditio duplex
eſt, vera & ficta. Per veram, quæ eſt, rem de ma-
nu ſua in manum alterius tradere, transfertur do-
minium habili cauſa præcedente, nec non reliquis
requiſitis neceſſariis interuenientibus, de quibus
per DD. *in d. §. per traditionem Inſtit. de rerum diuiſ.* diſ-
ſeritur. Per fictam, ubi non de manu in manum
res datur, ſed fingitur tradita, ſimili modo domi-
nium transfertur, ut probatur *in §. Interdum. Inſtit.*
de rer. diuiſ. Nam ut in acquirendo neceſſe non
eſt corpore actuque rei poſſeſſionem apprehende-
re, ſed oculis tantum & affectu, Item animo, *l. 1. §.*
ſi iuſſerim. ff. de acquir. poſſ. Ita & in transferendo do-
minium in alium. Quamobrem trabes traditæ vi-
dentur *quas emptor ſignauerit, l. quod ſi neque. ff. de pe-*
ric. & commodo rei vend. Item vina tradere videtur,
qui cellæ vinariæ claues emptori tradit, *d. l. 1. §. ſi*
7 *iuſſerim. ff. de acquir. poſſ.* Accipitur † etiam factum
pro patientia & negligentia Domini, & ſic pro non
facto, *§. ſi quod uxor. Inſtit. de nupt.* Nam & ipſa pa-
tientia & negligentia Domini pro traditione eſt,
ut in juribus transferendis & cæteris rebus incor-
poralibus, quæ tangi & revera tradi nequeunt, ut
ex *§. Interdum.* & etiam *Inſtit. de rerum diuiſ.* apparet.

Item,

r

Digitized by Google

em, ex materia uſucapionum. In ea enim, licet Dominus non tradat rem præſcribenti, ſi tamen patitur alium poſſidere tanto tempore quantum requiritur in præſcriptione, habetur illa patientia pro traditione, voluntate & conſenſu. §. *quod autem Inſtit. de uſucap.* Et hoc etiam in ſeruitutibus aliisque Juribus procedit, in quibus patientia pro traditione eſt, *l. alienationis ff. de V. S.* Vt ſi ego tibi vendo ſervitutem itineris, viæ, vel ſimilem, tunc quia ſervitus eſt res incorporalis, vere & propriè tradi nequit. Quare ſi patior te uti illa ſeruitute, habetur illa patiẽtia pro traditione, nec non transfertur dominium iſtius ſeruitutis in re, non aliter, ac ſi verè tradita eſſet ſeruitus illa. Fallit † primum in rebus alienis. Id enim, quod alienum eſt nec cum noſtro quidem facto ad alium transferri efficaciter poteſt, & ideo Jurisconſultus inquit *hic:* Id quod noſtrum eſt, ut excludat res alienas, in quibus nihil juris habemus, *l. nemo plus Iuris 1. hoc tit.* II. Fallit † in principe & fiſco. Illi enim poſſunt ex cauſa mihi inuito meam rem auferre, & in alium transferre, *l. item ſi verberatum.* §. 1. ubi Bart. *ff. de rei vẽdicat.* III. Fallit † in alluuione. §. *præterea. per alluuionem. Inſtit. de rer. diuiſ.* IV. Fallit † in creditore, qui rem alienam ſibi oppignoratam etiam ſine debitoris facto vendere, & in alienum transferre poteſt, cæteris tamen paribus, ut probatur *in §. creditor. Inſtit. quibus alienare licet vel non.*

Margin numbers: 8, 9, 10, 11

D 5 Sum-

Svmmaria.

In L. In Teſtamentis.

1 *Regula huius deſumtio, & concordantia.*
2 *In dubio voluntates teſtantium plenius, integrius & largius extendi debent. In contractibus plena, in teſtamentis plenior, in beneficiis verò pleniſſima adhibenda eſt interpretatio.*
3 *Teſtatorum voluntates vt conſeruentur, publicè intereſt. Teſtantium magnus eſt fauor. Reipublicæ intereſt, teſtatorum voluntates habere ſuos exitus.*
4 *Si quis hæredem ſibi inſtituit poſthumum naſciturum, non ſolum de primo, ſed & de aliis ſenſiſſe intelligitur.*
5 *Inſtitutis filiis in teſtamento & filiæ inſtitutæ cenſentur.*
6 *Si viduæ relictus eſt uſus ædium, poſt conſtitutum autem uſum nuptias contrahit & viro nubet, quæritur, an etiam maritum & alios hoſpites in ædes recipere poſſit*
7 *Alimentis legatis, non ſolum cibaria, ſed & veſtitus & habitatio legata cenſentur.*
8 *Odioſa potius ſunt reſtringenda, quàm extendenda.*
9 *Teſtator, ſi filiis ſuis tutores dedit, nepotes intellexiſſe non cenſetur.*
10 *Fundi appellatione fructus etiam continentur.*
11 *Fallit hac Regula etiam in l, nummis. ff. de leg. 3.*

Regvla XII.

Paulus.

In teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretamur.

1 DEſumpta † eſt hæc lex, ex lib. 3. Pauli Iuriſconſulti ad Sabin. & conveniunt cum ea *l. fundi. & l. plenum §. et ſi pecoris ff. de uſu & habit. l. quæ legata.*

a. 1. hoc tit. l. vel negare, ff. quemadm. teſta. ap. c. cum eccl. extra de donat. tex. in §. 1. Inſtit. de uſu & habit. Docet † autem, quod in dubio voluntates teſtantium plenius, integrius, & largius exponi debeant: 2
ſic enim dicitur *in c. cum dilecti. extra de donat.* In contractib. plena, in teſtamentis plenior, in beneficiis verò pleniſſima eſt adhibenda interpretatio. Et 3
† id his potiſſimum de cauſis: Primum, ut teſtatorum voluntates conſeruentur, quas conſervari publicè intereſt. II. Quia magnus eſt teſtantium favor, *l. 1. C. de SS. Ecc.* III. Quia Reipublicæ intereſt, defunctorum voluntates ſuos habere exitus, *l. vel negare. ff. quemad. teſta. ap. c fin. extra. de ſententia & re iud.* ut verbi gratia: Si † quis ſibi hæredem inſtituit poſthumum naſciturum, non ſolùm de primo, ſed & de aliis ſenſiſſe intelligitur, ut voluntas teſtatoris conſeruetur, *l. placet. cum LL. ſeqq. ff. de lib. & poſth.* Sic † Alciat. inquit in fine lib. 3. de V. S. quod inſtitutis filiis in teſtamento & filiæ inſtitutæ cenſeantur, quo facit *tex. in l. ſi quis ita ff. de teſtamentar. tutel. & in §. ſi quis filiab. Inſtitut. qui teſtamento tut. dari poſſunt.* Sic † viduæ relictus eſt uſus ædium, poſt conſtitutum autem uſum nuptias contrahit & viro nubit; Quæritur, an etiam maritum & alios hoſpites in ædes recipere poſſit, cum ipſi ſoli relictus ſit vel legatus uſus ædium: & reſpondet Pomponius Juriſconſultus, quod plenius, quam in teſtamento expreſſum eſt, ultimam teſtatoris voluntatem explicare debeamus: Ita ut tam ad maritum, quam ad alios, quos recipere vidua vult, extendatur, *l. 4. & 5. ff. de uſu & habit.*

4 5 6

& §.

7 *& §. item is, qui 2. Inſt. de uſu & habit.* Sic † ſi alimenta legata ſint non tam cibaria (quæ propriè appellatione alimentorum veniunt) ſed & veſtitus & habitatio debentur. *l. legatis. 6. ff. de aliment.*
8 *leg.* Fallit † hæc regula primum in odioſis. Ea enim potius ſunt reſtringenda, quàm extendenda,
9 *c. odia. de R. I. in 6.* II. Fallit † in datione tutelæ. Nam ſi teſtator filiis ſuis tutores dedit, nepotes intellexiſſe non cenſetur, nec eum, quem ignorabat ſe habere, ut probatur *in §. ſi quis filiab. Inſtit. qui teſtamento tutor. dari poſ. & l. ſi quis ita ff. de teſtam. tutel.*
10 III. Fallit † in *l. ſi alii. ff. de uſu & uſufr. leg.* Vbi caſus eſt, in quo tantum abeſt, ut defuncti voluntatem plenius interpretemur, ut plus etiam ſcriptura valeat, quàm id quod actum eſt, & teſtatorem ſenſiſſe & voluiſſe conſtat. Nam ſi alii fundum, alii uſumfructum eiuſdem fundi teſtator legauerit, licet eo animo fecerit, ut alter ſolidum uſumfructum, alter nudam proprietatem haberet, uſusfructus tamen communicabitur. Ratio eſſe videtur, quia fundi appellatione etiam fructus conti-
11 nentur. IV. † Fallit *in l. nummis. ff. de leg. 3.* quam Legem hic DD. allegant. Verum in ea ſatis conſtat de mente & voluntate teſtatoris, nec eſt teſtatoris dubia voluntas ideò malè huc refertur, teſte Oldend. *in hac Regula.*

SUMMA-

Summaria.

In L. Non videtur cepiſſe.

1 *Lex hæc cuius ſit, & cum quibus aliis conve[n]ientiam habeat.*

2 *Is non videtur quicquam ſibi acquiſiviſſe, qui per exceptionem à petitione removeri poteſt.*

3 *Paria ſunt, non habere aliquid, vel habere quidem, ſed ſine fructu.*

4 *Si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapſus, ſtipulanti Titio aliquid promiſi, quod promittere non debueram; ſum quidem iure ciuili obligatus, & exinde aduerſus me naſcitur actio. Sed quia illa actio per exceptionem doli vel metus eludi poteſt, nihil videtur Titius ſibi acquiſiviſſe, vel conſecutus fuiſſe.*

5 *Idem iuris eſt, ſi quis quaſi credendi cauſa pecuniam à te ſtipulatus fuerit, neq; tamen numerauerit. Nam eam pecuniam à te petere poſſe certum eſt, propter obligationem chirographariam, ſed quia iniquum eſt, eo nomine te condemnari, placet exceptione non numeratæ pecuniæ te defendi poſſe.*

Ibid. Nihil intereſt, ipſo iure quis non habeat actionem, vel habeat actionem, quæ per exceptionem infirmari poteſt.

6 *Fallit Regula primò in iis, quæ extrinſecus accedunt ad petitionem, quia in illis quis petere videtur, licet per exceptionem repellatur.*

7 *Fallit item, quoad effectum interrumpendi præſcriptionem, quia ad interrumpendam præſcriptionem ſola petitio ſufficit.*

8 *Regula hæc bifariam legitur, & quomodo.*

REGVLA XIII.

Vlpianus.

Non videtur cepiſſe, qui per exceptionem remouetur à petitione.

1 VLpiani † Iuriſconſulti eſt hæc lex ex *lib. eius* 19. *ad Sabin.* deſumpta, habetq; concordantes Leges & tex. *l. nihil intereſt. l. ſi quis obligatione* §. *non poteſt videri accepiſſe. l. non videtur quisquid capere.* 1. *hoc tit. Item l. ciuitatibus* §. *fin. ff. de leg.* 1. *l. nam is. ff. de dolo* 2 *malo.* Docet † autem, eum non videri quicquam ſibi acquiſiuiſſe, comparaſſe, vel accepiſſe, qui per exceptionem à petitione remoueri poteſt, hoc eſt, cum nihil eſſe lucratum, nihil commodi ſenſiſſe, non factum eſſe locupletiorem, reuera & cum effectu, cuius ad rem acquirendam & recuperandam inſtituta actio elidi per exceptionem poteſt. hoc eſt, qui per oppoſitam exceptionem à petitione & intentione ſua remoueri poteſt; nullam videtur habere actionem, quia intentio eius per exceptionem oppoſitam excluditur, ut probatur *in l. ſi quis obligatione.* §. *non poteſt, eodem*, i quod & *l. non videtur.* 1. *eodem.* teſtatur, inquiens: *Non videtur quisquam id capere* i. cepiſſe vel habuiſſe vel accepiſſe, *quod ei neceſſe eſt alii reſtituere.* Et ad declarationem regulæ conſiderandum eſt, quod oppoſita exceptione actio intentata perimitur, *l. quæcunq;. ſupr. de compenſ.* & exceptio propoſita actionē excludit *l. ſecund. ſupr. de except. & no. l. ſi unus.* §. pactus

pactus ne peteret. ſupr. de pactis. quia intentio agentis excluditur exceptione oppoſita, vt ſupra dictũ eſt. Paria † ſiquidẽ ſunt, non habere aliquid vel habe- 3
re quidẽ, ſed ſine fructu, ut probatur in *l. nam is. ff. de dolo malo*, ut † verbi gratia: Si metu coactus 4
aut dolo inductus, aut errore lapſus ſtipulanti Titio promiſi quid, quod promittere non debueram, palam eſt, me iure Ciuili eſſe obligatum, ex qua obligatione naſcitur actio. Verum quoniam illa actio per exceptionem doli, vel metus elidi poteſt, nihil videtur is qui habet actionem, ſibi acquiſiuiſſe, vel comparaſſe, quia eſt inefficax, & per exceptionem ſubmouetur, ut probatur *in princ. Inſtit. de except.* Idem † Juris eſt, ſi 5
quis quaſi credendi cauſa pecuniam à te ſtipulatus fuerit, neque tamen numerauerit. Nam eam pecuniam à te petere poſſe certum eſt propter obligationem chirographariam, ſed quia iniquum eſt, eo nomine te condemnari, placet exceptione non numeratæ pecuniæ te defendi poſſe, & ſic licet is, qui habet chirographum tuum, te obligatum habeat, ex qua obligatione nata etiam eſt actio, tamen non videtur cæpiſſe, i. non videtur habere actionem & obligationem, cum per exceptionem repelli poſſit, quia nihil intereſt, ipſo Jure quis non habeat actionem, vel habeat actionem, quæ per exceptionem infirmari poteſt, *l. nihil intereſt. i. eod.* Fallit † hæc regula I. in iis, quæ extrinſe- 6
cus accedunt ad petitionem, quia in illis quis petere videtur licet per exceptionem repellatur. Procedit igitur hæc Reg. in principali petitione, *per l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi.* II. Fallit † quo ad 7
effectum interrumpendi præſcriptionem, quia ad inter-

interrumpendam præſcriptionem ſola petitio ſufficit, licet ea poſtea per exceptionem elidatur: 8 Bart. *in l. fin. ff. de eo per quem factum eſt.* Porro † bifariam legitur hæc reg. à DD. Decius & alii, eum ſecuti, verbum *cæpiſſe* pro *inchoaſſe* accipiunt, ut ſenſus eius ſit: non videtur cæpiſſe i. inchoaſſe judicium, qui per exceptionem à petitione removetur, hoc eſt, ille juſtè non dicitur ullam inſtituiſſe actionem, vel alteri mouiſſe litem, qui ab actione ſua, per exceptionem removetur, quem tamen intellectum Cagnol. *hic nu.* 4. *&* 5. reiicit, cui & aliis magis placet Florentinorum librorum lectio, in quibus verbum *cepiſſe* ſine dipthongo ſcriptum extat, ſumiturq; pro *accepiſſe*, acquiſiviſſe, comparaſſe, vel lucratum eſſe, ut in præcedentibus dictum eſt.

SVMMARIA.

In L. In omnibus obligationibus.

1 *Regulæ huius deſumtio, & convenientia.*

2 *In omnibus obligationibus & contractibus in quibus dies, quo præſtari debet id, quod in obligationem deductum eſt, non apponitur præſenti die, hoc eſt, confeſtim peti poteſt id, quod in obligationem venit.*

3 *Pura obligatio non ſuſpenditur, ſed ex præſenti vires ſuas accipit, & actionem producit.*

4 *Cedere diem eſt incipere deberi. Venire verò diem ſignificat eum diem veniſſe, quo pecunia peti poteſt.*

5 *Regula hæc procedit ſecundum rigorem iuris, non verò ſecundum æquitatem.*

6 *Modicum tempus miſerationis gratia debitori ad ſoluendum conceſſum, à iure determinatum non eſt, niſi in certis quibusdam caſibus, ut in conſtituto.*

7. Item

7 *Item in dote, quæ intra annum ſoluenda eſt.*
8 *Item in re iudicata, cum quis per ſententiam condemnatur, vbi dilatio quadrimeſtris ad ſoluendum datur.*
9 *Regula fallit, quando dies tacitè ſtipulationi vel obligationi ineſt, vel adiectus videtur.*
10 *Omnia, quæ teſtamentis ſine die vel conditione aſcribuntur, ex die aditæ hereditatis præſtantur.*
11 *Nonnunquam etiam ratione loci inſerti debetur, qui tacitè inducit & complectitur tempus.*
12 *Quod interdum etiam ex natura rei in obligationem deductæ procedit, ex qua pura obligatio capit dilationem.*

REGVLA XIV.

In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die debetur.

DEſumpta † eſt hæc Regula ex lib. 5. Pomponii 1
Iuriſconſulti ad Sabin. & conueniunt cum ea
l. eum qui calendis. 41. §. *fin. ff. de V. O. l. quod dicimus.*
105. *ff. de ſolut. l. ſi dies.* 21. *ff. quand. dies lega. ced. l. o-
mnia.* 32. *ff. de leg.* 2. *l. cedere diem ff. de V. S.* §. *omnis. In-
ſtit. de V. O.* Docet † autem breuiter, quod in o-
mnibus obligationibus & contractibus, in quibus 2
dies, quo præſtari debet id, quod in obligationem
venit, non apponitur, præſenti die, h. e. confeſtim
peti & exigi poſſit id, quod in obligationem dedu-
ctum eſt. Ratio eſt, quia pura eſt obligatio, quod
fit ſine appoſitione conditionis, vel diei. Pura † 3
autem obligatio non ſuſpenditur, ſed ex præſenti
vires ſuas accipit & actionem producit, *l. ſi filius-
fam. ff. de V. O.* Ergo ſtatim etiam actio ad acquiren-
dum id, quod in obligationem eſt deductum, in-
tentari poteſt. Ut, ſi tu mihi promittis dare 100.

Digitized by Google

ex cauſa donationis ſimpliciter ſine vlla diei vel conditionis annexione, ſtatim atque profecta eſt ſtipulatio, ceſſit & venit dies, i. nata eſt obligatio & actio: ita vt confeſtim illa 100. petere poſſim, vt
4 probatur *in d. §. omnis Inſtit. de V. O.* *Cedere* † enim *diem*, eſt *incipere deberi: venire* verò *diem* ſignificat eum diem veniſſe, quo pecunia peti poteſt, *l. cedere diem*
5 *ff. de V. S.* Procedit † Regula ſecundum rigorem Iuris, non vero ſecundum æquitatem, iuxta quã hæc Reg. cum temperamento quodam, & ſpacio temporis intelligenda eſt, *l. ratum 13. ff. de ſolut.* Non enim cum ſacco paratus adeſſe debet creditor, *l. quod dicimus ff. de ſolut. gl. in §. omnis Inſtit. de V. O.* in verbo,
6 *confeſtim*. Sed † miſerationis gratia modicum tempus debitori ad ſoluendum concedi debet, quod à Iure determinatum non eſt, niſi in certis quibuſdam caſibus, videlicet, in conſtituto, vbi debitor ante decimum diem conueniri non poteſt, *l. pro-*
7 *miſſor § 1. ff. de conſtit. pec.* II. In † dote, quæ intra annum ſoluenda eſt, *l. 1. §. exactio C. de rei vxor. act.* III.
8 In † re iudicata, cum quis per ſententiam condemnatur, vbi dilatio quadrimeſtris conceſſa eſt ad
9 ſoluendum, *l. fin. §. fin. C. de vſur. rei iudic.* Secundo † fallit, quando dies tacitè ſtipulationi vel obligationi ineſt, vel adiectus videtur, quod quidem apparet ex tacita diſponentis mẽte & voluntate, vt ſi Martino 100. legata ſunt in teſtamento Dominici, licet illa obligatio pura videatur, tamen tacitè ineſt ei dies: centum enim petere prius Martinus non po-
10 teſt, quàm hæreditas ab hærede ſit adita. Omnia † enim, quæ teſtamentis ſine die vel conditione adſcribuntur, ex die aditæ hæreditatis præſtantur, *l. o-*
11 *mnia ff. de leg. 2.* Vel † ratiõe loci inſerti, qui tacitè inducit

ducit & complectitur tempus, vt ſi dico: *Erphordiæ dare ſpondeo:* Hæc ſtipulatio licet pura videatur, tamen reſpectu loci inſerti reipſa habet tempus adiectum, quo promiſſor vtatur ad pecuniam Erphordiæ dandam: Id enim tacitè egiſſe contrahentes cõſtat, nõ vt ſtatim ſoluatur, ſed eo die, quo commodè Erphordiam perueniri poteſt, vt probatur in §. *loca Inſtit. de V.O.* vel † ex natura rei in obligationem deductæ, ex qua pura obligatio capit dilationem, 12
vt: ſi quis mihi promittit fructus fundi, vel fœtum in vtero adhuc exiſtentem, licet quoad verba videatur pura obligatio, tamen ex natura rei in diem dicitur obligatio. Dilatio enim eſt, donec fructus naſcantur, vel id, quod in vtero eſt, producatur, vt probatur *in l. interdum 73. ff. de V. O.* vbi dicitur: *Interdum pura obligatio ex re ipſa dilationem capit: & in l. ſi ita 14. ff. eod. tit.*

SVMMARIA.
In L. Qui actionem habet.

1. *Regula hac vnde deſumpta, & qua leges cum illa conueniant.*
2. *Is videtur & intelligitur habere vel poſſidere rem, qui ad eam recuperandam actionem habet.*
3. *Illud in bonis noſtris eſſe cenſetur, quod peti poteſt.*
4. *Si Dominus fundi contra poſſidentem habet rei vindicationem ad fundum recuperandmu, ipſum fundum habere videtur.*
5. *Si per vim de poſſeſſione fundi quis eſt deiectus, habet tamen interdictum vnde vi, ad recuperandum ipſum fundum, & poſſeſſionem ipſius habere iudicatur.*
6. *Creditor, qui condictionem habet ex mutuo, ad pecuniam mutuo datam conſequendam, ipſam pecuniam habere exiſtimatur.*
7. *Legatum acquiſitum intelligitur, de quo perſonalis actio eſt acquiſita.*

8 *Omnia ea in bonis noſtris eſſe dicuntur, quæ in actionibus, petitionibus, perſecutionibus noſtris ſunt.*

9 *Is diminuere bona ſua dicitur, qui, cum potuit, obtinere noluit.*

10 *Nemo videtur rem ſuam amiſiſſe, vel excluſus re, qui ad eam recuperandam habet actionem. Econtra autem rem amiſiſſe dicitur qui nullam eius perſequenda actionem habet.*

11 *Valet hæc Regula quoad interpretationem, repræſentationem, ſeu, quod idem eſt, fictionem iuris, quæ perinde valet, vt legis definitio.*

12 *Naturaliter & reuera minus eſt, habere actionem, quàm rem.*

13 *Quando quis agit in rem, fieri poteſt, vt, licet actionem habeat, tamen excludatur à re, vel quia intentionem ſuam probare non poteſt, vel quia inopia aduerſarij actionem excludit, vel propter expenſas, litium anfractus, & commodum poſſeſſionis, quod magnum eſt.*

Regula XV.

Paulus.

Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur.

1 EX † lib. 4. Pauli Iuriſconſulti ad Sabin. deſumpta eſt hæc Reg. & conveniunt cum ea *l. eadem. ff. de leg. 3. l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. domin. l. id apud ſe. 143. l. bonorum §. æque bonis. 44. l. Labeo, 4. §. vero amiſiſſe. l. poteſtatis verbo. 215. ff. de V. S.* Docet
2 † autem, quod is videatur & intelligatur habere vel poſſidere rem, qui ad eam recuperãdam actionem habet, h. e. quod in bonis noſtris id eſſe intelligatur, ad quod recuperandum habemus actionẽ, ſeu quod illud quisquã apud ſe habere credatur, de quo habet actionem, *l. id apud ſe. ff. de V. S.*

Ratio

Ratio † eſt, quia illud in bonis noſtris eſſe cenſe- 3
tur, quod peti poteſt, hoc eſt, quod nobis vel a-
ctione in perſonam, vel petitione in rem, vel offi-
cio Judicis (de qualibet enim actione vel petitione
hæc regula eſt accipienda) debetur. *l. bonorum §. fin.*
ff. de V. S. Vbi dicitur: *Æque bonis noſtris annumerabi-*
tur id, quod eſt in actionibus, petitionibus ſeu perſecutioni-
bus. Vt † ſi Dominus fundi contra poſſidentem 4
habet rei vindicationem ad fundum recuperan-
dum, ipſum fundum habere videtur, *l. rem in bonis.*
ff. de acquir. rer. dom. Eodem † modo ſi per vim 5
de poſſeſſione fundi ſum deiectus, habeo tamen
Interdictum vnde vi, ad recuperandum ipſum
fundum, & poſſeſſionem eius habere iudicor, *l. ſi*
quis vi. ff. de acquir. rer. dom. Sic † creditor, qui con- 6
dictionem habet ex mutuo, ad pecuniam mutuo
datam conſequendam, ipſam pecuniam habere
exiſtimatur, *per hanc Reg. noſtram.* Inde † fit, ut le- 7
gatum acquiſitum intelligatur, de quo perſonalis
eſt actio acquiſita, *l. filiusfamilias. in fine. ff. de teſta-*
mentis. Hinc † etiam infertur, quod omnia ea in 8
bonis noſtris eſſe dicantur, quæ in actionibus, per-
ſecutionibus noſtris ſunt, *l. bonorum §. fin. ff. de V. S.*
Et † ideo is diminuere bona ſua dicitur, qui, cum 9
potuit, obtinere noluit, *l. 1. §. quod ſi noluit ff. quæ in*
fraudem patronorum. Nemo † etiam videtur rem 10
ſuam amiſiſſe, vel excluſus re, qui ad eam recupe-
randam habet actionem, *l. nam is. ff. de dolo malo.* E-
contra autem rem amiſiſſe videtur, qui nullam e-
jus perſequendæ actionem habet, *l. Labeo, in fine, ff.*
de V. S. nec videtur id in bonis noſtris eſſe, quod e-
vincitur, aut ex certa cauſa auferri poteſt, *l. non vi-*
detur. infr. eod. Vera † tamen eſt hæc Regula ſe- 11

E 3 cundum

cundum interpretes & Alciat. *in l.id apud ſe ff.de V.S.* quoad interpretationem, repræſentationem, ſeu quod idem eſt, fictionem iuris, quæ perinde valet, vt legis definitio, Bart, *in l.ſi is qui D. de vſucap.num.21.* id quod & probatur hic per verbum, *Videtur*: quod eſt verbum improprietatis; inquit enim Iuriſconſultus, quod ipſam rem habere videatur, non quo-
12 ad veritatem: naturaliter † enim & reuerà minus eſt habere actionem, quàm rem, vt probatur *in l. minus*
13 204. *infra, eod.* Nam † quando quis agit in rem, fieri poteſt, vt, licet actionem habeat, tamen excludatur à re: vel quia probare non poteſt ſuam intentionem, *l.1.ff.de probat.* vel quia inopia aduerſarii actionem excludit, *l.nam is ff.de dolo malo,* vel propter expenſas, litium anfractus & commodum poſſeſſionis, quod magnum eſt, *§. commodum Inſt. de interdict.* Commodius igitur eſt & melius, poſſidere rem, quàm à poſſidente repetere, *l.ſi is ff.de rei vendic. §.retinendæ, verſ.commodum Inſtit.de interdict.*

SVMMARIA.

In L. Imaginaria venditio.

1 *Regula hæc unde deſumpta, & quænam leges ad eius explicatio-nem pertineant.*

2 *Imaginaria vel ſimulata venditio non eſt, ſed vera, i[n] qua vel verum & iuſtum, vel modicum, aliqua[m] tamen ad rem venditam proportionem habens, preciu[m] interue[n]it.*

3 *Ad veram & perfectam emptionem requiritur verum, iuſtu[m] vel modicum precium.*

Ibid. *Precium arguit contractum emptionis & venditionis.*

Ibid. *Precium eſt de ſubſtantia emptionis & venditionis.*

4. Subſtan

Subſtantia venditionis in quibus conſiſtat.
Precium non conſtituitur, niſi de merce aliqua.
Imaginaria venditio eſt, in qua vel nullum, aut prorſus exiguum, vel inæquale intervenit precium.
Imaginaria item venditio eſt, quæ in effectu facta eſt ſine precio, quando aliud agitur, & aliud ſimulate concipitur.
Imaginaria emptio, ſicut & alii imaginarii contractus iuris vinculum non obtinent.
9 *Si res aliqua magni valoris uno nummo emitur, vera venditio non eſt, ſed imaginaria.*
Ibid. *Vnus nummus pretium non eſt, ſed precio opponitur.*
10 *Locatio vera non eſt, ſed imaginaria & nuda, quæ fit ſine mercede, uno nummo.*
11 *Venditio non eſt, quæ in effectu eſt ſine precio, veluti ſi ſub prætextu emptionis concipitur donatio vel alius contactus.*
12 *Fallit hæc regula in Emphyteuſi, quæ uno nummo & re minima celebratur.*
13 *Fallit item ſi in fraudem factus eſſet imaginarius contractus, quia tunc opus eſſet reſciſſione & revocatione.*
14 *Fallit deniq; in illis imaginariis venditionibus, quæ olim fiebant in emancipationibus, teſtamentis, fideicommiſſariis hæreditatibus, & libertatibus.*

REGULA XVI.

Imaginaria venditio non eſt, pretio accedente.

DEſumpta † eſt hæc lex *ex lib. 21. Vlpi. ad Sabin.* 1 & pertinent ad ejus explicationem *l. ſi quis donationis, 38. & l. nuda. 55. ff. de contrah. empt. l. quoniam indignum. 15. C. de teſtamentis l. emtor. 12. ff. de aqua pluu. arc. l. ſi quis arte. §. ult. ff. de acquir. poſ.* Docet † 2 autem breviter, quod Imaginaria vel ſimulata venditio non ſit, ſed vera, in qua vel verum & juſtum vel modicum, aliquam tamen proportionem ad rem venditam habens, pretium intervenit.

Digitized by Google

3 Ratio † prima eſt, quia ad veram & perfectam emptionem requiritur verum, juſtum vel modicum precium, §. *precium autem. Inſtit. de Empt. & vend.* II. Quia precium arguit contractum emptionis & venditionis, *l. fin.* ubi Bart. *C. de prædiis curialibus. lib. X.* III. Quia precium eſt de ſubſtantia emptionis & venditionis, *l. pacta conventa. ff. de contrahend. empt.* Accedente igitur & conventione facta de precio, cum propoſito ſolvendi precium, vera erit emptio, non ficta, non imaginaria, non ſimulata, quia poſita ſubſtantia rei rem ipſam poni neceſſe
4 eſt. Subſtantia † venditionis in his conſiſtit. I. in conſenſu contrahentium. II. In mente. III. In precio, §. 1. 2. & 3. *Inſtit. de empt.* quæ omnia in tali emptione, in qua de precio conſtat, reperiuntur & inſunt. Nam ſi de precio eſt conventum inter partes, præſumitur quod præceſſerit merx & conſen-
5 ſus. Nam † precium non conſtituitur, niſi de merce aliqua, & ſi precium de merce conſtitutum eſt, conſenſus contrahentium adeſſe vel adfuiſſe ar-
6 guitur. Imaginaria † verò venditio eſt, in qua vel nullum, aut prorſus exiguum, vel inæquale intervenit precium, *l. nuda. ff. de contrah. empt. l. 3. §. 1. ff. de manumiſ.* h. e. quæ apparenter, non autem exiſtenter, venditio eſt. Sicut imaginarius uſus dicitur, qui imaginem veritatis, non veritatem ipſam ha-
7 bet. *l. quoniam indignum. C. de teſtamentis.* Item † quæ in effectu facta eſt ſine precio, quando aliud agitur & aliud ſimulatè concipitur: Vt, ſi contrahentes ſub prætextu emptionis donationẽ celebrant:
8 quæ † imaginaria emptio, ſicut & alii imaginarii contractus, Juris vinculum non obtinent, cum fides veriſimulatur, non intercedente veritate, ob

quod

d etiam ex illis contractibus nulla naſcitur a-
›, *l. contractus. ff. de act. & oblig.* neque rei aliena-
facta cenſetur. *l. emptor. ff. de aq. plu. arc.* Sed ſunt
o jure nulli: Vt † ſi res aliqua magni valoris 9
o nummo emitur, vera venditio non eſt, ſed i-
aginaria, quia unus nummus precium non eſt,
d precio opponitur, *l. ſi quis ante §. ult. ff. de acquir.*
oſ. Eodem † modo & locatio vera non eſt, ſed 10
imaginaria & nuda, quæ fit ſine mercede, uno
nummo, *l. ſi quis ff. locati.* Venditio † quoque non 11
eſt, quæ in effectu eſt ſine precio, veluti ſi ſub præ-
textu emptionis concipitur donatio, vel alius con-
tractus. Tales enim, ut & in præcedentibus mo-
nui, ipſo jure nulli ſunt. Fallit † regula in emphy- 12
teuſi, quæ uno nummo, & re minima celebratur,
teſt. Cagn. *hic nu. 13.* II. Fallit, † ſi in fraudem fa- 13
ctus eſſet imaginarius contractus, quia tunc opus
eſſet reſciſſione & revocatione. Dec. *hic nu. 4.* Cag.
nu. 11. III. Fallit † in illis imaginariis venditio- 14
nibus, quæ olim fiebant in emancipationibus, §.
preterea. Inſtit. quibus modis ius patr. poteſtatis ſolu. In
teſtamentis, vt probatur *in princ. Inſtit. de teſtamen-
tis ordin.* & fideicommiſſariis hæreditatib. Item li-
bertatib. *Theoph. §. reſtituta autem. Inſtit. de fideicom.
hæred.* Illæ enim, cum erant legitimæ ceremoniæ in
emancipationibus, teſtamentis & libertatibus,
propter utilitatem Reipub. inuentæ, valebant: ſe-
cus eſt in imaginationibus illis, quæ ad imponen-
dum proximo non ſolum in priuatis, verum etiam
in publicis negociis fiunt, teſte Olden-
dorp. in hac Regula.

E 5 Sum-

SVMMARIA.

In L. Cum tempus.

1 *Regulæ huius deſumptio, & concordantes cum ea legum textus.*

2 *In dubio tempus in teſtamento à teſtatore adiectum, in fauorem hæredis adiectum fuiſſe cenſetur. Ratio, quia*

3 *Hæres in eo grauatus eſt, ut defuncti voluntatem exequatur: huius rei nomine debitoris partes ſuſtinet, quia debitores ſunt fauorabiliores, & ob id partes eorum potiores.*

4 *Quod de hærede dicitur, id etiam ad debitorem transferendum eſt.*

Ibid. Sicut in dubio tempus in teſtamento adiectum pro hærede adiectum videtur: ita etiam in ſtipulationibus aliisque contractibus tempus dictum in fauorem debitoris ſeu promiſſoris adiectum cenſetur.

5 *Quod ad diem Martini dare quis promiſit, quolibet interim die recte ſoluere poteſt, quia nata eſt obligatio, ſed ut id faciat, cogi non poteſt, quia actio nondum competit.*

6 *Argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus cæteris paribus valet.*

7 *Fallit hæc regula, ſi legatum relictum eſt in tempus incertum, vel in diem incertum, quia dies incertus pro conditione habetur.*

8 *Secundo fallit, ſi alia fuit mens teſtatoris, hoc eſt, ſi apparet ex mente defuncti, tempus non in fauorem hæredis, ſed in fauorem legatarii eſſe adiectum.*

9 *Fallit tertiò, ſi agatur de præiudicio tertii alicuius.*

REGVLA XVII.

Cum tempus in teſtamento adiicitur, credendum eſt, pro hærede adiectum: niſi alia mens fuerit teſtatoris, ſicut in ſtipulationibus, promiſſoris gratia, tempus adiicitur.

De-

REſumpta † eſt h. l. *ex lib. 23. Vlp. ad Sabin.* & habet concordantes tex. *in l. 10. & 13. ff. quando dies l. ced.* Item *in l. ſi ita relictum. §. Pegaſus. ff. de leg. 2. in ſtipulatio iſta. §. inter incertam. ff. de V. O. in l. quod in item ff. de ſolut. in §. omnis ſtipulatio. ff. de V. O.* Docet autem, quod in dubio tempus in teſtamento à teſtatore adiectum in fauorem hæredis adjectum cenſeatur. Veluti ſi ita teſtator in teſtamento dixiſſet: Hæres meus 200. dabit Titio poſt annum vel biennium à morte mea, hic tempus eſt adiectum, quare ſi dubitatio oritur, an poſt annum vel biennium petere poſſit legatarius Titius 200. Reſpondetur per hanc R. noſtram, quod tempus pro hærede h. e. in commodum ſeu fauorem hæredis ſit adiectum, adeo ut hæres eligere poſſit tempus, quod ſibi magis placebit & commodum erit, *l. ſi ita relictum. §. Pegaſus. ff. de leg. 2.* Et ideo ſi intra biennium legatarius moriatur, legatum evaneſcit, nec tranſit ad legatarii hæredes. Sic ſi dixiſſet teſtator: In die S. Michaelis hæres meus dabit Phamphilo 50. ſimili modo in hæredis gratiam tempus adiectum videtur: Ita ut vel ante diem, vel in ipſo die ſolvere poſſit, *§. omnis ſtipulatio.* verſ. *Id autem quod in diem. ff. de V. O.* Regulare enim eſt, ut ſi tempus in teſtamento adiicitur, pro hærede videatur adiectum quod æquiſſima ratione factum eſt. Hæres † enim gravatus eſt in eo, ut defuncti voluntatem exequatur. Huius rei nomine debitoris partes ſuſtinet, qui debitores ſunt fauorabiliores, & ob id partes eorum potiores, *l. 1. c. communia, de legat.* Quod † de hærede dicitur, id etiam ad debitorem trans-

1 2 3 4

transfert Iuriſconſultus, cum inquit: *Sicut in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adiicitur.* q. diceret: Sicut in dubio tempus in teſtamento adiectum pro hærede adiectum videtur: ita etiam in ſtipulationibus aliisq́; contractibus tempus adiectum in fauorem, commodum & emolumentum debitoris
5 ris ſeu promiſſoris adiectum cenſetur. Vnde † quod ad diem Martini dare quis promiſit, quolibet interim die ſoluere rectè poteſt, quia nata eſt obligatio, ſed ut id faciat, cogi non poteſt quia actio nondum competit, id eſt, nondum venit dies. Tempus enim illud, in ipſius debitoris fauorem eſt adiectum, ut vel eo utatur, vel non utatur, & ante tempus ſoluat, vel in ipſo tempore, *l. quod in certum diem. ff. de ſolut. & l. intra. ff. de re iudic.* Et
6 † ſic habetis hic tex. quo probatur, quod argumentum in iure noſtro ab ult. voluntatibus ad cõtractus, cæteris tamen paribus, valeat, vt teſtatur Euerhard. *in topicis ſuis, in loco à contractibus ad ultimas*
7 *voluntates.* Fallit † hæc R. primum, ſi legatum relictum eſt in tempus incertum vel in diem incertum. Dies enim incertus pro conditione habetur, *l. dies incertus. ff. de condit. & dem.* Ante conditionem autem non cogitur creditor vel legatarius inuitus ſolutionem recipere, *l. ſtipulatio iſta. §. inter incertam. ff. de V. O.* Ergo nec ante diem incertum, quia conditio & dies incertus æquiparantur. II. Fallit,
8 † ſi alia fuit mens teſtatoris. h. e. ſi apparet ex mente & teſtamento defuncti, tempus non in fauorem hæredis, ſed in fauorem legatarii eſſe adiectum, ut probat hic Iuriſconſultus in tex. cum inquit: *niſi alia mens fuerit teſtatoris:* tunc enim nullus diſputationi locus eſt, ſed ſtatur voluntati teſtatoris, quæ

pro

Digitized by Google

lege habetur, *l.* 1. *C. de SS. Eccleſ.* III. Fallit † ſi 9
ur de præiudicio tertii alicuius, *l. uxorem.* §. *ff. de leg.* 3.

SUMMARIA.

In L. Quæ legata.

Regula huius deſumptio, & concordantes cum ea textus.

Quædam legata ad hæredem transmittuntur, quædam verò non. Ea quæ ad hæredem transmitti poſſunt, iis acquiruntur, in quorum legatarius mortis tempore eſt poteſtate.

Legata, quæ in hæredem transmitti poſſunt, ſunt, quæ purè, ſimpliciter, & in diem certum ſeu certum tempus relicta ſunt. Ea enim legatarius, etiamſi ante aditam hæreditatem moriatur, ad eum, in cuius poteſtate eſt, transmittit.

Fallit hoc in uſufructu legato. Is enim ſi legatarius ante aditam hæreditatem moriatur, non transfertur ad hæredem legatarij.

id. Vſusfructus intelligi nequit, niſi ſit, qui eum conſtituat, quiq; frui patiatur, nempe hæres, qui nullus exiſtit ante aditam hæreditatem,

Fallit item in aliis ſervitutibus perſonalibus & libertatis legatis, quæ non cedunt à tempore mortis teſtatoris, ſed adita demum hæreditate.

5 Legata, quæ non poſſunt transmitti in hæredem, ſunt, quæ ſub conditione & in diem incertum relicta ſunt.

7 Quod in legatis conditionalibus traditur, non extenditur ad ſtipulationes conditionales.

8 Ratio diuerſitatis in legatis conditionalibus, & ſtipulationibus conditionalibus.

9 Exemplum, vbi argumentatio ab ultimis voluntatibus ad contractus non procedit.

REGVLA

Regula XVIII.

Quæ legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nòs his, quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu acquirimus: aliter atque cum ſtipulati ſumus: Nam & ſub conditione ſtipulantes omni modo eis acquirimus, etiamſi libertate nobis præſtita, à dominis conditio exiſtat.

1 DEſumpta † eſt h. l. ex lib. 6. Pomponii Iuriſconſulti ad Sabin. & conveniunt cum ea *l. ſi filiusfamil.* 78. *ff. de V. O. l. cedere diem. ff. de V. S. tot. tit. quando dies leg. ced. §. ſi eadem res, §. coniunctim. I. de legat. §. ex conditionali. & ibi DD. I. de V. O.* Docet †
2 autem breuiter primum, quod quædam legata ad hæredem transmittantur, quædam verò non, in verbis *quæ legata mortuis.* II. Quod ea, quæ ad hæredem transmitti poſſint, iis acquirantur, in quorum legatarius mortis tempore eſt poteſtate, in verbis: *eorum commodum.* Vt exempli gratia: Seio filiofamilias relictum eſt legatum à teſtatore Mæuio: Mæuius teſtator moritur, decedit etiam Seius legatarius ante aditam hæreditatem, & ante perceptionem legati, quæritur ad quem pertineat legatum Seii, & reſpondetur hic, quod ad eum pertineat, in cuius fuit poteſtate Seius mortis tempore i. ad patrẽ, ſi eiusmodi fuit legatum, quod ad hæredes transmitti poteſt, ſecus ſi tale non eſt, tunc
3 enim penes hæredem teſtatoris remanet. Legata † autem, quæ in hæredem transmitti poſſunt, ſunt, quæ

purè, ſimpliciter, & in diem certum, ſeu certũ
ous, relicta ſunt. Ea enim legatarius, etiamſi an-
litam hæreditatem moriatur, ad eum, in cuius
ſtate eſt, transmittit. Ratio eſt, quia horum le-
orum dies ceſſit i. debere incipiunt ſtatim, mor-
teſtator, & hæreditate nec dum adita, licet ante
tam hæreditatem peti non poſſint, h. e. talia le-
a ipſi legatario ſtatim poſt obitum teſtatoris, et-
hæreditatè nondum adita, æquiſita dicuntur,
deo ſi legatarius moritur ante perceptionem le-
i, ius ſuum ſibi acquiſitum ad hæredes tranſmit-
e poteſt. Veluti Lucio Titio ager Sempronianus
teſtamento purè & ſimpliciter eſt relictus, mori-
teſtator, moritur etiã legatarius Lucius Titius,
reditate nondum adita & legato nondum per-
pto, quæritur ad quem legatus fundus Sempro-
anus pertineat: & reſpondetur, ad eum, in cuius
teſtate fuit mortis tempore Lucius Titius lega-
rius. Ratio eſt, quia ſtatim mortuo teſtatore dies
gati ceſſit, & legatum deberi, nec non legatarii eſ-
, incepit, licet ante hæreditatis aditionem petere
on potuerit. Cum itaq; deberi incepit, & Jus à
norte teſtatoris in legato legatarius conſecutus ſit,
otuit quoq; illud jus in hæredem tranſmittere, ita
it hæredes legatarii non aliter poſtulare poſſint le-
gatum patri relictum, ac ſi ipſe pater adhuc vive-
et, *l. ſi poſt diem. 5. ff. quando dies leg. cedat.* Nam &
tum, ſi legatarius Titius moritur ante aditam hæ-
reditatem & perceptionem legati, tranſmittit ni-
hilominus legatum ad eũ, in cuius poteſtate mor-
tis tempore fuit, ita ut non aliter is legatum agrum
petere poſſit die adueniente ac ſi Titius ipſe præſtò
eſſet, *d. l. ſi poſt diem. 15. §. ff. quando dies leg. ced.* Fallit

† tamen

4 † tamen hoc in uſufructu legato: is enim, ſi legatarius ante aditam hæreditatem moritur, non transfertur ad hæredem legatarii, ut probatur toto tit. *ff. quanto dies uſusfr. leg. ced.* Ratio eſt, quia uſusfructus intelligi nequit, niſi ſit qui eum conſtituat, quiq; frui patiatur, nempe hæres, qui nullus exiſtit ante aditam hæreditatem, *l. 3. ff. de uſufr.* videatur & *VVeſeb. in paratit. ff. quando dies uſusfr. ced. nu. 2.*
5 *&* 3. II. Fallit † in aliis ſeruitutibus perſonalibus & libertatis legatis, quæ non cedunt à tempore mortis teſtatoris, ſed adita demum hæreditate. Quipropter ſi legatarius moritur ante aditam hæreditatem, talia legata ad hæredes ſuos transmittit, *l. 2. & 3. ff. quando dies leg. l. unica. §. libertatib. C. de caduc. toll.* Weſemb. *in parat. quando dies leg. ced. n. 5.*
6 Legata † verò quæ non poſſunt transmitti in hæredem ſunt, quæ ſub conditione & in diem incertum (Legata enim in diem incertum relicta conditionalibus æquiparantur) relicta ſunt, *l. 4. & 5. ff. quando dies leg.* Vt ſi Titio legatum relictum eſt ſub hac conditione, ſi conſul factus fuerit; Titio autem ante conditionis eventum & exiſtentiam, item perceptionem legati, moriēte, nihil commodi vel lucri is, in cuius Titius eſt poteſtate, inde conſequitur. Titius enim illud ad hæredem transmittere nequit. Ratio eſt quia tale eſt legatum, quod ſua natura non eſt transmiſſibile. Ideo autem conditionalia legata, & quæ in diem incertum relicta ſunt, ad hæredes transmitti non poſſunt, quia eorum dies non cedit ante conditionis eventum, nec quicquam Juris legatarius in illis habet ante conditionis exiſtentiam, cum incertum ſit, an conditio extitura ſit nec ne. Ideo ſi moritur lega-

gata-

tarius, nihil etiam iuris ad hæredes transmittere
teſt. *l. is cui. 42. ff. de act. & oblig. l. legata ſub conditio-*
41. ff. de condit. & demonſt. l. cedere diem. 213 ff de V. S.
uod ſecus eſt in legatis puris & in diem certum re-
tis: Ea enim ſtatim poſt mortem teſtatoris de-
ntur, & in illis ſtatim acquiſitum dicitur ius ali-
uod legatario, quod ad heredes transmittere po-
ſt, *l. unica §. ſin autem. C. de caduc. toll.* Hoc † quod 7
legatis conditionalibus traditur, non extenditur
d ſtipulationes conditionales, ut docet hic Juris-
onſultus cum inquit, *aliter atq; quod ſtipulati ſumus,*
am & ſub conditione. Nam ſi filiusfamilias ſub
onditione 100. ſibi florenos ſtipulatur, licet pater
noriatur ante conditionis eventum, tunc lucrum
commodum ſtipulationis ad hæredem trans-
nittit, ut probatur *in §. ex conditionali. Inſt. de V. O.*
& l. ſi quis ſi Titius. 57. ff. de V. O. Ratio † diuerſitatis 8
n legatis conditionalibus & ſtipulationibus con-
ditionalibus eſt, quia in ſtipulatione conditionali
interuenit factum ſtipulatoris volentis ſibi & hæ-
redi ſuo proſpicere & conſulere; ſecus eſt in lega-
tis ſub conditione relictis; In illis enim nullum fa-
ctum legatarii interuenit ſed tantum voluntas te-
ſtatoris, qui intelligitur duntaxat legatario, non
etiam hæredi eius proſpicere, conſulere & gratifi-
cari voluiſſe, Mynſing. *in §. ex conditionali ſtipulatio-*
ne. Inſt. de V. O. nu. 2. Et † ſic habemus exemplum 9
hic, ubi argumentatio ab ultimis voluntatibus ad
contractus non procedit, non enim valet argu-
mentatio: Legatum conditionale ante conditio-
nis euentum non debetur, & ob id, ſi ante condi-
tionis eventum moritur legatarius ad hæredes ſuos
non transmittit legatum, ſed manet legatum pe-

F nes

nes hæredem: Ergo idem in ſtipulatione conditionali ſervandum eſt; quia eſt diverſa ratio in legatis conditionalibus & ſtipulationibus conditionalibus, ut in præcedentibus monui.

SUMMARIA.

In L. Qui cum alio contrahit.

1 *Regula hæc unde ſit deſumpta.*

2 *Duas hæc Regula habet partes, cum quarum prima quænam leges conveniant.*

3 *Contrahens cum alio certus eſſe debet de conditione & qualitate eius, cum quo contrahit, nimirum an ſit ſui iuris, vel alieno iuri ſubiectus, pupillus, minor, prodigus, honeſta vel inhoneſta perſona.*

Ibid. *Si filiofamilias, minori vel prodigo poſcenti quis ſolveret centum, non liberatur.*

4 *Damnum, quod quis ex contractu cum perſona minus idonea inito ſentit, id ſuæ acceptum ferre debet facilitati & imprudentiæ.*

5 *Si quis filiofamilias mutuo dat pecuniam, ignorans, eum eſſe filiumfamilias, cum tamen probabiliter hoc ſcire poſſit, ille non repetit pecuniam propter Senatusconſultum Macedonianum.*

6 *Admittens fideiuſſorem non idoneum, ſibi præiudicat.*

7 *Ducens inhoneſtam puellam vel matronam in uxorem, ſibi imputet, quod non de eius conditione inveſtigaverit, & ſe certiorem fieri curaverit.*

8 *Fallit hæc Regula pars in hærede, ignorante, legatarium eſſe alieno iuri ſubiectum: ſi enim eiusmodi legatario ſolverit hæres legata, liberabitur propterea, quia non ſua ſponte cum legatarius contrahit, ut faciunt reliqui contrahentes.*

9 *Fallit item, quando hæres verſatur in facto defuncti, quod probabiliter ignorare poteſt. In alieni enim facti ignorantia tolerabilis eſt error, non in proprio facto.*

10 *Fallit etiam, ſi ignorantia multum eſſet probabilis & iuſta: tunc enim contrahens excuſaretur.*

11 *Fallit deniq; ſi contrahentis dolus, & deceptiva perſuaſio intervenisset.*

REGU-

REGVLA XIX.

Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis eius: hæredi autem hoc imputari non potest, cũ non ſponte cum legatariis contrahit.

VLp. † Iuriſconſulti eſt hæc L. ex lib. eius 24. ad Sabin. decerpta: Habetq; † duas partes, cum quarum prima conveniunt *l. qui in alterius locum. & qui in ius dominiumue alterius, Inf. eod. & c. cum quis in alterius. de R.I. in 6. l. inciuile ff. de furt.* Et † docet quod contrahens cum alio certus eſſe debeat de conditione & qualitate eius, cum quo contrahit, hoc eſt, ſit vel eſſe debet non ignarus, utrum ſit ſui iuris, an alieno iuri ſubiectus, utrum pupillus, minor, prodigus, honeſta vel inhoneſta perſona: Item an talis, qui rerum ſuarum plenam habeat adminiſtrationem, utrum dives vel pauper. Vnde ſi filio familias, minori vel prodigo poſcenti ſolueris 100. non liberaberis: ſed ſi pecunia abs te ſoluta, à filio; vel minore in malitioſos uſus eſt converſa, pater vel curator eam denuo à te repoſcere poteſt; vt probatur in fine Inſt. quib. alienare non licet: Cum † enim ſcire debeas conditionem eius cum quo contrahis, damnum, quod ex contractu cum perſona minus idonea inito ſentis, id tuæ acceptum feras facilitati & imprudentiæ, *c. damnum. de R. I. in 6.* Sic † ſi filiofamilias das mutuo pecuniam; ignorans eum eſſe filiumfam: cum tamen probabiliter hoc ſcire poſſis, non repetis pecuniam, propter Senatusconſultum Maced. quia quilibet noſſe debet conditionem, *l. pen. ff. ad Senatusconſ. Maced:*

Margin: 1 2 3 4 5

6 Item † admittens fideiuſſorem non idoneum, ſibi
7 præiudicat, *l. 3. de fideiuſſor.* Sic † ducens inhoneſtam puellam vel matronam, ſibi imputet, quod non de eius conditione inueſtigauerit, & ſe certiorem fieri curauerit, teſte Weſemb. *in parat. de ritu nupt. nu. 8. verſ. errorem autem qualitatis. cum ſeqq.* Fal-
8 lit † hæc pars in hærede, ignorante legatarium eſſe alieno iuri ſubiectum, ſi enim eiuſmodi legatario ſoluerit hæres legata, liberabitur propterea, quia non ſua ſponte cum legatariis contrahit, ut faciunt reliqui contrahentes, ut probat hic Iuriſconſultus
9 noſter *cũ inquit. &c.* II. † Quia hæres verſatur in facto defuncti, quod probabiliter ignorare poteſt: in alieni enim facti ignorantia tolerabilis eſt error, non in proprio facto, *l. fin. ff. pro ſuo. & l. ſi mulier ff.*
10 *ad Senatuſconſ. Velleian.* III. † Fallit ſi ignorantia eſſet multum probabilis & iuſta, tunc enim contrahens excuſaretur, *l. ſi quis patrem. ff. ad Senatuſconſ.*
11 *Maced. & l. ſi Titius ff. de fideiuſſor.* IV. † Fallit ſi contrahentis dolus & deceptiua perſuaſio interveniſſet, Alex. *conſ. 60.* Cag. *hic nu. 11.* *Et hæc eſt prima pars.*

SUMMARIA.
In §. Non ſolet.

1 *Hic §. eſt ſecunda pars Regulæ præcedentis, & habet aliquot concordantes leges.*

2 *Exceptio doli mali oppoſita petenti aliquid ex teſtamento, non nocet ei, ſi defuncti voluntas non refragatur petitioni.*

3 *Qui petit aliquid contra voluntatem ipſius teſtatoris, ei valide opponi poteſt exceptio doli, quia petit, quod petere non debet, vel quod reſtituere oportet eundem.*

4 *Si quis contra voluntatem & mentem teſtatoris nihil petit, licet ipſi opponatur exceptio doli mali ab hærede, tamen ei nihil illa nocet.*

5 *Exemplum huius rei.*

6 *Exemplum aliud.*

§. Non

Digitized by Google

§. Non ſolet.

Non ſolet doli exceptio nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur.

Secunda † pars eſt regulæ, cum qua conueniunt 1
l.2.C.de iure dot. l.ſi adulto, l.hæreditas C. de his quibus vt indig. l.cum ſeruus ff.de ad.leg. l.apud §. præterea ff. de doli except. Docet † autem, quod exceptio doli mali 2
oppoſita petenti aliquid ex teſtamento, non noceat ei, ſi defuncti voluntas non refragatur petitioni, id eſt, ſi non petit aliquid contra voluntatem ipſius teſtatoris: contra † eum enim validè opponi- 3
tur exceptio doli, qui petit, quod petere non debet, vel quod reſtituere oportet eundem, *c.dolo facit qui petit, de R.I.in 6.* h.e. tum demum legatariis ex teſtamento aliquid petentibus valide opponi poteſt exceptio doli mali, ſi petitioni eorum voluntas teſtatoris refragatur, aliàs non. Nam † ſi contra vo- 4
luntatem & mentem teſtatoris nihil petunt, licet ipſis opponatur exceptio doli mali ab hærede, tamen illa ipſis minimè nocet, vt probatur *in hoc §. noſtro & ſupra alleg. ll.* Vt † exempli cauſa: Titio in te- 5
ſtamento Seii 100. relicta ſunt nomine legati, quæ 100. poſtea deleta ſunt in teſtamento, inconſulto tamen teſtatore, nec ab ipſo tamen teſtatore, nec voluntate eius. Titius poſt mortem Seii petit legatum: Hæres Seii obiicit ei exceptionem doli mali ex hoc fundamento, quia petit legatum quod non debetur, cùm ſit deletum, (quæ enim deleta ſunt in teſtamento, non debentur, *l.1. & per totum ff. quæ in teſtamento delentur.*) Quæritur, an Titio noceat hæc exceptio doli mali, & reſpondetur quod non.

Ratio eſt, quia petitioni eius non refragatur voluntas teſtatoris. Nihil enim contra voluntatem teſtatoris petit, ſed ex voluntate teſtatoris. Etſi enim deleta ſunt 100. Titio relicta, tamen inconſulto teſtatore deleta ſunt, nec à teſtatore, nec ex voluntate teſtatoris, & ob id Titio legatum ademptum nō eſt, *l.1. verſ. inconſulto verò ff. de his quæ in teſtamento del.*

6 Sic † Pamphilus fecit teſtamentum, & in eo Mæuio legauit fundum Sempronianum: Accidit autem poſtea, vt inter Pamphilum & Mæuium capitales inimicitiæ interceſſerint, propter quas tacitè legatum ademptum videtur, *l.3.§.final.ff.de adim.leg.* Verum Mæuius legatarius viciſſim ante mortem teſtatoris cum teſtatore in gratiam & amicitiam rediit, ob quod legatum redintegratum dicitur, *l.4 ff.de adim.leg.* poſt mortem Pamphili teſtatoris Mæuius petit fundum ſibi legatum: At hæres Pamphili obiicit exceptionem Mæuio doli mali, quia inquit, ademptum eſt tibi legatum tacitè à teſtatore propter inimicitas capitales quas cum teſtatore aluiſti, *l.3. §. fin. ff.de adim. leg.* Quæritur igitur, an Mæuio noceat hæc exceptio doli mali, & videtur quod non: quia petitioni Mæuii voluntas teſtatoris non refragatur, cum ante mortem iterum in gratiam & amicitiam redierit cum teſtatore, ob quod legatum tacitè ante ademptum redintegratum dicitur, *per l.4.ff.de adim.& transfer.leg.*

SVMMARIA.

In L. Quoties dubia.

1 *Lex hæc vnde ſit deſumpta, & quænam aliæ leges cum illa conueniant.*

2 Quando

2 Quando dubitatur, vtrum pro libertate, vel contra libertatem ſit pronunciandum, ſemper ob fauorem libertatis, quia eſt res fauorabilis, pro libertate pronunciari debet.

3 Cauſa libertatis dicitur pia, cui magis fauendum eſt, quàm profana.

4 Cauſa libertatis dicitur publica, non priuata.

Ibid. Publica ſemper præferenda priuatis.

5 In dubiis ſemper benigniorem interpretationem & partem ſequi debemus.

6 Libertas, quæ iuris noſtri eſt, longè benignior eſt ſeruitute, quæ mortalitati comparatur.

7 Ingenuus eſt, qui ex matre libera prognatus eſt.

Ibid. Quæſtio, ſi mater vel tempore conceptionis ſaltem, vel tempore natiuitatis tantum, vel tempore intermedio, quo vterum gerit, libera ſit: quo tempore libera eſſe debeat, vt infans ex ea liber naſcatur.

8 Quæſtio alia; Si teſtator dixiſſet ad ancillam ſuam prægnantem: Qui ex te naſcitur, liber erit: Et poſtea plures ex ea nati ſint; Vtrum vnus tantum, an verò omnes liberi eſſe debeant.

9 Fallit hæc regula, ſi euidens teſtatoris aut manumittentis voluntas refragatur, vel aliunde probari poteſt, teſtatorem aliter ſenſiſſe, & contra libertatem eſſet pronunciandum.

10 Huius regulæ apud nos, cum ſeruitus in vſu eſſe deſierit, vel nullus, vel etiam perexiguus vſus hodie eſt.

11 Quando de ætate alicuius quæſtio incidit, & duæ inter ſe profeſſiones proferuntur, ita vt ignoretur ætas, ei potiſſimum ſtamus ætati, quæ homini minus detrimentoſa eſt.

Regula XX.

Quoties dùbia eſt interpretatio libertatis, ſecundum libertatem reſpondendum erit.

Pomponii † Iuriſconſulti eſt hæc lex, deſumpta ex libro eius 7. ad Sabin. & conueniunt cum ea *l. libertas, l. ſemper in obſcuris, l. in obſcura voluntate, Inf. h. tit.*

h. tit. l. lege Iunia. ff. de manumiſſ. l. cum de ætate. ff. de probation. l. cum inter veteres. C. de fideicom. libert. l. & ſervorum. ff. de ſtatu hominum. §. ſufficit. Inſt. de Ingenuis.

2 Docet † autem breuiter quod in dubio, quando ſcilicet dubitatur, utrum pro libertate, vel contra libertatem ſit pronunciandum, ſemper ob fauorem libertatis, quia eſt res fauorabilis, *l. libertas infr. eod.* pro libertate pronunciari debeat. Ratio I. eſt:
3 quia † cauſa libertatis dicitur pia, *l. 1. circa finem. C. de communi ſer. manumiſſ.* cui magis fauemus, quam profanæ, ut notat Euerh. *in top. in loco, à libertate ad*
4 *piam cauſam.* II. Quia † dicitur publica, non privata, *l. ſi quis rogatus. ſupra, de fideicom. lib.* publica autem
5 ſemper præferuntur priuatis. III. Quia † in dubiis ſemper benigniorem ſequimur partem, *l. ſemper in*
6 *dubiis. Infr. eodem.* At † libertas, quæ eſt Juris noſtri, *§. ius autem gentium. Inſt. de iure naturali.* longe benignior eſt ſeruitute, quæ mortalitati cōparatur, *l. ſeruitutem. infr. eod.* mirum igitur non eſt, ſi in dubiis & obſcuris pro libertate contra ſervitutem pro-
7 nunciamus. *iuxta l. ſemper in dubiis. infr. eod.* Verbi † gratia, *in princ. Inſt. de Ingenuis. & in l. ingenuum. ff. de ſtat. hominum* dicitur, quod Ingenuus ſit, qui ex matre libera natus eſt. Verum ſæpius accidit, ut mater vel tempore conceptionis ſaltem, vel tempore nativitatis tantum, vel tempore intermedio, quo uterum gerit, ſit libera: oritur igitur dubitatio hic, quo tempore mater libera eſſe debeat, ut infans ex ea liber naſcatur, & reſpondendum eſſe pro libertate Legislatores iudicarunt, & ſtatuerunt, ut ſiue ſit medio tempore, ſiue tempore natiuitatis, vel etiam conceptionis libera, ſemper ex ea liber homo naſcatur, *§. ſufficit. Inſtit. de Ingen. & l. & ſer-*

ſeruorum 5. §. 1. *&* 2. *ff. de ſtatu hominum.* Sic † ſi te- 8
tor dixiſſet ad ancillam ſuam prægnantem, qui
te naſcitur, liber erit, & poſtea plures ex ea nati
ıt, ut dubitatio orta ſit, utrum unus tantum, an
rò omnes liberi eſſe debeant, Reſpõdetur, quòd
nnes liberi ſint, etiamſi plures ex ea nati ſint, *l. cũ*
er veteres C. *de fideicom. libert.* Ratio eſt, quia ma-
; fauemus libertati, quam ſeruituti. Fallit † hæc 9
egula, ſi euidens teſtatoris aut manumittentis
luntas refragatur, vel aliunde probari poteſt, te-
torem aliter ſenſiſſe, & contra libertatem eſſe
onunciandum, *l. ſi peculium.* §. *ſi ſervus. & l. liber-*
. ff. de manum. teſtamento, tunc enim non pro li-
rtate reſpondemus, ſed voluntatem teſtatoris
equimur, quo pertinent. *l. ſi quis. ff. de reb. dub. &*
um ex pluribus. ff. de manum. teſtamento. In illis enim
nſtat de voluntate teſtatoris, nimirum ut ex plu-
us unus ſaltem conſequatur. Sed † quoniam 10
er nos Chriſtianos ſeruitus in uſu eſſe deſiit, hu-
; Regul. vel nullus vel perexiguus hodie uſus eſt,
i † eam, ſicut & Petrus Faber hic monet, ad æ- 11
em producere velimus. Veluti, ſi de ætate alicu-
quæſtio incidit, & duæ inter ſe profeſſiones
feruntur, ita ut ignoretur ætas, ei potiſſimum
mus ætati, quæ homini minus detrimentoſa eſt,
ndum l. cum de ætate. ff. de probat.

SUMMARIA.

In L. Non debet.

Regula hæc unde deſumpta ſit, & quænam Leges cum illa conveniant.

Digitized by Google

2 *Ei, cui conceſſum eſt maius, conceſſum etiam eſt minus, & qui poteſt maius, i e etiam minus poteſt.*

3 *Plus ſeu maius ſemper in ſe continet minus.*

4 *Qui actum ſeu viam habet, tanquam plus & maius, ille etiam iter habet, tanquam minus.*

5 *Qui poteſt occidere hominem, multo magis poteſt eum verberare, vel contumeliis afficere.*

6 *Pater propter famem olim poterat vendere filium, ergo multo magis oppignorare.*

7 *Qui mandatum habet, vt pro centum rem emat, videtur etiam habere mandatum, vt pro nonaginta emat.*

8 *Qui petit hæreditatem totam vel integram, quamlibet eius partem petere videtur, quia in toto etiam pars continetur.*

9 *Fallit hæc regula, quando in alterutro eſt ſpecialis diuerſitas, nec ſunt eiuſdem cenſuræ, maius & minus.*

10 *Fallit item, quando diuerſa ſunt rationes in maiore & minore. Eius rei exemplum.*

Regula XXI.

Non debet, cui, quod plus eſt, licet, quod minus eſt, non licere.

1 SUmpta † eſt hæc Regula ex libro 27. Ulpiani Juriſconſulti ad Sabinum, & conueniunt cum ea *l. in toto, & l. eo quod plus Infrà, eodem.* Item *c. cui licet, c. plus ſemper, & c. in toto, de Reg. Iuris in 6. l. quæ*
2 *de tota, ff. de rei vendicat.* Docet † autem breuiter, quod ei, cui conceſſum eſt maius, conceſſum etiam ſit minus, & qui poteſt maius, poſſit etiam minus.
3 Ratio eſt, quia † plus ſeu maius ſemper in ſe continet minus, *c. plus ſemper, de Reg. Iuris in 6.* & in toto ſemper cõtinetur pars, *l. in toto, Inf. eod. & c. in toto, de*
4 *R. I. in 6.* Vt exẽpli cauſa: qui † actũ ſeu viam habet, tanquam plus & maius, is etiã iter habet, tanquam minus,

Digitized by Google

minus, vt probatur *in §. itaque qui iter habet, Inſtit. de ſeruitut. R. & V. P.* Sic † qui poteſt occidere hominem, multò magis poteſt eum verberare, vel contumeliis afficere, *l. nec in ea ff. de adulter.* Sic † pater propter famem olim poterat vendere filium, ergo multo magis oppignorare, *l. 1. C. de patribus, qui filios diſt.* Sic † qui mandatum habet, vt 100. rem emat, videtur etiam habere mandatum, vt 90. emat, teſte Imperat. noſtro *in §. is qui exequitur, verſ. quod ſi minoris Inſtit. de mandato, qui cui licet plus, &c.* Sic † qui petit hæreditatem totam vel integram, quamlibet eius partem petere videtur, quia in toto & pars continetur. Et ſic hæc Regula gignit argumentationem à maiori ad minus. Fallit † tamen Regula, quando eſt in alterutro ſpecialis diuerſitas, nec ſunt eiusdem cenſuræ maius & minus, vt probatur *in l. ſolemus dicere ff. de Iudic. & in l. cum quæreretur ff. de admin. tutor. & in l. cauſæ cognitione ff. de procurat.* vbi tutor, qui tamen aliàs omnia poteſt, nomine pupilli nomina quædam approbare non poteſt. II. Fallit, † quando diuerſæ ſunt rationes in maiore & minore, vt præſides prouinciarum poſſunt in metallum damnare, quod eſt plus, in Inſulam tamen damnare non poſſunt, quod eſt minus, *l. illicitas §. qui vniuerſo ff. de offic. præſid.* quia ſi præſes in metallum damnat, in ſua prouincia poteſtatem exercet: ſi autem in Inſulam damnat, vel relegat in alienam prouinciam, damnat, quod ei licitum non eſt. Reliquas † fallentias huius Regulæ videre poteſtis hic apud Dec. item apud Dyn. *in c. cui licet quod plus, & c. plus ſemper, de R. I. in 6.*

5 6 7 8 9 10 11

SVMMA-

SVMMARIA.

In L. In perſonam ſeruilem.

1 *Lex hæc vnde deſumpta, & quas prima eius pars leges ſibi habeat conuenientes.*

2 *Seruus de iure ciuili neque obligari ex contractibus neque conueniri poteſt.*

3 *Serui de iure ciuili pro nullis habentur.*

4 *Serui nullum ſtatum neque caput habere videntur. Seruus manumiſſus capite nō minuitur, quia nullum caput habuit.*

5 *Seruus non iudicatur eſſe. Sed quod domini ex ſeruorum contractibus & obligantur & conueniuntur, ratio eſt, quia is, qui cum ſeruo contrahit, fidem domini ſequitur, & dominus per manum ſerui contrahere iudicatur.*

6 *Serui ex delicto obligantur & conueniuntur, quia nemo ex delictis ſuis debet ſperare impunitatem.*

7 *Seruus etſi ciuiliter non obligetur, ex contractibus tamen naturaliter, quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt, & ſerui cæteris hominibus æquiparantur.*

REGVLA XXII.

In perſonā ſeruilem nulla cadit obligatio.

1 DEſumpta † eſt hæc lex, ex libr. 28. Vlp. Iuriſconſulti ad Sabinum, habetque duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. ſeruitutem* 209. *l. quod attinet* 33. *l. cum ſeruis nulla eſt actio, infra eod. l. obligari poteſt, & l. ſerui ff. de act. & oblig.* Docet † autem, quod ſeruus de iure ciuili neque obligari ex contractibus, neque conneniri poſſit, vt probatur *in l. obligari poteſt paterfam. ff. de act. & oblig.* vbi dicitur: *Seruus autem ex contractibus non obligatur, & in l. cum ſeruis nulla eſt actio, infr. eod.* Ratio l. eſt, quia † ſerui pro nullis habentur de Iure ciuili, *l. quod attinet, infr. eod.*

eod. II. Quia nullum ſtatum † neque caput ullum 4
habere videntur, ut probatur *in* §. 1. *Inſt. de cap. dim.*
verſ. Seruus autem manumiſſus capite non minuitur, quia
nullum caput habuit. III. Quia † ſeruus non iudica- 5
tur eſſe, *l.* 3. *ff. ne quis eum qui in ius voc.* Sed quod
Domini ex ſervorum contractibus & obligentur
& conveniantur; Ratio eſt, quia is, qui cum ſervo
contrahit fidem domini ſequitur, & Dominus per
manum ſervi contrahere iudicatur, § *ſi igitur. Inſtit.*
quod cũ eo qui in al. Fallit † hæc pars in delictis, quia 6
ſervi ex delicto obligantur & conveniuntur, Ratio eſt, quia nemo ex delictis ſuus debet ſperare importunitatẽ, ut probatur *in l. ſerui* 14. *ff. de act. & obl.* Vbi dicitur, *ſerui quidem ex delictis obligantur.* II.
Fallit † in obligatione naturali, ſeruus enim, etſi 7
civiliter non obligatur, ex contractibus tamen naturaliter, quia quod ad Jus naturale attinet, omnes homines æquales ſunt, & ſervi cæteris hominibus æquiparantur, ut probatur *in l. quod attinet, infr. eodem. & in d. l. ſerui. ff. de act. & oblig.* Vbi dicitur: *Ex contractibus quidem ciuilibus non obligantur, ſed naturalib. obligantur & obligant.* Et quod ſeruus naturaliter obligetur, exceptis 4. contractibus, docet Cuiac. *lib.* 8. *obſer. cap* 11.

SUMMARIA.

In §. Generaliter.

1 *Quænam Leges cum ſecunda huius Regulæ parte conveniant.*
2 *In bonæ fidei contractibus ſi precium vel aliud quippiam confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius, id pro boni viri arbitrio habendum eſt.*
Ibid. Bona fides exigit, ut arbitrium tale præſtetur, quale convenit viro bono.

3. *Pro-*

3 *Procedit hic §. in contractib. bonæ fidei veluti ſunt, Emptio-Venditio, Locatio-conductio, Societas, mandatum, depoſitum, pignus & ſimiles.*

4 *Procedit item in contractibus ſtricti iuris, ſi in illis arbitrium alicuius adijcitur, & iniuſte arbiter eſt arbitratus, quia & eo caſu bonus vir intervenire poteſt.*

5 *Boni viri arbitrium eſt, quod in rebus ſuis quis faceret, ut quod vellet ſibi fieri.*

6 *Bonus vir dicitur, cuius nihil intereſt in negotio fallere, vel aliud æſtimare, quàm iuſtum eſt.*

7 *Fallit hic §. ſi in contractu de libera voluntate dictum eſt, non ſimpliciter de arbitrio. Tunc enim pro ſuo arbitrio pretium conſtituere poteſt.*

8 *Fallit item, ſi arbitrium iſti concedatur, qui alias viri boni arbitrium habet: quia tunc, vt verba aliquid operentur, de voluntate & libero arbitrio eſt intelligendum.*

§. Generaliter.

Generaliter probandum eſt, vbicunque in bonæ fidei iudicijs confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio: pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.

Cum † ſecunda parte huius Legis conveniũt *l. hæc*
1 *venditio. ff. de contrah. empt. l. ſi in lege. ff. loc. l. ſi cum ea. C. de dot. promiſſ.* Docet † autem quod in bonæ fidei
2 contractibus & actibus, ſi precium vel aliud quippiam confertur in arbitrium Domini vel procuratoris eius, pro boni viri arbitrio habendum ſit, h. e. quod merx vel precium collatum in arbitrium procuratoris vel Domini eius collatum videatur in arbitrium boni viri, adeo ut ſi is, in cuius arbitrium precium vel merx collata eſt iniuſtè arbitratur, ad boni viri arbitrium redigatur. Veluti locavi tibi opus

pus aliquod faciendum, certa mercede conſtituta, & adiecta conditione hac, ſi arbitrio mei vel procuratoris mei fuerit opus: abſoluto jam opere arbitror ego non rectè factum, id eſt, reprobo opus & mercedē ſoluere recuſo: hoc in caſu poteſt operarius ad arbitrium boni viri referre, *l. ſi in lege. ff. locati.* Quia arbitrium collatum in dominum vel procuratorem eius, videtur in bonum virum collatum. Sic ſi ſocietas inter aliquos eſt contracta ſub hac forma, ut Titius vel procurator eius partes lucri vel damni conſtituat & ipſe Titius diſpares conſtituerit partes, & ſic malè arbitretur, res ad arbitriū boni viri redigenda eſt. Conſtitutio enim partium collata in arbitrium Titii vel procuratoris eius, in arbitrium boni viri collata cenſetur, id eſt, Titius ita arbitrari debet, & ita conſtituere partes, ſicut ſolet bonus vir, *in l. ſocietatem. ff. pro ſocio.* Eodem modo ſi vendidi tibi ſervum hoc pacto, ſi rationes reddat meo arbitrio, & ego poſtea iniuſtè arbitrer, res ad arbitrium boni viri redigitur, *l. hæc venditio. ff. de contrah. empt.* Ratio eſt, quia bona fides exigit, ut arbitrium tale præſtetur, quale convenit viro bono, *l. ſocietatem. ff. pro ſocio.* I. Procedit † hic §. in con- 3
tractibus bonæ fidei, veluti ſunt emptio-venditio, locatio-conductio, ſocietas, mandatum, depoſitum, pignus, & ſimiles, qui ordine recenſentur *in §. actionum autem. I. de action.* ut probatur etiam hic in verbis, *Vbicunq; in bonæ fidei Iudiciis confertur in arbitrium Domini.* II. Procedit † et- 4
iam in contractibus ſtricti iuris, ſi in illis arbitrium alicuius adiicitur, & iniuſtè eſt arbiter arbitratus, quia & eo caſu bonus vir intervenire poteſt, *l. ſi libertus. ff. de oper. lib. Oldendorp. in l. noſtra*

Cagnol.

Digitized by Google

Cagnol. hic.nu.4. quamuis Ræuard. in fine huius regulæ contra ſentiat, & velit, quod ſaltem locum habeat hic §. in bonæ fidei, non autem in ſtricti iuris Judiciis, in quibus iudices ſequi ſolent ſtrictam iuris interpretationem, ut notant DD. *in d. §. actio-*
5 *num, Inſt. de action.* Accipimus † autem boni viri arbitrium, illud quod in rebus ſuis quis faceret, vel quod vellet ſibi fieri. Nam illud eſt inter bonos bene agere, non modo ſibi velle conſulere, ſed
6 etiam proximo, teſte Cicer. *lib. 3. Off.* Et † ſic bonus vir dicitur, cuius nihil intereſt in negocio fallere vel aliud æſtimare, quã iuſtum eſt, *l. ſi fundi in princ. ff. de uſufr.* Ger. Ein frommer vnpartheyiſcher
7 Mann. Fallit † hic §. primum, ſi in contractu de libera voluntate dictum eſt, non ſimpliciter de arbitrio, id eſt, ſi precium oblatum eſt in liberam alicuius voluntatem, non in arbitrium: tunc enim pro ſuo arbitrio precium conſtituere poteſt, Bart.
8 *in l. ſi ſic ff. de leg.* II. Fallit, ſi arbitrium iſti concedatur, qui aliàs boni viri arbitrium habet, quia tunc ut verba aliquid operentur, de voluntate & libero arbitrio eſt intelligendum: Videatur Dec. *hic num. 2. & 3.*

Summaria.

In L. Contractus quidam.

1 *Regula hæc eſt breue quaſi compendium omnium actionum quæ ex contractibus naſcuntur.*
2 *Quid in cuiuſq; contractus actionem veniat.*
3 *Contractus non ſunt uniuſmodi, ſed diuerſi & diſſimiles: quidam enim tantum dolum malum, quidam dolum & culpam, quidam verò omne periculum recipiunt.*

4. Dolus

4 *Dolus eſt machinatio, calliditas vel malitia certa animi deſtinatione & propoſito ad decipiendum & fallendum alterum adhibita.*

5 *Dolus duplex: Alius, dans cauſam contractui: alius incidens in contractum.*

6 *Culpa eſt imprudentia, qua homines circa res alienas vel negligunt, quod fieri oportet, vel faciunt, quod omitti decet.*

7 *Si quid à ſciente vel prudente fit, id doli magis quam culpæ nomen meretur.*

8 *Culpa plerunq; in deſidia & negligentia conſiſtit*

9 *Culpa non in negligentia tantum & deſidia, ſed etiam in facto quandoq; conſiſtit.*

10 *Culpa habet tres gradus ſiue ſpecies: Latam, Leuem, & Leuiſſimam.*

11 *Lata culpa eſt magna, craſſa, ſupina & nimia negligentia, per quam ignoramus, quod omnes alij noſtræ profeſſionis & conditionis ſciunt vel ſcire debent.*

12 *Imperitia culpæ adnumeratur.*

13 *Hæc lata culpa alio nomine vocatur magna negligentia, manifeſta negligentia, latior culpa, diſſoluta negligentia.*

14 *Lata culpa interdum dolo æquiparatur, & pro dolo, præſumpto tamen, habetur: id quod in contractibus, non autem in delictis procedit.*

15 *Leuis culpa eſt, non præſtare exactam illam diligentiam in rebus alienis, fidei ſuæ commiſſis, quam prudens & diligens paterfamilias in ſuis rebus, ſecundum communem hominum naturam adhibere ſolet.*

16 *Leuis culpa opponitur diligentiæ & cuſtodiæ, quam non plenam, vel remiſſam vocant.*

17 *De hac culpa intelligendæ ſunt omnes leges, quæ ſimpliciter mentionem faciunt culpæ.*

18 *Leuiſſimam culpam contrahit, qui exactiſſimam non præſtat diligentiam.*

19 *Leuiſſima culpa opponitur diligentia & cuſtodia plena, & abſoluta, in qua nihil deſiderari poteſt.*

20 *Periculum ſignificat diſcrimen ſalutis ſeu detrimentum, quod variis modis rebus in hoc mundo imminet, & alio nomine damnum appellatur.*

21 *Caſus fortuitus eſt inopinata rei euentus, quem nulla hominũ diligentia & prouidentia præcauere vel prouidere poteſt.*

22 *Caſus fortuitus duplex eſt: Alius enim fit ex vi diuina, vt mortes animalium, quæ ſine dolo & culpa fiunt, inundationes aquarum, naufragium, &c. Alius accidit quidem caſu inopinato, ſed tamen facto hominis interueniente, vt rapina, &c.*

23 *Depoſitum nihil eſt aliud, quàm ſi res aliqua cuſtodienda apud aliquem deponitur.*

Ibid. *Depoſitarius, ſi apud eum depoſita res amiſſa eſt, vel perijt, quomodo teneatur.*

24 *Qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradidit, non ei, ſed ſuæ facilitati, ſi amiſſa eſt res, imputare ia debet.*

25 *Depoſitum deponentis tantum gratia fit, & non depoſitarij: Ergo etiam vltra dolum & latam culpam teneri non debet.*

26 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

27 *Si depoſitarius fuit in mora reſtituendi depoſitum, cum deponens illud repoſceret, de culpa tenetur.*

28 *Similiter, ſi culpa præceſſit caſum fortuitum.*

29 *Item ſi depoſitarius ſe obtulit depoſito.*

30 *Item, ſi aliquid pro cuſtodia accepit.*

31 *Denique, ſi per loca periculoſa rem depoſitam circumtulit*

32 *Precarium nihil aliud eſt, quàm ſi aliquid vtendum vel fruendum precibus conceditur petenti tam diu, quoad is, qui conceſſit, patitur.*

33 *Precarium & commodatum quomodo differant.*

34 *Precarium & donatio quomodo differant.*

35 *In precario præſtatur tantum dolus & lata culpa, ab eo, qui precario accipit: leuis autem & leuiſſima culpa, item caſus fortuitus nequaquam.*

36 *Fallit, ſi aliter inter partes eſt conuentum. Nam in omnibus contractibus potiſſimum conſideratur, quid inter partes ſit conuentum.*

37 *Fallit, ſi is, qui precario accepit, fuit in mora reſtituendi.*

38 *Mandatum eſt contractus iuris gentium, bonæ fidei, quo quis honeſtum aliquod officium alteri expediendum committit, alter verò idem gratuito ſuſcipit.*

39 *Mandatarius, ſi mandatum ſuſceptum vel omnino non, vel minus rectè exequitur, quomodo teneatur.*

40 *In mandatis in Iudicio perficiendis maxima diligentia requiritur.*

41 *In mandatis extra Iudicium perficiendis, vel exacta requiri-*

ritur

ritur diligentia, vel etiam aut nulla, aut modica ſaltem. Et quomodo, num. 42. & 43.

44 Mandatarius de caſu fortuito omnino non tenetur, niſi aliter conuentum ſit inter partes.

45 Item niſi proprie cuſtodiam in ſe receperit, vel etiam mercedem mandati nomine acceperit.

46 Commodatum eſt res alicuius ad certum vſum & certum tempus gratuita conceſſio, vt eadem ſpecies, & non alia eiusdem generis reddatur.

47 In hoc contractu quid præſtetur, quæritur, & diſtinctè reſpondetur, num. 48. 49. & 50.

51 Commodatarius regulariter caſum fortuitum non præſtat.

52 Niſi res commodatarii culpa perierit.

53 Niſi inter contrahentes expreſſe conuentum fuerit, vt commodatarius præſtet caſus fortuitos.

54 Niſi commodatarius fuerit in mora reſtituendi.

55 Niſi æſtimata fuerit res commodata, & commodatarius ſe æſtimationem præſtiturum promiſerit.

56 Niſi mercedem acceperit.

57 Niſi per minus idoneam perſonam commodatarius rem remiſerit commodanti.

58 Venditio eſt contractus Iuris gentium, bonæ fidei, in quo emptor venditori ad dandum iuſtum pretium in pecunia numerata: venditor verò ipſi emptori ad tradendam rem non vitioſam obligatur & tenetur.

59 In contractu venditionis ad quem pertineat periculum, diſtincta reſponſio, & num. 60.

61 Emptio quando perfecta dicatur.

62 Emptio in iis, quæ ad numerum, menſuram & pondus venduntur, tum demum dicitur perfecta, cum res adnumeratæ, admenſæ & appenſæ ſunt.

63 In vini venditione quid obſeruandum.

Ibid. Auerſione emere, eſt negligenter & inconſideratè emere.

64 Fallit Regula, ſi res in genere eſt vendita. Ratio, quia genus perire nequit, licet ſpecies pereat.

65 Fallit itē. ſi dolo vel culpa venditoris res vel periit, vel deterior facta eſt: tūc n. periculū & damnum ad vēditorem pertinet.

66 Fallit, ſi venditor, qui regulariter tantum ad cuſtodiam, qualem bonus vir & diligens paterfamilias in ſuis ſolet adhibere, tenetur, ſpeciali pacto periculum in ſe recepit.

Ratio eſt, quia petitioni eius non refragatur voluntas teſtatoris. Nihil enim contra voluntatem teſtatoris petit, ſed ex voluntate teſtatoris. Etſi enim deleta ſunt 100. Titio relicta, tamen inconſulto teſtatore deleta ſunt, nec à teſtatore, nec ex voluntate teſtatoris, & ob id Titio legatum ademptum nõ eſt, *l. 1. verſ. inconſulto verò ff. de his quæ in teſtamento del.*

6 Sic † Pamphilus fecit teſtamentum, & in eo Mæuio legauit fundum Sempronianum: Accidit autem poſtea, vt inter Pamphilum & Mæuium capitales inimicitiæ interceſſerint, propter quas tacitè legatum ademptum videtur, *l. 3. § final. ff. de adim. leg.* Verum Mæuius legatarius viciſſim ante mortem teſtatoris cum teſtatore in gratiam & amicitiam rediit, ob quod legatum redintegratum dicitur, *l. 4 ff. de adim. leg.* poſt mortem Pamphili teſtatoris Mæuius petit fundum ſibi legatum: At hæres Pamphili obiicit exceptionem Mæuio doli mali, quia inquit, ademptum eſt tibi legatum tacitè à teſtatore propter inimicitas capitales quas cum teſtatore aluiſti, *l. 3. §. fin. ff. de adim. leg.* Quæritur igitur, an Mæuio noceat hæc exceptio doli mali, & videtur quod non: quia petitioni Mæuii voluntas teſtatoris non refragatur, cum ante mortem iterum in gratiam & amicitiam redierit cum teſtatore, ob quod legatum tacitè ante ademptum redintegratum dicitur, *per l. 4. ff. de adim. & transfer. leg.*

SVMMARIA.

In L. Quoties dubia.

1 *Lex hæc vnde ſit deſumpta, & quænam aliæ leges cum illa conueniant.*

2 *Quando*

Quando dubitatur, vtrum pro libertate, vel contra libertatem ſit pronunciandum, ſemper ob fauorem libertatis, quia eſt res fauorabilis, pro libertate pronunciari debet.

Cauſa libertatis dicitur pia, cui magis fauendum eſt, quàm prophana.

4 Cauſa libertatis dicitur publica, non priuata.

Ibid. Publica ſemper præferenda priuatis.

In dubiis ſemper benigniorem interpretationem & partem ſequi debemus.

5 Libertas, quæ iuris noſtri eſt, longè benignior eſt ſeruitute, quæ mortalitati comparatur.

7 Ingenuus eſt, qui ex matre libera prognatus eſt.

Ibid. Quæſtio, ſi mater vel tempore conceptionis ſaltem, vel tempore natiuitatis tantum, vel tempore intermedio, quo vterum gerit, libera ſit: quo tempore libera eſſe debeat, vt infans ex ea liber naſcatur.

8 Quæſtio alia; Si teſtator dixiſſet ad ancillam ſuam prægnantem: Qui ex te naſcitur, liber erit: Et poſtea plures ex ea nati ſint; Vtrum vnus tantum, an verò omnes liberi eſſe debeant.

9 Fallit hæc regula, ſi euidens teſtatoris aut manumittentis voluntas refragatur, vel aliunde probari poteſt, teſtatorem aliter ſenſiſſe, & contra libertatem eſſet pronunciandum.

10 Huius regulæ apud nos, cum ſeruitus in vſu eſſe deſierit, vel nullus, vel etiam perexiguus vſus hodie eſt.

11 Quando de ætate alicuius quæſtio incidit, & duæ inter ſe profeſſiones proferuntur, ita vt ignoretur ætas, ei potiſſimum ſtamus ætati, quæ homini minus detrimentoſa eſt.

REGULA XX.

Quoties dùbia eſt interpretatio libertatis, ſecundum libertatem reſpondendum erit.

POmponii † Juriſconſulti eſt hæc lex, deſumpta ex libro eius 7. ad Sabin. & conueniunt cum ea l. libertas, l. ſemper in obſcuris, l. in obſcura voluntate, Inf. h. tit.

h. tit. l. lege Iunia. ff. de manumiſſ. l. cum de ætate. ff. de probation. l. cum inter veteres. C. de fideicom. libert. l. & ſervorum. ff. de ſtatu hominum. §. ſufficit. Inſt. de Ingenuis.

2 Docet † autem breuiter quod in dubio, quando ſcilicet dubitatur, utrum pro libertate, vel contra libertatem ſit pronunciandum, ſemper ob fauorem libertatis, quia eſt res fauorabilis, *l. libertas infr. eod.* pro libertate pronunciari debeat. Ratio I. eſt:
3 quia † cauſa libertatis dicitur pia, *l. 1. circa finem. C. de communi ſer. manumiſſ.* cui magis fauemus, quam profanæ, ut notat Euerh. *in top. in loco, à libertate ad*
4 *piam cauſam.* II. Quia † dicitur publica, non privata, *l. ſi quis rogatus. ſupra, de fideicom. lib.* publica autem
5 ſemper præferuntur priuatis. III. Quia † in dubiis ſemper benigniorem ſequimur partem, *l. ſemper in*
6 *dubiis. Infr. eodem.* At † libertas, quæ eſt Juris noſtri, *§. ius autem gentium. Inſt. de iure naturali.* longe benignior eſt ſeruitute, quæ mortalitati cõparatur, *l. ſeruitutem. infr. eod.* mirum igitur non eſt, ſi in dubiis & obſcuris pro libertate contra ſervitutem pro-
7 nunciamus. *iuxta l. ſemper in dubiis. infr. eod.* Verbi † gratia, *in princ. Inſt. de Ingenuis. & in l. ingenuum. ff. de ſtat. hominum* dicitur, quod Ingenuus ſit, qui ex matre libera natus eſt. Verum ſæpius accidit, ut mater vel tempore conceptionis ſaltem, vel tempore natiuitatis tantum, vel tempore intermedio, quo uterum gerit, ſit libera: oritur igitur dubitatio hic, quo tempore mater libera eſſe debeat, ut infans ex ea liber naſcatur, & reſpondendum eſſe pro libertate Legislatores iudicarunt, & ſtatuerunt, ut ſiue ſit medio tempore, ſiue tempore natiuitatis, vel etiam conceptionis libera, ſemper ex ea liber homo naſcatur, *§. ſufficit. Inſtit. de Ingen. & l.*

& ſer-

ſeruorum 5. §. 1. & 2. ff. de ſtatu hominum. Sic † ſi te- 8
or dixiſſet ad ancillam ſuam prægnantem, qui
e naſcitur, liber erit, & poſtea plures ex ea nati
:, ut dubitatio orta ſit, utrum unus tantum, an
ò omnes liberi eſſe debeant, Reſpõdetur, quod
ınes liberi ſint, etiamſi plures ex ea nati ſint, *l. cũ
ır veteres C. de fideicom. libert.* Ratio eſt, quia ma-
fauemus libertati, quam ſeruituti. Fallit † hæc 9
:gula, ſi euidens teſtatoris aut manumittentis
luntas refragatur, vel aliunde probari poteſt, te-
torem aliter ſenſiſſe, & contra libertatem eſſe
onunciandum, *l. ſi peculium. §. ſi ſervus. & l. liber-
. ff. de manum. teſtamento,* tunc enim non pro li-
:rtate reſpondemus, ſed voluntatem teſtatoris
equimur, quo pertinent. *l. ſi quis. ff. de reb. dub. &
cum ex pluribus. ff. de manum. teſtamento.* In illis enim
onſtat de voluntate teſtatoris, nimirum ut ex plu-
bus unus ſaltem conſequatur. Sed † quoniam 10
ıter nos Chriſtianos ſeruitus in uſu eſſe deſiit, hu-
ıs Regul. vel nullus vel perexiguus hodie uſus eſt,
iſi † eam, ſicut & Petrus Faber hic monet, ad æ- 11
atem producere velimus. Veluti, ſi de ætate alicu-
us quæſtio incidit, & duæ inter ſe profeſſiones
roferuntur, ita ut ignoretur ætas, ei potiſſimum
ſtamus ætati, quæ homini minus detrimentoſa eſt,
ſecundum l. cum de ætate. ff. de probat.

SUMMARIA.

In L. Non debet.

1 *Regula hæc unde deſumpta ſit, & quænam Leges cum illa conveniant.*

2 *Ei, cui conceſſum eſt maius, conceſſum etiam eſt minus, & qui poteſt maius, i e etiam minus poteſt.*

3 *Plus ſeu maius ſemper in ſe continet minus.*

4 *Qui actum ſeu viam habet, tanquam plus & maius, ille etiam iter habet, tanquam minus.*

5 *Qui poteſt occidere hominem, multo magis poteſt eum verberare, vel contumeliis afficere.*

6 *Pater propter famem olim poterat vendere filium, ergo multo magis oppignorare.*

7 *Qui mandatum habet, vt pro centum rem emat, videtur etiam habere mandatum, vt pro nonaginta emat.*

8 *Qui petit hæreditatem totam vel integram, quamlibet eius partem petere videtur, quia in toto etiam pars continetur.*

9 *Fallit hæc regula, quando in alterutro eſt ſpecialis diuerſitas, nec ſunt eiuſdem cenſuræ, maius & minus.*

10 *Fallit item, quando diuerſæ ſunt rationes in maiore & minore. Eius rei exemplum.*

REGULA XXI.

Non debet, cui, quod plus eſt, licet, quod minus eſt, non licere.

1 SUmpta † eſt hæc Regula ex libro 27. Ulpiani Iuriſconſulti ad Sabinum, & conueniunt cum ea *l. in toto, & l. eo quod plus Infrà, eodem.* Item *c. cui licet, c. plus ſemper, & c. in toto, de Reg. Iuris in 6. l. quæ*
2 *de tota, ff. de rei vendicat.* Docet † autem breuiter, quod ei, cui conceſſum eſt maius, conceſſum etiam ſit minus, & qui poteſt maius, poſſit etiam minus.
3 Ratio eſt, quia † plus ſeu maius ſemper in ſe continet minus, *c. plus ſemper, de Reg. Iuris in 6.* & in toto ſemper cõtinetur pars, *l. in toto, Inf. eod. & c. in toto, de*
4 *R. I. in 6.* Vt exẽpli cauſa: qui † actũ ſeu viam habet, tanquam plus & maius, is etiã iter habet, tanquam minus

is, vt probatur *in §. itaque qui iter habet, Inſtit. de* *tut. R. & V. P.* Sic † qui poteſt occidere homi- 5
, multò magis poteſt eum verberare, vel con- celiis afficere, *l. nec in ea ff. de adulter.* Sic † pater 6
pter famem olim poterat vendere filium, ergo lto magis oppignorare, *l. 1. C. de patribus, qui filios*
. Sic † qui mandatum habet, vt 100. rem emat, 7
letur etiam habere mandatum, vt 90. emat, teſte perat. noſtro *in §. is qui exequitur, verſ. quod ſi mino- Inſtit. de mandato, qui cui licet plus, &c.* Sic † qui pe- 8
t hæreditatem totam vel integram, quamlibet e- is partem petere videtur, quia in toto & pars con- inetur. Et ſic hæc Regula gignit argumentatio- nem à maiori ad minus. Fallit † tamen Regula, 9
quando eſt in alterutro ſpecialis diuerſitas, nec ſunt eiuſdem cenſuræ maius & minus, vt probatur *in l. ſolemus dicere ff. de iudic. & in l. cum quæreretur ff. de admin. tutor. & in l. cauſæ cognitione ff. de procurat.* vbi tutor, qui tamen aliàs omnia poteſt, nomine pupil- li nomina quædam approbare non poteſt. II. Fallit, 10
† quando diuerſæ ſunt rationes in maiore & mino- re, vt præſides prouinciarum poſſunt in metallum damnare, quod eſt plus, in Inſulam tamen damna- re non poſſunt, quod eſt minus, *l. illicitas §. qui vni- uerſo ff. de offic. præſid.* quia ſi præſes in metallum da- mnat, in ſua prouincia poteſtatem exercet: ſi au- tem in Inſulam damnat, vel relegat in alienam pro- uinciam, damnat, quod ei licitum non eſt. Reli- quas † fallentias huius Regulæ videre poteſtis hic 11
apud Dec. item apud Dyn. *in c. cui licet quod plus, & c. plus ſemper, de R. I. in 6.*

SVMMA.

SVMMARIA.

In L. In perſonam ſeruilem.

1 *Lex hæc vnde deſumpta, & quas prima eius pars leges ſibi habeat conuenientes.*
2 *Seruus de iure ciuili neque obligari ex contractibus neque conueniri poteſt.*
3 *Serui de iure ciuili pro nullis habentur.*
4 *Serui nullum ſtatum neque caput habere videntur. Seruus manumiſſus capite nõ minuitur, quia nullum caput habuit.*
5 *Seruus non iudicatur eſſe. Sed quod domini ex ſeruorum contractibus & obligantur & conueniuntur, ratio eſt, quia is, qui cum ſeruo contrahit, fidem domini ſequitur, & dominus per manum ſerui contrahere iudicatur.*
6 *Serui ex delicto obligantur & conueniuntur, quia nemo ex delictus ſuis debet ſperare impunitatem.*
7 *Seruus etſi ciuiliter non obligatur, ex contractibus tamen naturaliter, quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt, & ſerui cæteris hominibus æquiparantur.*

REGVLA XXII.

In perſonã ſeruilem nulla cadit obligatio.

1 DEſumpta † eſt hæc lex, ex libr. 28. Vlp. Iuriſconſulti ad Sabinum, habetque duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. ſeruitutem* 209. *l. quod attinet* 33. *l. cum ſeruis nulla eſt actio, infra eod. l. obligari poteſt, & l. ſerui ff. de act. & oblig.* Docet † autem,
2 quod ſeruus de iure ciuili neque obligari ex contractibus, neque conueniri poſſit, vt probatur *in l. obligari poteſt paterfam. ff. de act. & oblig.* vbi dicitur: *Seruus autem ex contractibus non obligatur*; & *in l. cum*
3 *ſeruis nulla eſt actio, infr. eod.* Ratio l. eſt, quia † ſerui pro nullis habentur de Iure ciuili, *l. quod attinet, infr. eod.*

eod. II. Quia nullum ſtatum † neque caput ullum 4
habere videnrur, ut probatur *in* §.1. *Inſt. de cap. dim. verſ. Seruus autem manumiſſus capite non minuitur, quia nullum caput habuit.* III. Quia † ſeruus non iudica- 5
tur eſſe, *l. 3. ff. ne quis eum qui in ius voc.* Sed quod Domini ex ſervorum contractibus & obligentur & conveniantur; Ratio eſt, quia is, qui cum ſervo contrahit fidem domini ſequitur, & Dominus per manum ſervi contrahere iudicatur, § *ſi igitur. Inſtit: quod cũ eo qui in al.* Fallit † hæc pars in delictis, quia 6
ſervi ex delicto obligantur & conveniuntur, Ratio eſt, quia nemo ex delictis ſuus debet ſperare importunitatẽ, ut probatur *in l. ſerui 14. ff. de act. & obl.* Vbi dicitur, *ſerui quidem ex delictis obligantur.* II. Fallit † in obligatione naturali, ſeruus enim, etſi 7
civiliter non obligatur, ex contractibus tamen naturaliter, quia quod ad Jus naturale attinet, omnes homines æquales ſunt, & ſervi cæteris hominibus æquiparantur, ut probatur *in l. quod attinet, infr. eodem. & in d. l. ſerui. ff. de act. & oblig.* Vbi dicitur: Ex *contractibus quidem ciuilibus non obligantur, ſed naturalib. obligantur & obligant.* Et quod ſeruus naturaliter obligetur, exceptis 4. contractibus, docet Cuiac. *lib. 8. obſer. cap* 11.

Summaria.

In §. Generaliter.

1 *Quænam Leges cum ſecunda huius Regulæ parte conveniant.*

2 *In bonæ fidei contractibus ſi precium vel aliud quippiam confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius, id pro boni viri arbitrio habendum eſt.*

Ibid. Bona fides exigit, ut arbitrium tale præſtetur, quale convenit viro bono.

3. Pro-

3 *Procedit hic §. in contractib. bonæ fidei veluti ſunt, Emptio-Venditio, Locatio-conductio, Societas, mandatum, depoſitum, pignus & ſimiles.*

4 *Procedit item in contractibus ſtricti iuris, ſi in illis arbitrium alicuius adijcitur, & iniuſte arbiter eſt arbitratus, quia & eo caſu bonus vir intervenire poteſt.*

5 *Boni viri arbitrium eſt, quod in rebus ſuis quis faceret, ut quod vellet ſibi fieri.*

6 *Bonus vir dicitur, cuius nihil intereſt in negotio fallere, vel aliud æſtimare, quàm iuſtum eſt.*

7 *Fallit hic §. ſi in contractu de libera voluntate dictum eſt, non ſimpliciter de arbitrio. Tunc enim pro ſuo arbitrio pretium conſtituere poteſt.*

8 *Fallit item, ſi arbitrium iſti concedatur, qui alias viri boni arbitrium habet: quia tunc, vt verba aliquid operentur, de voluntate & libero arbitrio eſt intelligendum.*

§. Generaliter.

Generaliter probandum eſt, vbicunque in bonæ fidei iudiciis confertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio: pro boni viri arbitrio hoc habendum eſſe.

Cum † ſecunda parte huius Legis conveniūt *l. hæc*
1 *venditio. ff. de contrah. empt. l. ſi in lege. ff. loc. l. ſi cum ea. C. de dot. promiſſ.* Docet † autem quod in bonæ fidei
2 contractibus & actibus, ſi precium vel aliud quippiam confertur in arbitrium Domini vel procuratoris eius, pro boni viri arbitrio habendum ſit, h. e. quod merx vel precium collatum in arbitrium procuratoris vel Domini eius collatum videatur in arbitrium boni viri, adeo ut ſi is, in cuius arbitrium precium vel merx collata eſt iniuſtè arbitratur, ad boni viri arbitrium redigatur. Veluti locavi tibi opus

pus aliquod faciendum, certa mercede conſtituta, & adiecta conditione hac, ſi arbitrio mei vel procuratoris mei fuerit opus: abſoluto jam opere arbitror ego non rectè factum, id eſt, reprobo opus & mercedē ſoluere recuſo: hoc in caſu poteſt operarius ad arbitrium boni viri referre, *l. ſi in lege. ff. locati.* Quia arbitrium collatum in dominum vel procuratorem eius, videtur in bonum virum collatum. Sic ſi ſocietas inter aliquos eſt contracta ſub hac forma, ut Titius vel procurator eius partes lucri vel damni conſtituat & ipſe Titius diſpares conſtituerit partes, & ſic malè arbitretur, res ad arbitriū boni viri redigenda eſt. Conſtitutio enim partium collata in arbitrium Titii vel procuratoris eius, in arbitrium boni viri collata cenſetur, id eſt, Titius ita arbitrari debet, & ita conſtituere partes, ſicut ſolet bonus vir, *in l. ſocietatem. ff. pro ſocio.* Eodem modo ſi vendidi tibi ſervum hoc pacto, ſi rationes reddat meo arbitrio, & ego poſtea iniuſtè arbitrer, res ad arbitrium boni viri redigitur, *l. hæc venditio. ff. de contrah. empt.* Ratio eſt, quia bona fides exigit, ut arbitrium tale præſtetur, quale convenit viro bono, *l. ſocietatem. ff. pro ſocio.* I. Procedit † hic §. in con- 3
tractibus bonæ fidei, veluti ſunt emptio-venditio, locatio-conductio, ſocietas, mandatum, depoſitum, pignus, & ſimiles, qui ordine recenſentur *in §. actionum autem. I. de action.* ut probatur etiam hic in verbis, *Vbicunq; in bonæ fidei Iudiciis confertur in arbitrium Domini.* II. Procedit † et- 4
iam in contractibus ſtricti iuris, ſi in illis arbitrium alicuius adiicitur, & iniuſtè eſt arbiter arbitratus, quia & eo caſu bonus vir intervenire poteſt, *l. ſi libertus. ff. de oper. lib. Oldendorp. in l. noſtra*

Cagnol. hic. nu. 4. quamuis Ræuard. in fine huius regulæ contra ſentiat, & velit, quod ſaltem locum habeat hic §. in bonæ fidei, non autem in ſtricti iuris Judiciis, in quibus iudices ſequi ſolent ſtrictam iuris interpretationem, ut notant DD. *in d. §. actio-*
5 *num, Inſt. de action.* Accipimus † autem boni viri arbitrium, illud quod in rebus ſuis quis faceret, vel quod vellet ſibi fieri. Nam illud eſt inter bonos bene agere, non modo ſibi velle conſulere, ſed
6 etiam proximo, teſte Cicer. *lib. 3. Off.* Et † ſic bonus vir dicitur, cuius nihil intereſt in negocio fallere vel aliud æſtimare, quã iuſtum eſt, *l. ſi fundi in princ. ff. de uſufr.* Ger. Ein frommer vnpartheyiſcher
7 Mann. Fallit † hic §. primum, ſi in contractu de libera voluntate dictum eſt, non ſimpliciter de arbitrio, id eſt, ſi precium oblatum eſt in liberam alicuius voluntatem, non in arbitrium: tunc enim pro ſuo arbitrio precium conſtituere poteſt, Bart.
8 *in l. ſi ſic ff. de leg.* I I. Fallit, ſi arbitrium iſti concedatur, qui aliàs boni viri arbitrium habet, quia tunc ut verba aliquid operentur, de voluntate & libero arbitrio eſt intelligendum: Videatur Dec. *hic num. 2. & 3.*

SUMMARIA.

In L. Contractus quidam.

1 *Regula hæc eſt breue quaſi compendium omnium actionum quæ ex contractibus naſcuntur.*

2 *Quid in cuiusq; contractus actionem veniat.*

3 *Contractus non ſunt uniusmodi, ſed diuerſi & diſſimiles: quidam enim tantum dolum malum, quidam dolum & culpam, quidam verò omne periculum recipiunt.*

4. Dolus

Dolus eſt machinatio, calliditas vel malitia certa animi deſtinatione & propoſito ad decipiendum & fallendum alterum adhibita.

Dolus duplex: Alius, dans cauſam contractui: alius incidens in contractum.

Culpa eſt imprudentia, qua homines circa res alienas vel negligunt, quod fieri oportet, vel faciunt, quod omitti decet.

Si quid à ſciente vel prudente fit, id doli magis quam culpa nomen meretur.

Culpa plerunq; in deſidia & negligentia conſiſtit

Culpa non in negligentia tantum & deſidia, ſed etiam in facto quandoq; conſiſtit.

Culpa habet tres gradus ſiue ſpecies: Latam, Leuem, & Leuiſſimam.

Lata culpa eſt magna, craſſa, ſupina & nimia negligentia, per quam ignoramus, quod omnes alij noſtræ profeſſionis & conditionis ſciunt vel ſcire debent.

Imperitia culpæ adnumeratur.

Hæc lata culpa alio nomine vocatur magna negligentia, manifeſta negligentia, latior culpa, diſſoluta negligentia.

Lata culpa interdum dolo æquiparatur, & pro dolo, præſumpto tamen, habetur: id quod in contractibus, non autem in delictis procedit.

Leuis culpa eſt, non præſtare exactam illam diligentiam in rebus alienis, fidei ſuæ commiſſis, quam prudens & diligens paterfamilias in ſuis rebus, ſecundum communem hominum naturam adhibere ſolet.

Leuis culpa opponitur diligentia & cuſtodia, quam non plenam, vel remiſſam vocant.

De hac culpa intelligendæ ſunt omnes leges, quæ ſimpliciter mentionem faciunt culpæ.

Leuiſſimam culpam contrahit, qui exactiſſimam non præſtat diligentiam.

Leuiſſima culpa opponitur diligentia & cuſtodia plena, & abſoluta, in qua nihil deſiderari poteſt.

Periculum ſignificat diſcrimen ſalutis ſeu detrimentum, quod variis modis rebus in hoc mundo imminet, & alio nomine damnum appellatur.

Caſus fortuitus eſt inopinatæ rei euentus, quem nulla hominũ diligentia & prouidentia præcauere vel prouidere poteſt.

Digitized by Google

22 Caſus fortuitus duplex eſt: Alius enim fit ex vi diuina, vt mortes animalium, quæ ſine dolo & culpa fiunt, inundationes aquarum, naufragium, &c. Alius accidit quidem caſu inopinato, ſed tamen facto hominis interueniente, vt rapina, &c.

23 Depoſitum nihil eſt aliud, quàm ſi res aliqua cuſtodienda apud aliquem deponitur.

Ibid. Depoſitarius, ſi apud eum depoſita res amiſſa eſt, vel perijt, quomodo teneatur.

24 Qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradidit, non ei, ſed ſuæ facilitati, ſi amiſſa eſt res, imputare ia debet.

25 Depoſitum deponentis tantum gratia fit, & non depoſitarij: Ergo etiam vltra dolum & latam culpam teneri non debet.

26 Contractus ex conuentione legem accipiunt.

27 Si depoſitarius fuit in mora reſtituendi depoſitum, cum deponens illud repoſceret, de culpa tenetur.

28 Similiter, ſi culpa præceſſit caſum fortuitum.

29 Item ſi depoſitarius ſe obtulit depoſito.

30 Item, ſi aliquid pro cuſtodia accepit.

31 Denique, ſi per loca periculoſa rem depoſitam circumtulit

32 Precarium nihil aliud eſt, quàm ſi aliquid vtendum vel fruendum precibus conceditur petenti tam diu, quoad is, qui conceſſit, patitur.

33 Precarium & commodatum quomodo differant.

34 Precarium & donatio quomodo differant.

35 In precario præſtatur tantum dolus & lata culpa, ab eo, qui precario accipit: leuis autem & leuiſſima culpa, item caſus fortuitus nequaquam.

36 Fallit, ſi aliter inter partes eſt conuentum. Nam in omnibus contractibus potiſſimum conſideratur, quid inter partes ſit conuentum.

37 Fallit, ſi is, qui precario accepit, fuit in mora reſtituendi.

38 Mandatum eſt contractus iuris gentium, bonæ fidei, quo quis honeſtum aliquod officium alteri expediendum committit, alter verò idem gratuito ſuſcipit.

39 Mandatarius, ſi mandatum ſuſceptum vel omnino non, vel minus rectè exequitur, quomodo teneatur.

40 In mandatis in Iudicio perficiendis maxima diligentia requiritur.

41 In mandatis extra Iudicium perficiendis, vel exacta requiritur

Digitized by Google

ritur diligentia, vel etiam aut nulla, aut modica ſaltem. Et quomodo, num. 42. & 43.

4 Mandatarius de caſu fortuito omnino non tenetur, niſi aliter conuentum ſit inter partes.

Item niſi proprie cuſtodiam in ſe receperit, vel etiam mercedem mandati nomine acceperit.

5 Commodatum eſt res alicuius ad certum vſum & certum tempus gratuita conceſſio, vt eadem ſpecies, & non alia eiuſdem generis reddatur.

In hoc contractu quid præſtetur, quæritur, & diſtinctè reſpondetur, num. 48. 49. & 50.

Commodatarius regulariter caſum fortuitum non præſtat.

Niſi res commodatarii culpa perierit.

Niſi inter contrahentes expreſſe conuentum fuerit, vt commodatarius præſtet caſus fortuitos.

Niſi commodatarius fuerit in mora reſtituendi.

Niſi æſtimata fuerit res commodata, & commodatarius ſe æſtimationem præſtiturum promiſerit.

Niſi mercedem acceperit.

Niſi per minus idoneam perſonam commodatarius rem remiſerit commodanti.

Venditio eſt contractus Iuris gentium, bonæ fidei, in quo emptor venditori ad dandum iuſtum precium in pecunia numerata: venditor vero ipſi emptori ad tradendam rem non vitioſam obligatur & tenetur.

In contractu venditionis ad quem pertineat periculum, diſtincta reſponſio, & num. 60.

Emptio quando perfecta dicatur.

Emptio in iis, quæ ad numerum, menſuram & pondus venduntur, tum demum dicitur perfecta, cum res adnumeratæ, admenſa & appenſa ſunt.

In vini venditione quid obſeruandum.

Auerſione emere, eſt negligenter & inconſideratè emere.

Fallit Regula, ſi res in genere eſt vendita. Ratio, quia genus perire nequit, licet ſpecies pereat.

Fallit itē, ſi dolo vel culpa venditoris res vel periit, vel deterior facta eſt: tūc n. periculū & damnum ad vēditorem pertinet.

Fallit, ſi venditor, qui regulariter tantum ad cuſtodiam, qualem bonus vir & diligens paterfamilias in ſuis ſolet adhibere, tenetur, ſpeciali pacto periculum in ſe recepit.

Digitized by Google

67 Fallit, ſi venditor moram fecit in re empta tradenda.

68 Fallit in emptione alternatiua.

69 Pignus eſt contractus, in quo res mobilis vel immobilis creditori datur, vt ſuum debitum ei ſit ſaluum, qui quidem obligatur ad reſtitutionem, debito perſoluto.

70 Creditor in pignoris contractu quomodo teneatur: & num. 71. & 72.

73 Locatio-Conductio eſt perſonæ vel rei ad uſum facta conceſſio pro mercede

74 In Locationis-Conductionis contractu quomodo quis teneatur. & num. 75. 76. 77. & 78

79 Dos eſt donum puellarum nubentium, vel pecunia nuptiarum cauſſa data.

80 Durante matrimonio dos ad utriuſque, tam mariti, quam vxoris vtilitatem pertinet.

81 Maritus ad quid in dote teneatur.

82 Tutela eſt vis atque poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem ſuam ſe ſponte defendere nequit.

83 Tutor ad quid teneatur. Similiter curator. n. 84. 85. & 86.

87 Negotiorum geſtio eſt, quando quis alienorum negotia in alicuius abſentia ſponte & ſine mandato gerit

Ibid. In hac quid ſit præſtandum, & num. 88. 89. & 90.

91 Negotiorum geſtor caſum fortuitum non præſtat, niſi nouum negotium, & abuſu abſentis alienum negotium geſſerit, quod non ſolitus eſt abſens facere.

92 Niſi ſpeciale pactum de caſu fortuito factum fuerit.

93 Niſi negotiorum geſtor non alterius contemplatione ſed ſui lucri cauſa adminiſtrationem ſuſceperit.

94 Niſi culpa geſtoris caſus acciderit.

95 Niſi negotiorum geſtor in reſtituendo moram fecerit.

96 Niſi gerantur negotia pupilli, qui nullo modo tenetur, niſi locupletior factus ſit.

97 Societas eſt conventio duorum vel plurium honeſtè contracta, ad uberiorem quæſtum, & commodiorem uſum.

98 Socius ad quid teneatur.

Ibid. Socius talem diligentiam in communibus rebus adhibere debet, qualem diligens paterfamilias in rebus propriis.

99 Socius tenetur etiam de furto, quia cuſtodiam præſtare debet.

100 Socius de leuiſſima culpa non tenetur, quia qui parum diligentem ſibi ſocium aſciuit, de ſe queri debet.

101 Socius

101 *Socius caſum fortuitum omninò non præſtat.*
102 *Communio rerum eſt, quando duobus vel tribus res eſt communis, etiam ſine ſocietate.*
Ibid. Hæres cohæredi ſuo de dolo, culpa lata & leui tenetur.
103 *De leuiſſima culpa & caſu fortuito non tenetur.*
104 *Si inter contrahentes conventum eſt, quid in contractu præſtari & ſeruari debeat, illud valet maxime.*
105 *Contractus ex conventione legem accipiunt.*
106 *Quod verum eſt, ſi pacta & conventiones non ſunt contra bonos mores, vel contra ſubſtantiam contractus.*
107 *Pacta conra bonos mores nihil agunt.*
108 *Verum item eſt, non de pactis, quæ ex interuallo quodam poſt celebratum contractum adijciuntur.*
109 *Caſuum fortuitorum enumeratio & num. 110.*

Regula XXIII.

Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolum & culpam. Dolum tantum depoſitum, & precarium: Dolum & culpam mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum: Item dotis datio, tutelæ, negotia geſta. In his quidam & diligentiam. Societas, & rerum communio, & dolum & culpam recipit: ſed hoc ita, niſi ſi quid nominatim convenit, vel plus vel minus, in ſingulis contractibus. Nam hoc ſervabitur, quod ab initio convenit. Legem enim contractus dedit, excepto eo, quod Celſus non putat valere, ſi convenerit, ne dolus præſtetur. Hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium eſt, & ita uti-

 mur.

mur. Animalium verò caſus, morteſq;, quæ ſine culpa accidunt, fugæ ſervorum, qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, à nullo præſtantur.

1 VLp. † eſt h. l. deſumpta ex lib. eius 29. ad Sabin. Et eſt quaſi breve compendium omnium actionum, quæ ex contractibus naſcuntur, teſte
2 Oldendorp. hic. Docet † enim breviter, quid veniat in cuiusq; contractus actione, i. quid petendum & præſtandum ſit in qualibet actione vel contractu, vtrum dolus tantum, an verò dolus & culpa ſimul, an etiam omne periculum vel caſus fortuitus, ſic enim inquit Vlp. in l. ſi certo ff. commodati: nunc videndum eſt quid veniat in commodati actione, utrum dolus an & culpa, an vero
3 omne periculum. Cum † autem contractus, quorum breuem repetitionem hæc R. noſtra tradit, non ſint uniusmodi, ſed diuerſi & diſſimiles, Ita ut de omnibus una & generalis doctrina dari non poſſit, cum quidam tantum dolum malum, quidam dolum & culpam, quidam verò omne periculum recipiant, ordine de ſingulis nobis erit diſpiciendum. Priusquam autem id facimus, ad meliorem & faciliorem regulæ intellectum, *quid dolus, quid culpa, quid diligentia, quid periculum, &*
4 *denique quid caſus fortuitus ſit, initio præmittam,* Et † primum quidem Dolus nihil aliud eſt, quam machinatio, calliditas, vel malitia certa animi deſtinatione & propoſito ad decipiendum & fallendum

dum alterum adhibita: Ger. ein Betrug. *l.* 1. §. *dolum ff. de dolo malo. l.* 4. §. *Marcellus. ff. de except. doli.* Eſtque † duplex: Alius enim dicitur dans 5
cauſam contractui, Alius dicitur incidens in contractum, §. *actionum. Inſtitut. de actionibus & ibi Schneidevv. num.* 21. *cum ſeqq.* Culpa † eſt impru- 6
dentia, qua homines circa res alienas vel negligunt, quod fieri oportet, vel faciunt, quod omitti debet, teſte Corraſio *lib.* 4. *miſcell. cap.* 5. Dicitur † 7
in definitione: *eſt imprudentia,* quia ſi quid à ſciente vel prudente fit, id doli magis nomen, quam culpæ meretur, *l.* 1. §. 1. *ff. de dol. malo.* Additur; *vel negligunt, quod fieri oportet:* quia † plerumq; cul- 8
pa in deſidia & negligentia conſiſtit, *l. ſocius ſocio. ff. pro ſocio.* Annectitur denique: *vel faciunt quod omitti debet:* Propterea quia † culpa non in negli- 9
gentia tantum & deſidia, ſed etiam in facto quandoque conſiſtit, *l. ſi putator. ff. ad l. Aquil.* Habet † autem culpa 3. gradus ſecundum Coraſ. *lib.* 4. 10
miſcell. cap. 11. Sic enim mauult ille nominare. Secundum Bartolum vero *in l. quod Nerua. ff. depoſiti* tres ſpecies: Latam, Leuem & Leuiſſimam. La-
ta † culpa eſt magna, craſſa, ſupina & nimia ne- 11
gligentia, per quam ignoramus, quod omnes alii noſtræ profeſſionis & conditionis ſciunt vel ſcire debent, *l. cedere diem. & l. lata culpa. ff. de V. S.* ſeu, ut Bart. vult, eſt incircumſpecta deuiatio ab ea diligentia quem communiter homines eiusdem profeſſionis & conditionis habent: Germanicè Ein groſſe Vnachſamkeit vnd Nachleſſigkeit / Vt ſi quis ignorat, quod publicò factum eſt, vel voce prætoris proclamatum eſt. Item ſi quis Jurisperi-

tum ſe profitetur, & per imprudentiam malè iudi-
cat, *l. 2. ff. quod quisq; iuris l. fin. ff. de extraord. cognit.*
Item ſi medicus, *l. illicitas. §. ſicuti. de off. præſid.* Chy-
rurgus, pharmacopola, *l. qua actione. §. fin. cum l. ſeq.*
ff. ad l. Aquil. vel alius quicunq; artifex errat & pec-
cat circa ea, quæ communiter alii eiusdem profeſ-
ſionis & conditionis ſciunt, *l. ſi quis fundum. §. Cel-*
12 *ſus. ff. locati* Illa † enim Imperitia culpæ annume-
ratur, *l. Imperitia. infr. eodem. & §. Imperitia Inſtit. ad*
l. Aquil. quamuis ſi erratur in eo, quod excellentes
duntaxat artifices ſciunt, non lata, ſed leuis culpa
eſſet, & ſi in eo, quod excellentiſſimi tantum in-
telligunt, leuiſſima eſſet, *l. 1. §. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod.*
13 *dix.* Et † hæc lata culpa alio nomine vocatur ma-
gna negligentia, *l. magna. ff. de V. S.* Item manifeſta
negligentia, *l. 2. C. arbit. tutel.* Item latior culpa, *l.*
lata ff. de V. S. Item diſſoluta negligentia, *l. ſi fideiuſ-*
14 *ſor conuentus. ff. mandati.* Et † interdum dolo æqui-
paratur & pro dolo (præſumpto tamen) habetur.
Id quod in contractibus non autem in delictis pro-
cedit, *l. Diuus Hadrianus. ff. ad l. Cornel. de ſicariis. & l.*
15 *in lege Cornelia. ff. eod.* Leuis † culpa eſt, non præ-
ſtare exactam illam diligentiam in rebus alienis, fi-
dei ſuæ commiſſis, quam prudens & diligens pa-
terfamilias in ſuis rebus, ſecundum communem
hominum naturam, adhibere ſolet, *l. hæredes. §. non*
tantum. ff. famil. herciſ. l. cum res. §. culpa. ff. de leg. 1.
Veluti, qui in flumen, aut mare tempeſtatis tem-
pore, aut ſine gubernatione nauem præmittit, *l.*
item quæritur. §. ſi magiſter. ff. locati, quiq; ægrotans
medicum non adhibuit, *l. qui occidit. §. fin. ff. ad. l.*
Aquil. Item colonus, qui opera ruſtica ſuo tempo-
re, cum cæteri ruſtici diligentes omnes ſua faciunt
opera

Digitized by Google

opera, non peragit, *l. ſi merces. §. conductor. ff. locati,* Et † hæc culpa opponitur diligentiæ & cuſtodiæ, 16 quam non plenam, vel remiſſam vocant DD. quæ eſt nihil aliud quam cuſtodire rem alienam, ea diligentia, qua prudens Paterfamilias ſuas res cuſtodire ſolet. Et † de hac culpa intelligendæ ſunt 17 omnes LL. quæ ſimpliciter mentionem faciunt culpæ, ut probatur *in l. 1. §. lata. ff. ſi menſor. falſ. mod.* Corraſ. *lib. 4. miſcell. cap.* 1. Oldendor. *hic in hac Regula.* Leviſſimam † culpam contrahit, qui exactiſſimam non præſtat diligentiam, hoc eſt eam quam prudentiſſimus & diligentiſſimus paterfamilias ſupra communem hominum naturam ſuis rebus adhibet, *l. 1. §. is quoq; ff. de act. & oblig.* Et † huic 19 opponitur diligentia & cuſtodia plena & abſoluta, qua nihil deſiderari poteſt, *l. ſi merces. ff. locati.* Hoc eſt, talis cuſtodia & diligentia, quam diligentiſſimus paterfamilias in cuſtodiendis rebus adhibere ſolet, *l. hoc ita verum. ff. de peric. & commod. rei vend.* Periculum † ſignificat diſcrimen ſalutis ſeu detrimen- 20 tum, quod variis modis rebus in hoc mundo imminet, & alio nomine damnum appellatur, *l. 1. ff. de per. & com. rei vend.* Vnde periculum ſuſtinere i. damnũ utcunq; incidens ferre, prȩſtare & ſuſtinere. Caſus † 21 fortuitus eſt inopinatȩ rei eventus, quem nulla hominũ diligentia & providentia præcauere vel providere poteſt, *l. 2. §. ſi eo tempore. ff. de admin. rerum ad ciuit. per l. 1. §. re contrahitur. ff. de act. & oblig.* Eſtq; † 22 duplex: alius n. fit ex vi diuina, ut mortes animaliũ, quæ ſine dolo & culpa fiunt, Inundationes aquarũ, naufragium, tempeſtas, congelatio, ſterilitas, adverſa valetudo, *l. ex conducto. §. ſi vis tempeſtatis. & l. ſi merces promiſſa ſit. §. vis maior. ff. locati.* Alius accidit

Digitized by Google

quidem caſu inopinato, ſed tamen facto hominis interveniente, ut rapinæ, latronũ & hoſtium incurſus, pyratarum inſidiæ, fugę ſeruorum qui cuſtodiri non poſſunt, Incendia, quæ fiunt à malis hominib. non culpa & negligentia inhabitantium. Et his breuiter præmiſſis ad regulã accedemꝰ, quidq; in quolibet cõtractu veniat præſtandũ, ordine videbimꝰ.

(Depoſitum.)

23 Et primum † quidem, quod depoſitum attinet, quod eſt nihil aliud, quam ſi res aliqua cuſtodiẽda apud aliquem deponitur, ſciendum eſt, quod depoſitarius: ſi apud eum res depoſita amiſſa eſt, vel periit, tantũ de dolo & lata culpa teneatur, ut probatur *hic & §. præterea. Inſt. quib. modis re cont. obl.* Item *l. 1. §. is quoq; ff. de act. & obl. & l. 1. ff. depoſiti*: Non autẽ de leui & leuiſſima culpa, multò minus de caſu fortuito, i. depoſitarius non tenetur ad æſtimationem rei depoſitæ amiſſæ, ſi penes ipſum periit, vel amiſſa eſt quocũq, etiam modo, niſi fortè depoſitarius dolo fecerit, quo deperdita ſit, vel lata eius culpa intervenerit, *l. 1. C. depoſiti*, Propter deſidiam & negligentiam non tenetur. Sic n. inquit Imp. *in d. §. præt. Inſt. quib. mod. re cont. obl. & in l. 1. §. is quoq; ff. de act. & obl.* Sed is, ſcilicet depoſitarius, ex eo ſolo tẽetur, ſi quid dolo commiſerit: Culpæ autem nomine i. deſidiæ ac negligentiæ non tenetur. Itaque ſecurus eſt, qui parũ diligenter cuſtoditam rem furto ami-
24 ſerit. Ratio I. quia † qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradidit, nõ ei, ſed ſuæ facilitati impu-
25 tare id debet. II. quia † depoſitũ deponentis tantũ gratia fit, & non depoſitarii: E. etiam ultra dolum & latam culpam teneri nõ debet, *l. 1. §. is quoq; ff. de act.*
26 *& obl.* Sunt † tamen caſus quidam, in quibus depo-

ſita-

arius etiam de leui & leuiſſima culpa tenetur, Itē caſu fortuito; quorum primus eſt, ſi id expreſſè ter partes eſt conventum & pactum, vt de leui & uiſſima culpa, item de caſu fortuito teneatur depoſitarius, vt probatur hic in verbis: *Sed hæc ita niſi quid nominatim convenit.* Ratio eſt, quia contractus ex conventione legem accipiunt. *c. contractus. de .I. in 6.* II. Si † depoſitarius fuit in mora reſtituendi depoſitum, cum deponens illud repoſceret, *l. ſi in Aſia. § . fin. ff. depoſiti.* III. Si † culpa præceſſit caſum fortuitum, *c. fin. extr. depoſiti.* IV. Si † depoſitarius ſe obtulit depoſito, *l. 1. §. ſæpe. ff. depoſiti.* V. Si † aliquid pro cuſtodia accepit, *l. 1. §. ſi veſtimenta. ff. depoſiti.* VI. Si † per loca periculoſa rem depoſitam circumtulit, argumento *l. in reb. in prin. ff. commodati.*

27 28 29 30 31

(Et precarium.)

II. Contractus † eſt precarium, quod nihil aliud eſt, quam ſi aliquid vtendum vel fruendum precibus conceditur petenti tamdiu, quoad is, qui conceſſit, patitur, *l. 1. ff. de precario.* Paul. *lib. 5. ſententiarum tit. 6.* Cuiac. *lib. obſerv. 4. cap. 7.* Et † differt à commodato, quia commodatum datur ad certum uſum, & ad certum tempus, vel tacitum vel expreſſum, *l. in commodato. 17. §. ſicut. ff. commodati.* Precarium verò non datur ad certum uſum, nec ad certum tempus, ſed quocunque libitum eſt, repeti poteſt, *d. l. 1. de precario.* Differt † etiam à donatione, quia in donatione transfertur dominium & ſemel traditione facta repeti reuocarique nequit, *l. 1. de precar. & l. ſi repetendi C. de condict. ob cauſam.* At precarium non dominium ſed uſum ſaltem transfert & ideo repeti poteſt quandoque licitum eſt,

32 33 34

ut

35 vt probatur *in d. l. 1. ff. de prec.* In † hoc contractu tantum præſtatur dolus & lata culpa ab eo, qui precario accipit. Leuis autem & leuiſſima culpa, item caſus fortuitus nequaquam, vt probatur *hic in text. & in l. quæſitum §. eum quoque ff. de precar.* Et ideo ſi precarium perit, interit vel amittitur penes eum, qui precario rogauit, non niſi de dolo & lata culpa tenetur. Sic enim inquit Vlp. *in l. quæſitum §. eum quoq; ff. eod.* Eum quoque precario teneri voluit prætor, qui dolo fecit, vt habere deſineret. Illud annotatur quod culpam non præſtat is, qui precario rogauit, ſed ſolum dolum. Nec immerito ſolum dolum præſtat is, qui precario rogauit, cum totum hoc ex liberalitate deſcendat eius, qui precario conceſſit, & ſatis ſit, ſi dolus tantum præſtetur. Culpam tamen dolo proximam contineri quis merito dixerit. Et paulo poſt *in eadem l.* dicitur: *Et generaliter erit dicendum, in reſtitutionem venire dolum & culpam latam*
36 *duntaxat, cætera non venire.* Fallit † hoc, ſi aliter inter partes eſt conuentum. Nam in omnibus contractibus primum conſideratur, quid inter partes ſit conuentum, teſte Ioh. Ramo *in lib. 2. Ench. ſui, axiom.* 129 Si vero id non apparet, ad hanc Regulam noſtram confugimus & videmus, quid regulariter præſtan-
37 dum ſit in hoc vel illo contractu. II. Fallit, † ſi is, qui precario accepit, fuit in mora reſtituendi: Tum enim non ſolum dolum & latam culpam, ſed & leuem, leuiſſimam, imo caſum fortuitum præſtare tenetur, *d. l. quæſitum §. plane poſt interdictum ff. de precario.* Et hæc de contractibus, in quibus regulariter dolus & lata culpa ſaltem præſtantur.

(Man-

(Mandatum.)

Sequuntur nunc contractus, in quibus non tantum dolus & lata culpa præſtatur, & leuis aliqua ſaltem diligentia requiritur & cuſtodia, ſed maior. Inter quos primum ſeſe offert mandatum, quod † 38 eſt contractus Iuris gentium, bonæ fidei, quo quis honeſtum aliquod officium alteri expediendum committit, alter vero idem gratuito ſuſcipit, *l. 1. ff. mandati*. Verbi gratia: Ego hinc abiens mando tibi, vel obſecro te, vt mihi primo quoquo tempore libros vel ſupellectilem meam Witebergam transmittas: ſi tu id expediendum ſuſcipis, mihique ſanctè polliceris, eſt mandatum, continens officium honeſtum gratuito expediendum. Sic, ſi tibi mando, vt meo nomine ſoluas 100. Titio, & tu id mihi promittis, inter me & te celebratus eſt contractus, qui dicitur mandatum. In † his & ſimilibus ſi quæ- 39 ritur, ad quid teneatur mandatarius, ſi mandatum ſuſceptum vel omnino non, vel minus rectè exequitur? & reſpondetur per diſtinctionem hoc modo: aut loquimur de mandatis in iudicio perficiendis, in † quibus maxima diligentia requiritur: Vel- 40 uti, ſi procurator in ſe recipit litem, & tunc procurator ſuſcipiens litem videtur ſe aſſerere peritum ea peritia quæ in iudicio exigitur, *l. à procuratore* 13. C. *mandati, & ibi gl. & DD.* aut loquimur de mandatis extra iudicium, vt plæraque ſunt omnia, perficiendis, in † quibus vel exacta requiritur diligentia, vel 41 etiam aut nulla, aut modica ſaltem. Et † tunc, ſi ta- 42 le eſt negocium, quod exactam requirit diligentiam, vt emere aliquid, ſoluere pro alio, vel alia negocia gerere, tenetur mandatarius de dolo, lata & leui

leui culpa, quia promittendo officium ſe ita diligenter aſſerere videtur, prout illa res, cuius mãdatum ſuſcepit, exigit, *l. in re. 21. C. mandati, in fine*, in Verbis: *Aliena verò negocia exactò officio geruntur, nec quicquam in eorum adminiſtratione neglectum aut decli-*
43 *natum culpa vacuum eſt.* Si † verò tale eſt negotium, quod nullam, aut modicam diligentiam requirit, quia quilibet id expedire poteſt, ut exemplar, vel librum de uno ad alium portare, mandatarius ſolum de dolo & lata culpa tenetur, *l. ſi procuratorem. 8. §. dolo. ff. mandati. & l. creditor. 60. §. Lucius Titius.*
44 *6. ff. eod.* De † caſu fortuito omnino non tenetur mandatarius, *l. à procuratore. 13. C. mandati*, quod tamen fallit primum, ſi ita conuentum eſt inter mandantem & mandatarium, vt probatur in h. R.
45 Secundo: Si † mandatarius propriè cuſtodiam in ſe recepit, vel etiam mercedem mandati nomimine accepit, tunc enim & de caſu fortuito leui & leuiſſima culpa in iis caſibus, in quibus regulariter ad ea non eſt obligatus, teneretur, *l. eum qui. 14. §. fin. circa fin. ff. de furt.* Schneid. *in §. mandatum. Inſtitut. mandat. num. 4. Cag. hic num. 30.* Oldend. *hic in verbo.* mandatum. Angel. *in §. Mandatum. Inſtit. de mandato. nu. 3.* Bart. *in l. eum qui. §. fin. ff. de furt.* Dec. *hic. num. 27.* Videatur etiam Cicero in oratione pro Sexto Roſcio, verſ. *ſi quid rem mandatam non modo malicioſus.*

(Commodatum.)

46 Subiicitur in Reg. commodatum, quod † nihil eſt aliud, quam rei alicuius ad certum uſum, & certum tempus, gratuita conceſſio, ut eadem ſpecies, & non alia eiusdem generis reddatur, *l. in hac ff. de*

condict.

condict. tritic. Vt ſi alicui concedo uſum libri, equi,
vel alterius rei, ad certum tempus, eſt commoda-
tum, cuius natura requirit, ut eundem librum &
equum, non alium mihi reſtituat. In † hoc contra- 47
ctu ſi quæritur, quid præſtetur? Reſpondetur per
diſtinct. hoc modo: Aut commodatum tantum fit
commodatarii cauſa, aut fit tantum commodantis
cauſa, aut utriusq;, tam commodantis, quàm com-
modatarii. Si † commodatarii ſaltem cauſa fit: Ve- 48
luti, ſi tibi commodo equum, librum, vel ſimile
quid, quo utaris ad certum tempus, tenetur com-
modatarius de dolo, culpa lata, leui & leuiſſima,
§. *Item is cui. Inſtit. quibus modis re contrah. oblig. & l.*
1. §. *is quoque ff. de act. & oblig. & l. in reb.* 18. *ff. com-
modati.* Idem probatur *in l. ſi ut certo.* §. *commoda-
tum. verſ. cuſtodiam planè. ff. commodati.* Ratio præ-
cedentium eſt, quia quando commodatum conti-
net tantum utilitatem commodatarii & accipien-
tis, h. e. ſi tantum accipientis & commodatarii
utilitas verſatur in commodato, & res gratis
alicui conceditur, æquum quoque eſt, ut exactiſ-
ſimam cuſtodiendæ rei curam commodatarius
ſuſtineat, ne commodanti ſuum officium ſit da-
mnoſum. Si † commodatum tantum commo- 49
dantis gratia fit, h. e. ſi commodatum reſpicit
utilitatem commodantis principalem, Veluti ſi
ſponſus ſponſæ ſuæ commodat ornamenta, ut
honeſtius ad eum adducatur, & ea poſtea amiſſa
ſunt, commodatarius tantum de dolo, & lata cul-
pa, non autem de leui & leuiſſima tenetur,
ut probatur, *in l. ſi ut certo.* §. *Interdum planè
ff. commodati. & l. ſi mei Cauſa,* 12. *ff. eodem.* Ra-
tio eſt, quia dum hoc in caſu potiſſimum ver-

tatur

tatur utilitas & commodum commodantis, com-
modatarius etiam ultra dolum & culpam teneri
50 non debet. Si † utriusque verò cauſa factum eſt
commodatum id eſt, tam commodantis, quàm
commodatarii: Vt, ſi Titius & Caius parant con-
vivium in ædib. Titii, & Caius commodauit Titio
pocula argentea, quæ poſtea amiſſa ſunt, dolum,
culpam, latam & leuem, præſtare tenetur Titius
commodatarius, ut probatur *in l. in rebus. verſ. hæc*
51 *ita ff. commodati.* Caſum † fortuitum regulariter
commodatarius non præſtat, vt probatur *in §. Item*
is cui. Inſt. quibus modis re contrah. obl. & in l. 1. §. Item
is cui. ff. de act. & oblig. l. in rebus. in princ. & l. ſi ut cer-
52 *to. §. quod vero. ff. commodati. l. 1. C. eod.* Fallit † tamen
hoc in quibusdam caſibus in quibus & caſus for-
tuitus ptæſtandus eſt à commodatario, veluti pri-
mum: Si res culpa commodatarii periit, ut proba-
tur *in d. §. Item is Inſtit. quibus modis re contrah.* In ver-
bis: *Si modo non ipſius culpa caſus interuenerit.* II. Fal-
53 lit, † ſi expreſſè conventum eſt inter contrahentes,
ut commodatarius præſtet caſus fortuitos, vel
54 omne periculum, ut probatur *hic* III. Fallit † ſi
commodatarius fuit in mora reſtituendi rem, *c. uni-*
55 *co ex. commodati.* IV. Si † æſtimata fuit res commo-
data & commodatarius ſe æſtimationem præſtitu-
rum promiſit, *l. ſi ut certo. §. commodatum. ff. eod.* V.
56 Fallit † ſi mercedem accepit, *l. ſi ut certo. §. nunc vi-*
57 *dendum. ff. eod.* VI. Si † per minus idoneam perſo-
nam rem commodatarius remiſit commodanti,
quæ perſona vel vendidit, vel amiſit, vel etiam
cum re aufugit, *l. eum, qui §. fin. cum l. ſeq. ff. commo-*
dati, Vide *l. argentum. ff. Commodati.* Kling. *in §. Item*
is cui Inſt. quibus modis re contrah. obl.

Ven-

(Venditum.)

Additur in regula venditio, quæ † nihil eſt aliud 58
quàm contractus Iuris gentium, bonæ fidei, in quo
emptor venditori ad dandum iuſtum precium in
pecunia numerata: venditor vero ipſi emptori ad
tradendam rem non vitioſam, obligatur & tenetur
l. 1. & 3. ff. de contrah. empt. §. actionum Inſtit. de actionib.
Veluti, ſi tibi vendo domum, equum, vel ſimile
quid, ego teneor tibi tradere rem non vitioſam, tu
vero contra mihi obligatus es ad dandum iuſtum
precium in pecunia numerata ſoluendum, vt pro-
batur *in princ. Inſtit. de empt. l. 1. ff. de contrah. empt.* In † 59
hoc contractu ſi quæritur, ad quem pertineat peri-
culum, id eſt, interitus, damnum, vel deterioratio
rei venditæ ante traditionem & precii ſolutionem,
vtrum ad emptorem, an vero ad venditorem? Re-
ſpondetur ſimpliciter, quod perfecta & conſum-
mata emptione & venditione, quamuis nondum
ſit numeratum precium, nec res etiam tradita; ſta-
tim omne periculum, omne damnum, omnis dete-
rioratio & interitus rei ad emptorem ſpectet, non
ad venditorem: Adeo † vt, etſi pereat res ante tradi- 60
tionem, nihilominus tamen emptor precium per-
ſoluere teneatur, vt probatur *in l. 1. C. de pericul. &*
comm. rei vend. Idem probatur *in l. neceſſario 8. ff. de*
pericul. & comm. Similem text. habetis etiam *in §.*
cum autem emptio Inſtit. de empt. Ratio autem eſt, qua-
re periculum pertineat ad emptorem perfecta em-
ptione, quia, qui ſentit commodum, ſentiat etiam
onus neceſſe eſt, *c. qui ſentit, c. rationi congruit. de R. I. in*
6. l. ſecundum naturam, ſupr. eod. Verum emptor ante
ſolutionem pecuniæ & traditionem rei omne lu-

crum, omne commodum, quod rei venditæ accedit, lucratur & adipiſcitur, *l. id quod ff. de pericul. & comm. d. §. cum autem emptio.* Ergo emptor etiam incommodum ſentire debet ante ſolutionem & rei traditionem. Cum autem perfecta emptione & venditione periculum pertineat ad emptorem, vt probauimus, neceſſariò dicendum nunc eſt, quãdo emptio dicatur perfecta & conſummata. Dicitur †
61 autem emptio perfecta in cæteris rebus ferè omnibus: ſiquidem purè contracta eſt, poſt conuentionem, i. e. poſt fidem vtrinq; datam & acceptam, h. e. poſtquam de precio cõſtat, & conuentum eſt inter partes. Sic n. inquit Imp. *in pr. Inſt. de empt.* Emptio & venditio contrahitur ſimul atq; de precio cõuenit, quamuis precium nondum numeratum ſit, *& in §. cum autẽ,* inquit: *Cum autem emptio &c. & l. 1. ff. de cõtr.*
62 *empt.* In † iis v. quæ ad numerum, menſuram, & põdus venduntur, tum demum dicitur perfecta emptio & venditio, cum res adnumeratæ, admenſæ & appenſæ ſunt, *l. 2. C. de per. & comm. l. quod ſæpe §. in his ff. de contr. empt.* Quæ v. emptio ſub conditione fit, tũ demum perfecta dicitur, ſi conditionis euentus exiſtit, ſic, quæ ſcriptura fit, perfecta non dicitur, niſi ſcriptura perfecta & conſummata ſit, *§. Inſt. de empt.*
63 *v. in iis autem.* In † vini venditione hoc obſeruatur, vt ſi auerſione, id eſt, negligenter & inconſideratè emitur vel venditur, (Auerſione enim emere eſt negligenter & inconſiderate emere, teſte Jouiano *lib. 2. lectionum ſuarum cap. 14.* Vbi ſic exponit *l. ſi quis vina, §. ſi auerſione, ff. de pericul. & comm. rei vend.*) ante deguſtationem perfecta venditio non intelligatur, quia difficile eſt, vt quiſque ſic emat, vt non deguſtet, *l. 4. § fin. verſ. difficile ff de pericul. & comm. rei vend.*

vend. Sin ad menſuram venditum eſt, perfecta dicitur emptio, ſi admenſum eſt, ſi vero pure facta eſt, ſtatim atque de precio conuenit. In iis igitur, quæ ad menſuram, numerum & pondus venduntur; periculum non prius ad emptorem ſpectat, quàm res vendita ſit ei admenſa & adnumerata, *l. 2. C. de peric. & comm. rei vend.* Ratio eſt, quia emptio antea non dicitur perfecta. Sic in emptione conditionali non prius ad emptorem periculum pertinet, quàm exiſtat conditio. Pendente igitur conditione ſi res perit, venditori, & non emptori perit; vt ſi res pereat ante ſcripturæ perfectionem, damnum venditoris ſit, non emptoris, *l. 4. C. eod.* In vini quoque venditione periculum ad emptorem non prius tranſit, quàm deguſtauerit vinum, ſi ſc. auerſione emptum eſt, vel admenſum ſit, ſi ad menſuram emptum eſt,
vinum, *l. 1. ff. de pericul. & commod.* I. Fallit, † ſi res eſt 64
vendita in genere, veluti, ſi dico, vendo tibi bouem, equum, vel domum. Tali enim in caſu ſi bos vel equus moritur, periculum non ad emptorem, ſed ad venditorem pertinet, *l. quod ſi neq; ff. eod.* Ratio, quia genus perire nequit, licet ſpecies pereat, *l.*
incendium C. ſi cert. pet. II. Fallit, † ſi dolo vel culpa vē- 65
ditoris res vel periit vel deterior facta eſt, tūc n. periculum & damnū ad venditorē pertinet, *l. hoc ita verum §. cuſtodiam ff. de per. & com.* III. Fallit, † ſi vēditor, 66
qui regulariter tantum cuſtodiā, qualē bonus vir & diligēs paterfamilias in ſuis ſolet adhibere, tenetur, ſpeciali pacto periculū in ſe recepit, vt probatur *in §. cū autē. verſ. quod ſi fugerit. I. de empt. & vēd.* V. Fallit,
† ſi venditor morā fecit in re empta tradenda ita ut 67
per eum ſteterit, quo minus traditio fieret, Bart. &
DD. *in l. quod te. ff. ſi cert. pet.* V. Fallit † in empt. alter- 68
natiua:

Digitized by Google

natiua: ut vendo tibi Stichum, aut Pamphilum, hoc enim in caſu interitus prioris ad venditorem: poſterioris verò ad emptorem pertinet, *l. ſi in emptione §. ſi emptio. ff. de contrah. empt.*

(Pignori acceptum.)

De pignore quid ſentiendum ſit, videbimus.
69 Etſi † autem pignus eſt contractus, in quo res mobilis. vel immobilis creditori datur, ut ſuum debitum ei ſit ſaluum, qui quidem obligatur ad reſtitutionem, debito perſoluto, §. *fin. Inſtit. quibus modis re contrah. obl.*
70 Hoc † contractu, qui utriuſq, gratia fit, & debitoris, quo citius ei pecunia credatur, & creditoris, quo magis in tuto ſit ei creditum, §. *creditor. Inſtit. quibus modis re contrah.* dicendum eſt, quod creditor ſecundum naturam illorum contractuum, qui utriusque gratia fiunt, teneatur de dolo, lata & leui culpa, non autem de leuiſſima, multo minus de caſu fortuito, ut probatur *in §. creditor. Inſtit. eod. & in l. ſi cum venditor. §. 1. ff. de pig. act. & in l. ſeq.* dicitur: *nam igitur quæ diligens paterfamilias.* Quare ſi creditor eam diligentiam adhibet in cuſtodiendo pignore, qualem ſolet adhibere diligens paterfamilias in ſuis rebus cuſtodiendis & nihilominus perit, amittitur vel deterius redditur pignus, non creditoris periculo, ſed debitoris id fit, quia creditor de dolo, lata & leui culpa ſaltem tenetur.
71 De † leuiſſima verò & caſu fortuito, quem tamen manifeſtis probationibus docere debet, maximè ſi talis eſt, qui non omninò præſumitur ſine culpa, ut furtum & incendium, *l. 1. ff. de off. præf. vigil.* non tenetur, adeo quidem, ut amiſſo pignore nihilominus debitum petere poſſit, *l. quæ fortuitis C.*

tis. C. de pig. act. & l. ſi creditor. C. eod. Quod † ta- 72
men verum eſt de Jure ciuili, non autem de iure Sa-
xonico, ut eſt text. *in art. 5. lib 3.* **Landtr** *verſ.* **ſtirbt**
ein Pferdt oder Vieh in der Verſatzung. Hoc enim
iure creditor amiſſo pignore debitum quoq; amit-
tit. Præcedentia tamen de caſu fortuito fallunt, ſi
creditoris culpa caſum præceſſit, vel aliàs creditor
in ſe recepit omne periculum & caſum fortuitum,
tunc enim, amiſſo pignore extra damnum non eſt,
ut probatur *in l. creditor*, 4. *& in l. quæ fortuitis.* 5. *C.*
de pig. act.

(Locatum.)

In locatione quoque & conductione, quæ † ni- 73
hil eſt aliud, quam perſonæ vel rei ad uſum facta
conceſſio pro mercede: ut, ſi tibi concedo uſum
hypocauſti, domus vel alterius rei, pro certa mer-
cede, cum utriuſque tam locatoris quam condu-
ctoris verſetur utilitas, conductor quoque regula-
riter dolum, culpam latam & leuem, præſtare te-
netur, *l. ſi ut certo* §. *nunc videndum. ff. commodati*, ubi
dicitur: *Sed ubi utriusq; contrahentis vertitur vtilitas, vt
in empto, locato, pignore, dote, ſocietate, dolus, lata, & le-
uis culpa præſtatur.* Idem probatur, *& in l. iudicio. C.
locati. & in l. 3. §. miratur. ff. nautæ, caup. & in l. ſi quis
domum. §. ſi colonus prædiorum. ff. locati.* Damna igi-
tur conductor, quæ dolo & culpa eius fiunt, præ-
ſtare tenetur, veluti, ſi res facta deterior ſit, *l. videa-
mus.* 11. §. 1. *ff. locati*: aut incendio non fortuito
corrupta ſit. *l. ſi quis domum. §. ſi colonus. ff. locati.* Uti
enim debet re ſicut bonus paterfamilias, *l. ſi merces.
§. conductor. ff. locati.* Non † ſolum autem dolum & 74
culpam propriam præſtare tenetur, ſed etiam eo-

 rum,

rum, quos induxit, ſi in inducendis culpam admiſit. Veluti, ſi perditos homines introduxit, à quibus damnum rei conductæ illatum eſt, *l. videamus.* 11. *in princ. & l. qui inſulam.* 30. §. *colonus villam. ff. locati.*
75 Item † inimicorum ſuorum, ſi eius odio rem fecerint deteriorem, *l. ſi merces.* 25. §. *culpæ. ff. locati.*
76 De † leuiſſima autem culpa ex natura locationis non tenetur conductor, quamuis interdum ratione circumſtantiarum aut pactionum præſtanda veniat, veluti, ab iis qui mercedem accipiunt, *l. qui*
77 *mercedem.* 40. *cum l. ſeq. ff. locati.* Vel † ſi res natura ſua exactiſſimam requirit diligentiam, *l. ſi merces.* §. *qui columnam. ff. locati*: ut in onere deportando: Item in opere faciendo, veluti ſi fullo polienda curandaue, aut ſarcinator ſarcienda veſtimenta certa mercede acceperit, eaque furto amiſerit, teneatur de leuiſſima culpa, quoniam in his ad exactiſſimam diligentiam, atque adeo cuſtodiam obligatus eſt, *l. itaque fullo. ff. de furt. &* §. *Item ſi fullo, Inſtit. de oblig. quæ ex dolo naſ.* Quod & in cæteris qui tanquam artifices locant operas, & rebus recipiendis, cuſtodiendis, reficiendisue quæſtum faciunt, verum eſt, *l. item quæritur.* §. *ſi fullo & l. ſi merces.* §.
78 *pen. & fin. ff. locati.* De † caſu autem fortuito non tenetur conductor, *l. in iudicio. C. locati l. ſi fundus in fin. ff. locati.* §. *qui pro uſu Inſtitut. locati.* niſi caſum culpa eius qui cuſtodire debuit, præceſſerit, *l. ſi ut certo.* §. 1. *ff. commodati.* Vel conductor in mora fuerit, *l. ſi ex legato. ff. de V. O.* Vel denique expreſſe ſe caſui ſubiecerit *teſte gl. in l. in Iudicio. C. locati.*

(Item

(Item dotis datio.)

In dote, quæ † nihil eſt aliud, quam donum 79
puellarum nubentium: vel, vt Varro definit, *pecunia nuptiarum cauſa data*: Ger: Die Brautgifft oder Gabe/ hoc obſeruatur, ut maritus ad dolum, culpam latam & leuem teneatur, *l. ſi ut certo* §. *nunc videndum. ff. commodati. & l. in reb.* 17. *ff. de Iure dot. & in l. etiam filios.* 18. §. 1. *ff. ſol. matrim.* Et ideo ſi maritus non eam adhibet diligentiam in cuſtodiendis rebus dotalibus quàm in propriis reb. adhibere ſolitus eſt, & res dotales pereunt, ipſi marito & non mulieri pereunt, *l. in reb. ff. de iure dot. l. ſi filiofamil. ff. ſol. matr. l. Pomponius. ff. de pact. dotal.* Ratio eſt,
quia † conſtante matrimonio dos ad utriusque, 80
hoc eſt, tam mariti quam uxoris utilitatem pertinet, *l. filios.* §. *licet. ff. ſol. mat. iuncta l. ſciendum eſt*, §. *ſi fundus. ff qui ſatisd. cog.* In iis autem actibus vel contractibus, in quibus utriuſque utilitas vertitur, dolus, culpa lata, & leuis præſtatur, *l. ſi ut certo* §. *nunc videndum. ff. commodati*, quare & in dote. De
† leuiſſima culpa non tenetur maritus, niſi in ſuis 81
rebus exactiſſimam adhibuiſſet diligentiam, in dotalib. verò non item, *gl. in l. in reb. C. de iure dot.* vel niſi in mora fuiſſet tradendæ dotis, Cag. *hic nu.* 58. multo minus de caſu fortuito, niſi culpa eius præceſſiſſet, vel ſpecialiter maritus caſum in ſe recepiſſet, ut probatur hic in Reg. noſtra.

(Tutelæ.)

Quod tutelam attinet, quæ † eſt vis atque po- 82
teſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem ſuam ſe ſponte defendere nequit,

l. 1. *ff. de tutelis.* §. 1. *Inſt. eod.* niſi dicendum videtur, quod in ea tantum dolus & lata culpa præſtetur, ſicut in depoſito & precario, cum in tutela prout & in depoſito tantum unius verſatur utilitas, ſc. pupillorum & pupillarum, tamen cum magnus ſit fauor pupillorum, & Reip. quoque interſit, res & commoda pupillorum non negligi, cum ſint ſeminaria omnium ordinum, à quorum conſervatione pendet conſervatio & perpetuitas ciuitatis, *l. proponebatur. ff. de Iudiciis,* conſtitutum eſt, ut tutor non tantum de dolo ſed & de eo, quod culpa lata & leui tutoris in reb. pupilli vel abeſt commodi vel adeſt damni, teneatur, *l.* 1. *ff. de tutel. & ratione diſtrah.* Ubi dicitur: *In omnibus, quæ fecit tutor, cum facere non deberet;* Item, *in his, quæ non fecit, rationem reddet tutor,* præſtando dolum, culpam, & quandam in ſuis rebus diligentiam adhibet, *& in l. quicquid. C. arbit. tut. & in l. à tutorib.* 33. *ff. de adminiſt.*
8 3 *tutor.* Et † hoc quod de tutorib. dicitur, in curatoribus quoque verum eſt. Curator enim eandem diligentiam circa res minoris adminiſtrandas adhibere debet, quam idoneus paterfamilias ſuis adhibere ſolet, ut *in l. à tutoribus. ff. de adminiſt. tutor. & in l. quicquid tutoris. C. arbit. tut.* probatur. Quicquid itaque dolo, culpa & negligentia curatorum factum, vel non acquiſitum, quod tamen acquiri potuiſſet, ad id omne finita cura tenentur, perinde ut tutores. *l. tutor repertorium.* §. *competit, ff. de admin. tu-*
84 *tor.* De † leuiſſima culpa non tenetur, quia ad eam diligentiam, quam quiſque diligens paterfamil. in ſuis adhibere rebus ſolet, tantum obligantur, ut *in l.* 1. *ff. de tutel. & rationibus diſtrah.* & ibidem
8 5 Bart. videre licet. De † caſu fortuito multo mi-

nus

nus tenentur tutores & curatores, ut probatur *in l. tutorib. & curatorib. C. de pericul. tutor.* niſi caſum præcedat culpa vel negligentia tutoris vel curatoris, ut probatur *in l. ſi res pupillares. C. de peric. tutor.*
Notandum † hic quoque eſt, quod reperiantur 86
caſus, in quibus tutor tantum de dolo & lata culpa teneatur, non de leui. Primus eſt, ſi tutor emit prædia minus idonea, tunc enim ſolam latam negligentiam præſtat, *l. ſi tutor repertorium. §. competet. & ibi gl.* & Bart. *ff. de adminiſt. tutor.* II. eſt, quando nomina debitorum pupilli ex lata negligentia tutoris minus idonea eſſe cœperunt: in exigendis enim debitis tutor tantum de dolo & lata culpa tenetur, *l. 2. & ibi gl. & DD. C. arbit. fut.* Cagnol. *hic num. 63.*

(Negotia geſta.)

In negociorum geſtione, quæ † nihil eſt aliud, 87
quam quando quis alienorum negotia in alicuius abſentia ſponte & ſine mandato gerit, non tantum dolus & lata culpa, ſed & leuis præſtanda venit. Negotiorum enim geſtor non ſaltem de dolo & lata culpa, ſed etiam de leui tenetur, ut probatur *in l. tutori C. de neg. geſt.* in verbis: *cum non dolum tantum & latam culpam ſed & leuem præſtare neceſſe habeat.* Interdum † tamen ſaltem de dolo & lata culpa tene- 88
tur negotiorum geſtor, veluti ſi acceſſit negotia deſerta permotus affectione, ne bona amici diſtraherentur, neue damnum eis accideret, *l. 3. §. Interdum. ff. de negot. geſt.* De † leuiſſima culpa regula 89
iter non tenetur ſed tum demum quando aliquis diligentior commodius adminiſtraturus fuiſſet negotia: *tex. eſt in §. Igitur. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi*

contract. & hic in verbis: *In his quidem & diligentiam: & in l. ſi pupilli.* §. *videamus. ff. de neg. geſt.* Ratio præcedentium, quia negotiorum geſtor ſponte & ſine mandato in ſe ſuſcipiens negotia alterius, videtur induſtriam & diligentiam prouidi & ſolertis patrisfamilias polliceri. Hanc igitur ſi non præſtat, damnabitur eo nomine, *d. l. ſi pupilli.* §. *videamus.*

90 Caſum † fortuitum non præſtat negotiorum ge-
91 ſtor, ut probatur *in l.* 10. *ff. eod.* Quod † tamen fallit: Primum, ſi nouum negotium & abuſu abſentis alienum negotium geſſit, quod non ſolitus eſt abſens facere, *l. ſi negotia.* 11. *in princ. ff. eod.* II.
92 Fallit, † ſi ſpeciale pactum de caſu fortuito factum
93 eſt. *l. negocium gerens.* C. *eod.* III. Fallit, † ſi negotiorum geſtor non alterius contemplatione, ſed ſui lucri cauſa adminiſtrationem ſuſcepit, *d. l. ſi pupilli.*
94 §. *ſed & ſi quis.* IV. Si † culpa geſtoris caſus accide-
95 ret, *l. ſiue hæreditario. & l. debitor eius. ff. eod.* V. Si † negotiorum geſtor in reſtituendis rebus Domini moram admiſit, *l. cum res.* §. *ult. ff. de leg.* 1. VI. Fal-
96 lit, † cum geruntur negotia pupilli, qui nullo modo tenetur, niſi locupletior factus ſit, *d. l. ſi pupilli. in princ. ff. de negot. geſt.*

(Societas.)

97 In ſocietate, quæ † nihil eſt aliud quàm conventio duorum vel plurium honeſtè contracta, ad uberiorem quæſtum & commodiorem uſum, *l. quæſtus ff. pro ſocio.* Quoniam utriusque contrahentis utilitas verſatur ad exemplum quoque reliquorum contractuum, qui utriusque gratia fiunt, dolus, culpa lata & leuis præſtatur, *l. ſi in certo.* §. *nunc videndum. ff. commodati.* Ubi dicitur: *Sed ubi. & l.*

cum

cum in duobus. §. venit autem. ff. pro ſocio. & in l. ſocius ſocio. ff. eod. dicitur: *ſocius ſocio etiam culpæ nomine tenetur*, id eſt, deſidiæ atque negligentiæ. Idem probatur & *in §. fin. Inſtit. de ſocietat.* Quare † ſi damnum dolo aut culpa, h. e. negligentia ſocii in ſocietate contingit, ipſe ſolus, cuius dolo & culpa accidit illud, ferre tenetur, *l. non ob eam. Cum. l. ſeq. ff. pro ſocio.* Ratio eſt, quia talem diligentiam ſocius in communibus rebus adhibere debet, qualem diligens paterfamilias in rebus propriis ſuis adhibet. Et † ideo de furto quoque tenetur ſocius, quia cuſtodiam præſtare debet, *d. l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſocio.* Quamvis ad culpæ purgationem, ſi hoc à Iudice petierit, ſocius admittatur, teſte Bald. *in l. ſi creditor. in fine C. de pig. act.* De † leuiſſima culpa non tenetur, ut probatur *in l. ſocius ſocio. ff. pro ſocio.* Ratio eſt, quia qui parum diligentem ſibi ſocium acquirit, de ſe queri debet. Idem probatur, *in §. fin. Inſtitut. de ſocietat. verſ. culpa autem.* Videndum tamen eſt an poſt contractum negligentior an verò diligentior euaſerit ſocius teſte Mynſing *in d. §. fin. Inſtitut. eod.* Caſum † fortuitum planè non præſtat, ut probatur, *in l. cum duobus. §. damna ff. pro ſocio.* ubi habetur: *Damna quæ imprudentibus accidunt*, h. e. damna fatalia *ſocii non coguntur præſtare*, niſi dolo aut culpa ſocii factum ſit damnum fatale, ut *in d. §* probatur: vel aliàs inter ſocios aliter convenerit. Contractus enim ex conventione Legem accipiunt, ut probatur *in hac Reg. & in c. Contractus. extr. eod. in 6.*

98 99 100 101

(Rerum

(Rerum communio.)

102 In communione rerum, quæ † eſt, quando duobus vel tribus res eſt communis, etiam ſine ſocietate: Veluti, ſi pariter eis legata vel donata, eſt vel ex communi hæreditate ad eos pertinet, dicendum eſt, quod hæres cohæredi ſuo de dolo, culpa lata, & leui teneatur, ut probatur *in l. hæredes*. 25. §. *non tamen. ff. famil. her. & in l. & puto*. 16. §. *ſed etſi. ff. famil. her.* Nam & omnino, quæ quis in hæreditate dolo aut culpa fecerit, in iudicium familiæ herciſcundæ veniunt, Idem & in iudicio communi diuidundo verum eſt, ut probatur *in l.* 3. *&* 8. §. 1. *& in l. ſi is cum quo*. 20. *ff. communi diuid.* Si enim ab aliquo ſociorum dolo vel culpa damnum datum eſt in re communi, habebitur eius ratio, ut in præcedentibus probatum eſt. De leui quoque culpa tenetur, quæ deſcribitur *in d. l. hæredes*. §. *non tamen. ff. fam. her.* & à Bart. *in l. quod Nerua. ff. depoſ. quæſt*. 10. *&* 11. Videlicet, ut ſit talis negligentia, quando quis eam non adhibet diligentiam in rebus communibus, qualem in ſuis adhibere ſolet, ſicut eodem modo declarat etiam hic eam Decius
103 *num*. 40. Cag. *num*. 69. De † leuiſſima culpa & caſu fortuito regulariter non tenetur, niſi forte ipſius dolo & culpa facti eſſent caſus fortuiti, vel ex ſpeciali pacto eos in ſe recepiſſet, ut probatur in hac Regula noſtra.

(Sed hæc ita, niſi ſi quid nominatim.)

104 Id eſt, Ea † quæ hactenus diximus de culpa leuiſſima & caſu fortuito regulariter non præſtando in contractibus: Item quod regulariter

riter in quibusdam lata culpa & leuis, in quibuſdam lata culpa & dolus præſtandus ſit, eatenus vera ſunt, quatenus conuentione contrahentium aliud non eſt diſpoſitum. Nam ſi inter contrahentes conuentum eſt, quid in contractu præſtari & ſeruari debeat, illud valet maximè, Cum † contra- 105
ctus ex conuentione legem accipiant, vt probatur *hic & in c. contractus, de* R. I. *in* 6. & contractus ex pactis & conuentionibus regulentur, addi ſiquidem illis aliquid vel detrahi poteſt per pacta & conuentiones, vt probatur hic in verb. *Niſi quid nominatim conuenit plus vel minus.* Et † quod dicitur, quod ex 106
conuentione contractus legem accipiant, verum eſt, ſi pacta & conuentiones non ſunt contra bonos mores, vel contra ſubſtantiam contractus. Talia † enim pacta interpoſita nihil agunt, veluti, ſi 107
pactum eſſet in depoſito, ne depoſitarius de dolo teneretur, eſſet illud pactum nullius momenti, quia eſſet contra bonos mores, & anſam delinquendi præberet hominibus, vt probatur hic in verbis: *Excepto eo, quod Celſus &c. & in l. Iuris gentium, §. cum paciſcar, & §§. ſeqq. ff. de pact.* Il. Verum † eſt, nō de pactis, quæ ex interuallo quodam poſt celebratum contractum adiiciuntur, ſed quæ in continenti, h. e. in initio contractus celebrati adiiciuntur, *d. l. Iuris gentium ff. de pact.*

(Animalium verò)

Caſus † fortuiti, quorum hactenus ſæpius facta 109
eſt mentio, hic ab Vlp. Iuriſconſulto enumerantur, de quibus quoniam ſupra in initio regulæ ſatis dictum eſt, hic nihil amplius adiiciam.

(A

(A nullo.)

10 Regulariter † ſcilicet, niſi forte aliud ſit conventum inter contrahentes, vel dolus & culpa unius contrahentis præceſſerit, vel alia circumſtantia id ſuadeat, ſicuti in ſingulis contractibus demonſtratum eſt.

Summaria.

In L. Quatenus cuiusq;.

1 *Legis huius origo, & convenientia cum aliis.*

2 *Quantum cuiusq; interſit, hoc vel illud factum non eſſe, in facto conſiſtit, quia ſine probationibus non conſtat, plusne aut minus ſit dandum.*

3 *Intereſſe eſt damnum emergens, & lucrum ceſſans.*

4 *Intereſſe triplex eſt: Commune, conventum & ſingulare.*

5 *Intereſſe commune, eſt communis æſtimatio rei vel damni, quæ apud unum non plus aut minus valet, quam apud alterum.*

6 *Intereſſe ſingulare eſt, quoties aliqua res plus valet uni, quàm aliis omnibus, propter qualitatem aliquam inhærentem, quæ non eſt tranſmiſſibilis ad alios.*

7 *Intereſſe conventum eſt quantitas partium conventione taxata, quæ propriè pœna dicitur.*

8 *Intereſſe non in iure, ſed facto conſiſtit.*

9 *Quatenus quiſq; ſuum intereſſe probauerit, eatenus habet reum ſibi vel duriore vel leviore conditione obligatum.*

10 *Quomodo intereſſe petatur, & qualiter probetur.*

11 *Fallit hæc regula in uſuris. Quatenus enim uſuræ præſtandæ ſint in iure conſiſtit.*

12 *Fallit item in ſpiritualibus. In illis enim Intereſſe ſic non peti poteſt, ut in profanis, quod tamen verum eſt reſpectu beneficii.*

Regula

REGVLA XXIV.

Quatenus cuiusque interſit, in facto, non in iure conſiſtit.

PAuli † Juriſconſulti eſt h. l. deſumpta ex lib. 1
eius 5. ad Sabin. & conveniunt cum ea *l. unica. C. de ſententia, quæ pro eo quod intereſt. l. 2. §. pactus. ff. de pact. l. 2. ff. de in litem iurando. l. fin. ff. de prætor. ſtip. l. 2. ff. de eo quod cer. loco.* Docet † autem breuiter, 2
quod quantum cuiusque interſit, hoc vel illud factum non eſſe, in facto conſiſtat, quia ſine probationibus non conſtat, plusne aut minus ſit dandum vel præſtandum, idcirco probari debet. Non autem conſiſtit in iure quod ſemper clarum & certum eſt, nec probationibus indiget, h. e. quod quantum cuiusq; interſit, hoc vel vel illud factum non eſſe, vel factum quidem eſſe, ſed non iuſto vel debito modo, ex tempore, certo Jure, certa lege & conſtitutione definitum nō ſit, ſed æquiſſimi Judicis arbitrio determinandum relinquatur, qui tanti taxabit Intereſſe, & condemnationē eatenus faciet, quanti quis ſua intereſſe probauerit; probare n. debet actor Intereſſe, i. damnū quod petit ab adverſario, quia facti eſt, non iuris, *l emancipati C. de coll. bon.* Eſt † autem Intereſſe damnum emergens vel lucrū 3
ceſſans ex hac vel illa regula, vel eſt æſtimatio damni emergentis & lucri ceſſantis, contingens ex eo, quod id non fit, quod fieri debuit, vel fit, quod fieri non debuit: vel non datur, quod dari debuit, vel datur, quod dari non debuit. *l. ſi commiſſa ff. rem rat. haberi. & l. apud. Iulian. §. ſed etſi ff. ad SCtum Trebel.* Eſtque † triplex ſecundum commu- 4

nem

nem DD. opinionem: Intereſſe commune, Intereſſe ſingulare & Intereſſe conuentum. Commune
5 † Intereſſe eſt communis æſtimatio rei vel damni quæ apud vnum non plus aut minus valet quàm apud alterum, *l. pretia rerum. 63. ff. ad l. Falcid. & l. ſi ſeruum ff. ad l. Aquil.* Vel eſt, quando damnum vel res aliqua non pluris æſtimatur quam in rei veritate æſtimandum eſt, & ſicuti ab omnibus homini-
6 bus communiter æſtimari ſolet. Singulare † Intereſſe eſt, quoties aliqua res plus valet uni, quàm aliis omnibus, propter qualitatem aliquam inhærentem, quæ non eſt transmiſſibilis ad alios: Vt, ſi ſtudioſus habet codicem valentem communi æſtimatione florenum, ſed quia longo tempore in eo legit, & bonas apoſtillas manu propria ſcribendo adiecit, eſtque in eò localis, non venderet eum 12. florenis. Hoc dicitur Intereſſe ſingulare vel affectionis, propter illam qualitatem, quæ ſtudioſo
7 tantum competit, non aliis. Intereſſe † conventũ, eſt quantitas, partium conventione taxata, quæ propriè pæna dicitur: ut, ſi promittitur aliquid ſub
8 pæna 30. florenorum, *§. fin. Inſtit. de V. O.* Et † de hoc triplici intereſſe dicitur hic, quod non in Jure con ſiſtat, id eſt, quod nulla lex, nullus textus reperiatur, qui Intereſſe vel damnum cuiusque ex eo, quod aliquid factum non eſt, quod fieri debuit, emergens, certò definiat, certamque quantitatem præſcribat, ultra quàm nemo ſuum damnum æſtimare poſſit, & ultra quam reum Judex condemnare non habeat, ſed in facto aduerſarii probantis & liquidantis ſuum intereſt: Item Judicis moderantis aduerſarii æſtimationem. Quate-
9 nus † enim quisque ſuum Intereſſe probauerit, eatenus

Digitized by Google

tenus habet reum ſibi vel duriore vel leuiore conditione obligatum, teſte Joh. Ramo in hac Reg. noſtra: Ut exempli gratia: Mutuaui tibi 100. florenos gratis, quos mihi certo die reſtituere pollicitus es, quod tamen non feciſti, ob quod incedi in damnum: mercator enim ſum, & potuiſſem vinum, vel merces emere, & aliquid pecunia lucrati, ſed quia non reſtituiſti certo tempore, ceſſat id meum lucrum, & damnum ſenſi: hoc damnum & intereſſe non eſt definitum in Lege ulla aut textu. Nulla enim lex certo definit, ad quid mihi tenearis propter moram in ſoluendo commiſſam, ſed in facto conſiſtit, id eſt, in liquidatione & probatione mea, necnon iudicis taxatione: quatenus enim probauero intereſſe & damnum meum, eatenus tu mihi vel duriore vel leuiore conditione es obligatus. Sic ſtudioſus quidam habet codicem, in quo tex. ſibi fecit familiarem: hunc alteri commodauit, commodatarius verò furto eum amiſit, quapropter Dominus libri petit æſtimationem cum damno ſeu intereſſe, quod ex amiſſione libri ad eum redundat, quæritur, an in lege definitum ſit, quantum hoc intereſſe, vel damnum eſſe debeat, & in quot florenos Judex condemnare debeat commodatarium, & reſpondetur, quod non; Sed quod illud damnum in facto commodantis, qui æſtimat & probat illud, & in Judicis taxatione, conſiſtat, *Bart. in l. unica C. de ſententiis pro eo quod intereſt.* Quo modo † autem Intereſſe petatur, & 10 qualiter probetur, tradit hic Dec. *nu.* 4. *&* 5. *cum ſeqq.* Item Cagnol. hic *nu.* 12. 14. *&* 15. Fallit † R. 11 primum in uſuris. Nam quatenus uſuræ præſtandæ ſint, in iure conſiſtit. Nam non ex quouis con-

 tractu

Digitized by Google

tractu præſtantur, nec ſemper æquè graues; ſed ex alio contractu maiores, ex alio minores, *l. eos, C. de*
12 *uſur.* II. Fallit † in ſpiritualibus. In illis n. intereſſe ſic nō peti poteſt, ut in profanis, quod tamen verũ eſt reſpectu beneficii, teſte *Cagn. hic. nu. 26. in fine.*

SVMMARIA.

In L. Plus cautionis.

1 *Origo & concordantia Legis huius.*
2 *Conſultius eſt habere pignora, quàm fideiuſſores.*
3 *Minus eſt habere actionem, quàm rem.*
4 *Sæpiſſime accidit, vt debitores creditum negent, vel ſpolientur.*
5 *Tutius eſt creditori, habere pignora, quàm fideiuſſores.*
6 *Nulla melior cautio eſt, quàm quæ fit per pignora.*
7 *Qui fideiuſſorem dare tenetur, dando pignora liberatur, quia magis cautum eſt per pignora, quàm per fideiuſſores.*
8 *Fallit Regula in prætoriis ſtipulationibus.*
9 *Olim facilius à fideiuſſore exigi debitum poterat, quia ante excuſſum principalem debitorem conuenire fideiuſſores licebat.*

REGVLA XXV.

Plus cautionis in rem eſt, quàm in perſonam.

1 DEſumpta eſt † hæc lex ex lib. 11. Pomponii Juriſconſulti ad Sabin. & habet concordantes tex. *in § furti autem actio. Inſt. de obl. quæ ex del.* in verbis *quia expedit ei pignori potius. & in l. itaq; fullo. §. fin.*
2 *ff. de furt.* Et † docet breuiter quod ſatius & conſultius ſit, imò creditori melius cautum, habere & poſſidere pignora quam fideiuſſores, vel quod melius ſit, pignori incumbere, quàm in perſonam age-
3 re. Ratio regulæ I. eſt, Quia † minus eſt habere a-
4 ctionem quam rem, *l. minus. infr. eod.* II. Quia † ſæpiſſimè accidit, ut debitores creditum inficientur

&ab-

Digitized by Google

& abiurent, vel ſpolientur omnibus fortunis & bonis, adeo ut foro cedendo aufugere cogantur, vel etiam aduerſarius actionem intentans propter paupertatẽ ab actióne inſtitúta deſiſtere cogatur, quod in rebus non eſt. Illæ enim non tam facile in nihilum rediguntur, *l. itaq. §. fin. ff. de furt.* Ut † non 5
immeritò dici poſſit, tutius eſſe creditori habere pignora, quàm fideiuſſores. Quare † etſi credito- 6
ribus conſuli poteſt & per Chyrographariam cautionem, vel per fideiúſſores, vel per iuratoriã cautionem, vel per pignora, nulla tamen melior cautio eſt, quam quæ fit per pignora, teſte *hac Reg. noſtra, & §. furti actio. Inſt. de oblig. quæ ex dolo.* Ex † quo 7
DD. concludunt, quod quis pro fideiuſſore poſſit dare pignora, & quod is qui fideiuſſorem dare tenetur, dando pignora liberetur, quia magis cautũ eſt per pignora quàm per fideiuſſores, Dec. *in nu.* 3. Cag. 1. Non obſtante eo, quod aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt, *l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. petat.* Quia hic non de ſolutione, ſed de cautione agitur. Fallit † Regula in prætoriis ſtipulationibus. 8
Nam olim prætor non tantum ſecuritatis cauſa ſatisdationem exigebat, ſed etiam ob facilitatem cõueniendi, *l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.* Facilius † au- 9
tem olim à fideiuſſore exigi debitum poterat, quia ante excuſſum principalem debitorem conuenire fideiuſſores licebat, *l. 3. & paſſim. C. de fideiuſ.* quàm à pignoribus, quæ non ſemper emptorem inueniũt, & niſi uaria circumductione non diſtrahuntur, *toto tit. ff. & C. de diſt. pig.* Hac igitur de cauſa in prætoriis illis ſtipulationibus regula noſtra non obtinere videbatur, teſte Matth. Weſemb. *in parat. qui ſatisd. cog. nu. 7. Verſ. Illud etiam quæſtionis eſt.*

SUMMARIA.
In L. Qui poteſt inuitus.

1 *Origo & convenientia huius Regulæ.*
2 *Omne id, quod fieri poteſt inuitis, reclamantibus, & repugnantibus quibuſdam perſonis, rectè etiam ipſis inſciis, ignorantibus & aſtantibus peragitur.*
Ibid. Id quod quis facere poteſt, inuito aliquo & contradicente, illud etiam ignorante illo & abſente facere non prohibetur.
3 *Non debet expectari præſentia & ſcientia, quæ nihil operatur.*
4 *Non debet, cui plus licet, id quod minus eſt, non licere.*
Ibid. Tutor poteſt vendere ea, quæ non poſſunt ſeruando ſeruari, inuito pupillo.
5 *Fallit hæc Regula in l. Duo ex tribus. ff. de re iudic.*
6 *Emphyteuta poteſt vendere bona ſua Emphyteutica, domino inuito, dummodo prius ei denunciauerit, ſed domino ignorante non poteſt.*
7 *Filia emancipata poteſt patre inuito nubere alteri, quàm quem pater ei elegerat, ſed non eo ignorante & inſcio.*
8 *Iudicia redduntur in inuitum, ſed non in abſentem.*

REGULA XXVI.

Qui poteſt inuitus alienare, multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.

1 EX † lib. 30. Vlp. Iuriſconſulti deſumpta eſt Regula, & conveniunt cum ea, *l. nec non ignorante. & l. illud. ff. de tut. & curator. dat. ab his. & l. 4. §. 1. ff. de fideicommiſſ. liber. l. 1. & 2. C. debitorem vendit. pignoris. l. cum furioſus. ff. de Iudic. l. numerum. §. iudicandi. ff. de muner. & honor.* Docet † autem breuiter,
2 quod omne id, quod fieri poteſt inuitis, reclamantibus & repugnantibus quibuſdam perſonis, rectè etiam

etiam ipſis inſciis, ignorantibus & aſtantibus peragatur, vel, quod quicquid fieri poteſt me invito, repugnante, & contradicente, rectè etiam me abſente & ignorante abſoluatur, vel, quod id, quod poſſum facere, inuito & contradicente, etiam te ignorante & abſente facere non prohibear. Ratio † eſt, quia non debet expectari præſentia & ſcien- 3
tia, quæ nihil operatur, argumento *l. aliquando. §. fin. ff. ad Senatusc. Vell.* Fruſtra enim requiritur & expectatur præſentia & ſcientia eius, quo tamen contradicente & diſſentiente negotium geri & confici poteſt, *l. illud. 4. ff. de fideicom. liber.* II. Quia † non debet cui plus licet, id quod minus eſt non 4
licere, *l. non debet 21. ſupr. eod.* Plus autem eſt, alienare poſſe rem inuito Domino, quàm ignorante, inſcio & abſente Domino, ergo ſi plus licet, licere quoque debet quod minus eſt, ut tutor poteſt vendere ea, quæ non poſſunt ſervando ſeruari inuito pupillo; *l. fin. §. fin. C. de admin. tutor.* Ergo poteſt etiam ipſo ignorante & abſente vendere. Idem eſt in creditore: is n. inuito debitore alienare poteſt rem ſibi obligatam, *l. 1. & 2. C. debitorem vendit. pig.* ergo multo magis debitore ignorante & abſente alienare poteſt. Sic qui poteſt inuitus dari iudex, vel tutor, etiam dari poteſt ignorans & abſens, *l. cum furioſus. ff. de Iudic.* Fallit † hæc Regula primum *in* 5
l. duo ex tribus. ff. de re iudic. Ratio eſt, quia forte ſi præſens fuiſſet tertius, reliquos traxiſſet in ſuam ſententiam. II. Fallit † in Emphyteuta, qui poteſt 6
vendere bona ſua Emphyteutica, Domino inuito, dummodo prius ei denunciauerit, ſed domino ignorante non poteſt, *l. fin. C. de Iure Emphyt.* III. Fallit † in filia emancipata, quæ poteſt patre inui- 7

Digitized by Google

to nubere alii, quàm quem pater ei elegerit, ſed non eo ignorante & inſcio, l. vidua C. de nupt. IV. Ita-
8 li † in iudicialibus, quia iudicia redduntur in inuitum, ſed non in abſentem, teſte Decio hic num. 4. & in ſumma regula procedit, ſi eadem eſt ratio inuiti & abſentis: ſecus vbi eſt diuerſa ratio, vt ſi ſcientia & præſentia alicuius propter certas cauſas & rationes omnino exigitur & requiritur.

SVMMARIA.

In L. Nec ex prætorio.

1 *Origo & conuenientia regulæ huius.*
2 *Ius publicum per priuatorum pacta & conuentiones tolli aut mutari non poteſt.*
3 *Fraus iuri publico à nemine fieri debet.*
4 *Concedendum non eſt, vt contra legem vel legis interpretationem vlla fiat pactio & conuentio.*
5 *Nulla eſt priuati cum publico proportio.*
6 *Nihil contra ſalutem Reipublicæ admittendum eſt.*
7 *Pupillus ſine tutoris authoritate nullum contractum, in quo mutua obligatio, celebrare poteſt, imo nec hereditatem, quamuis ei lucroſa videatur, adire.*
8 *Ius ciuile ſtatuit, dolum in depoſito eſſe præſtandum: item delicta eſſe punienda, vt communis ſocietas inter homines conſeruetur. Hoc ius tolli non poteſt.*
9 *Ius ciuile vult, vt faciens teſtamentum heredem inſtituat, ſeptem teſtes adhibeat, qui ſe ſubſcribant, ſigilla apponant & alia. Hoc ius priuatorum pactis mutari vel tolli non poteſt.*
10 *Priuatorum pacta nõ poſſunt mutare vel tollere ius publicum.*
11 *Obiectio contra regulam, & ad hanc Reſponſio.*
12 *Si ius naturale aliquid diſponit, poteſt illud pactis priuatorum nullo modo mutari vel tolli.*
13 *Sed quid ſi ius ciuile aliquid diſponit?*
14 *Qualitates & accidentia contractuum per pacta priuatorum mutari poſſunt.*

15 Ac-

Digitized by Google

15 *Actiones inchoatæ, maximè ſi priuatorum reſpiciunt vtilitatem, remitti & tolli poſſunt pactionibus.*
16 *De delictis commiſſis poteſt quis paciſci, non autem de perpetrandis & committendis.*
17 *Statutum poteſt derogare iuri publico.*

Regula XXVII.

Nec ex prætorio, nec ex ſolenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt: quamuis obligationum cauſæ pactione poſſunt immutari, & ipſo iure, & per pacti conuenti exceptionem, quia actionum modus, vel lege, vel per prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur: niſi tunc, cùm inchoatur actio, inter eos conuenit.

Ex † libr. 16. Pomponii Juriſconſulti deſumpta 1 eſt hæc regula, & conueniunt cum ea *l. neq; pignus §. priuatorum Inf. h. tit. l. Ius publicum §. ſi paciſcar l. Ius agnationis ff. de pact. l. teſtādi C. de teſtam. l. nemo poteſt ff. de leg. 1. c. ſi diligenti, extr. de foro compet.* Docet † au- 2 tem breuiter, quod ius publicum per priuatorum pacta & conuentiones tolli vel mutari non poſſit, vel quod priuatorum cōuentione Iuri publico derogari non poſſit, vel quod ea, quæ vel ſolenni, hoc eſt, ciuili, & in contractibus aliiſque actibus ſalubriter conſtituta ſunt, pactionib. & conuentionib. priuatorum hominum tolli non poſſint. Ratio † I. 3 eſt, quia fraus publico iuri à nēine fieri debet, *l. quod de ba-*

4 *de bonis.15.§.1.ff.ad l. Falcid.* II. Quia † concedendum non eſt, ut contra legem vel legis interpretationem ulla fiat pactio & conventio, *l. contra.28.*
5 *cum l. ſeq. ff. de LL.* III. Quia † nulla eſt priuati cum publico proportio, *argumento l. 1. ff. ſol. matr.* IV.
6 Quia † nihil contra ſalutem Reipublicæ admittendum eſt, ut ecce Iure ciuili conſtitutum eſt, quod
7 † pupillus ſine tutoris authoritate nullum contractum, in quo eſt mutua obligatio, celebrare poſſit: Imò nec hæreditatem, quamuis ei lucroſa videatur, adire, §. 1. & §. *neque. Inſtit. de author. tutor.* Hoc ius publicum ſeu ciuile per pactum pupilli & eorum, qui cum ipſo contrahunt, mutari vel tolli nequit: etiamſi enim paciſcantur, ut nihilominus contractus firmus & validus ſit, licet non interuenerit tutoris authoritas, tamen illa conventio nul-
8 la eſt, nullumque habet effectum & robur. Sic † Ius ciuile ſtatuit, dolum in depoſito eſſe præſtandum. §. *preterea. Inſtit. quibus mod. re contrah. oblig.* Item delicta eſſe punienda, ut communis ſocietas & tranquillitas inter homines conſervetur, *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.* Hoc ius priuatorum pactis, id eſt, deponentis & depoſitarii, item delinquentis, & eius, contra quem peccatur, mutari vel tolli non poteſt. Etiamſi enim paciſcantur, ne dolus inde præſtetur, vel actione iniuriarum, furti, vel Lege Cornelia de ſicariis, vel alia delinquens teneatur, tamen illud pactum nullum eſt, qu a eſt contra utilitatem publicam & anſam delinquendi præbet, §. *contractus. in verbis, excepto eo. ſup. hoc tit. &*
9 *l. ſi unus. §. pacta. ff. de pact.* Eodem † modo Ius ciuile vult, ut faciens teſtamentum, hęredem inſtituat, §. *ante hæredis. Inſtit. de legat.* ut 7. teſtes adhibeat,

qui

qui ſe ſubſcribant, ſigilla ſua apponant, & alia, de quibus *in §. ſed cum paulatim. Inſt. de teſtamentis*, dicitur, obſeruet. Hoc ius priuatorum pactis mutari vel tolli non poteſt: licet enim teſtator dicat adhibendo quinque teſtes; Volo teſtamentum valere, non obſtante iure publico, quod 7. teſtes requirit: tamen illa renunciatio Juris publici non valet, nec tollit ius illud, quod ſeptem teſtes requirit, *l. 13. C. de teſtamentis. & ibi* Salicet, *nu. 3. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.* Priuatorum † igitur pacta & conventiones 10
non poſſunt tollere vel mutare ius publicum, id eſt, ciuile, reſpiciens ſcilicet ius ciuile, formam & ſolennitatem contractuum & actuum in publico Jure introductam, vel utilitatem publicam, quæ ſuadet, delicta eſſe punienda, & turpitudinem fugiendam, *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.* vel denique ordinem Judiciorum, *gl. in c. de cauſis. extr. de off. delegati* in verbo, *conſenſu partium.* Si † autem nobis 11
hic quis obiicit *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & l. ſi quis in conſcribendo. C. de SS. Eccl.* quæ concedendo renunciationem ſui Juris & ſui fauoris tollunt & mutant Jus publicum, ei pro pleniore huius Legis declaratione & meliore intellectu reſpõdemus ex doctrina Bart. *in l. Ius publicum. ff. de pact. nu.* 1. hoc modo, Aut ius naturale aliquid ſtatuit, aut ius ciuile: Si † naturale aliquid diſponit, poteſt illud 12
pactis priuatorum nullo modo mutari vel tolli, *l. Ius agnationis. ff. de pact.* Si † autem ius ciuile aliquid 13
diſponit, tunc aut de certa aliqua forma & ſolennitate, in teſtamentis, contractibus, vel iudiciis obſervanda facit, vel de effectibus actuum & contractuum diſponit; Item de qualitatibus & accidentibus: ſi de forma & ſolennitate in teſtamentis,

contractibus & Iudiciis obſeruanda diſponit, dicitur quod pactis priuatorum tolli non poſſit, *l. teſtandi. C. de teſtamentis. l. nemo. ff. de leg.* 1. Si vero de effectibus actuum & contractuum, item de qualitatibus & accidentibus, tum ſi principaliter & directò reſpiciunt utilitatem publicam non poteſt ius mutari illud pactis priuatorum, *l. Iuris gentium. §. ſi paciſcar. & §. ſi unus. ff. de pact.* Si vero priuatorum utilitatem, & quidem eius tantum, qui paciſcitur, Jus concernit, poteſt illud pactis priuatorum tolli, quia quilibet ſuo iuri & fauori renunciare poteſt: ſecus ſi & aliorum commodum ſimul complecteretur Jus. Tunc enim in præiudicium tertii tale pactum contra ius non valeret, *l. ſi unus. §. pactus. ff. de pactis.* Idem eſt ſi ius aliquod in odium perſonæ alicuius introductum eſt. Nam & illud pactis priuatorum tolli nequit, ut eſt ius legis commiſſoriæ in pignoribus: Illud enim cum in creditorum odium ſit introductum, pactis debitoris & creditoris tolli non poteſt, *l. fin. C. de pact. pig.* Idem eſt & in exceptione Senatusconſulti Maced. quod in odium eorum, qui iis, qui in poteſtate parentum ſunt, mutuam pecuniam concedunt *l. tam. ff. ad*
14 *SCtum Maced.* Fallit † igitur Regula I. In qualitatibus & accidentibus contractuum. Illa enim per pacta priuatorum mutari poſſunt, vel ipſo iure, ſi nimirum in continenti, vel ab initio contractus fiunt, vel per pacti conuenti exceptionem, ſi nimirum ipſi contractui perfecto & abſoluto adiiciuntur, ut probatur hic in verbis, *quamuis obligationum*
15 *cauſæ pactione poſſunt immutari.* II. Fallit † in actionibus inchoatis, maximè ſi priuatorum reſpiciunt utilitatem. Illæ enim remitti poſſunt & tolli pactionibus,

Digitized by Google

nibus, ut probatur hic in verbis, *niſi tunc cum inchoa-*
tur actio, inter eos conuenit. § II. Fallit † in delictis cõ- 16
miſſis. De illis enim quis poteſt paciſci non autem
de perpetrandis & committendis. *l. Iuris gentium §.*
ſi paciſcar. ff. de pact. & l. [illegible] *C. de tranſact.* III. Fal- 17
lit † in ſtatuto, quia ſtatutum poteſt derogare iuri
publico, Decius *hic num.* 4.

SVMMARIA.

In L. Diuus Pius.

1 *Origo & conuenientia huius Regulæ.*

2 *Debitor conuentus non liberatur, ſi integrum debitum perſoluere nequit, ſed detrudi poteſt in carcerem, donec integrum debitum perſoluat, niſi omnibus bonis cedat: tunc enim effugit carceris cuſtodiam.*

Ibid. *Sunt tamen quædam perſonæ, quæ hoc habent priuilegii, ut non omne, quod habent ipſis auferatur, ſed aliquid eis relinquatur loco alimentorum, ne egeant, & fame pereant.*

3 *Donator, qui nullo iure cogente, ſed ex ſola liberalitate donat, ſi ex cauſa donationis, non in ſolidum, ſed in id, quod facere poteſt, condemnandus eſt.*

4 *Nemini liberalitas ſua debet eſſe damnoſa*

5 *Regula hæc procedit in donatione ſimplici & pura, non autẽ in donatione ob cauſã, maximè ſi commodũ donantis reſpiciat.*

6 *Procedit etiam in donatione propria: ſecus in donatione alterius.*

7 *Fallit Regula, ſi integrum vel totum id, quod donatum eſt, ſolutum eſt à donatore. Facilius enim retentio permittitur, quàm petitio.*

REGVLA XXVIII.

Diuus Pius reſcripſit, eos qui ex liberalitate ſua conueniuntur, in id quod facere poſſunt condemnandos.

De-

Summaria.

In L. Qui poteſt inuitus.

1 *Origo & convenientia huius Regulæ.*

2 *Omne id, quod fieri poteſt inuitis, reclamantibus, & repugnantibus quibusdam perſonis, rectè etiam ipſis inſciis, ignorantibus & aſtantibus peragitur.*

Ibid. Id quod quis facere poteſt, inuito aliquo & contradicente, illud etiam ignorante illo & abſente facere non prohibetur.

3 *Non debet expectari præſentia & ſcientia, quæ nihil operatur.*

4 *Non debet, cui plus licet, id quod minus eſt, non licere.*

Ibid. Tutor poteſt vendere ea, quæ non poſſunt ſeruando ſeruari, invito pupillo.

5 *Fallit hæc Regula in l. Duo ex tribus. ff. de re iudic.*

6 *Emphyteuta poteſt vendere bona ſua Emphyteutica, domino invito, dummodo prius ei denunciauerit, ſed domino ignorante non poteſt.*

7 *Filia emancipata poteſt patre inuito nubere alteri, quàm quem pater ei elegerat, ſed non eo ignorante & inſcio.*

8 *Iudicia redduntur in inuitum, ſed non in abſentem.*

Regula XXVI.

Qui poteſt inuitus alienare, multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt.

1 EX † lib. 30. Vlp. Iuriſconſulti deſumpta eſt Regula, & conveniuut cum ea, *l. nec non ignorante. & l. illud. ff. de tut. & curator. dat. ab his. & l. 4. §. 1. ff. de fideicommiſſ. liber. l. 1. & 2. C. debitorem vendit. pignoris. l. cum furioſus. ff. de Iudic. l. numerum. §. iudican-*
2 *di. ff. de muner. & honor.* Docet † autem breuiter, quod omne id, quod fieri poteſt inuitis, reclamantibus & repugnantibus quibusdam perſonis, rectè etiam

Digitized by Google

etiam ipſis inſciis, ignorantibus & aſtantibus peragatur, vel, quod quicquid fieri poteſt me invito, repugnante, & contradicente, rectè etiam me abſente & ignorante abſoluatur, vel, quod id, quod poſſum facere, inuito & contradicente, etiam te ignorante & abſente facere non prohibear. Ratio
† eſt, quia non debet expectari præſentia & ſcien- 3
tia, quæ nihil operatur, argumento *l. aliquando. §. fin. ff. ad Senatusc. Vell.* Fruſtra enim requiritur & expectatur præſentia & ſcientia eius, quo tamen contradicente & diſſentiente negotium geri & confici poteſt, *l. illud. 4. ff. de fideicom. liber.* I I. Quia
† non debet cui plus licet, id quod minus eſt non 4
licere, *l. non debet 21. ſupr. eod.* Plus autem eſt, alienare poſſe rem inuito Domino, quàm ignorante, inſcio & abſente Domino, ergo ſi plus licet, licere quoque debet quod minus eſt, ut tutor poteſt vendere ea, quæ non poſſunt ſervando ſeruari inuito pupillo; *l. fin. §. fin. C. de admin. tutor.* Ergo poteſt etiam ipſo ignorante & abſente vendere. Idem eſt in creditore: is n. inuito debitore alienare poteſt rem ſibi obligatam, *l. 1. & 2. C. debitorem vendit. pig.* ergo multo magis debitore ignorante & abſente alienare poteſt. Sic qui poteſt inuitus dari iudex, vel tutor, etiam dari poteſt ignorans & abſens, *l. cum*
furioſus. ff. de Iudic. Fallit † hæc Regula primum *in* 5
l. duo ex tribus. ff. de re iudic. Ratio eſt, quia forte ſi præſens fuiſſet tertius, reliquos traxiſſet in ſuam
ſententiam. I I. Fallit † in Emphyteuta, qui poteſt 6
vendere bona ſua Emphyteutica, Domino inuito, dummodo prius ei denunciauerit, ſed domino ignorante non poteſt, *l. fin. C. de Iure Emphyt.* I I I.
Fallit † in filia emancipata, quæ poteſt patre inui- 7

Digitized by Google

to nubere alii, quàm quem pater ei elegerat, ſed non cognoſcente & inſcio, *l. viduæ C. de nupt.* IV. Fal-
8 lit † in iudicialibus, quia iudicia redduntur in inuitum, ſed non in abſentem, teſte Decio *hic num. 4.* & in ſumma regula procedit, ſi eadem eſt ratio inuiti & abſentis: ſecus vbi eſt diuerſa ratio, vt ſi ſcientia & præſentia alicuius propter certas cauſas & rationes omnino exigitur & requiritur.

SVMMARIA.

In L. Nec ex prætorio.

1 *Origo & conuenientia regulæ huius.*

2 *Ius publicum per priuatorum pacta & conuentiones tolli vel mutari non poteſt.*

3 *Fraus iuri publico à nemine fieri debet.*

4 *Concedendum non eſt, vt contra legem vel legis interpretationem vlla fiat pactio & conuentio.*

5 *Nulla eſt priuati cum publico proportio.*

6 *Nihil contra ſalutem Reipublicæ admittendum eſt.*

7 *Pupillus ſine tutoris authoritate nullum contractum, in quo eſt mutua obligatio, celebrare poteſt, imo nec hereditatem, quamuis ei lucroſa videatur, adire.*

8 *Ius ciuile ſtatuit, dolum in depoſito eſſe præſtandum: item delicta eſſe punienda, vt communis ſocietas inter homines conſeruetur. Hoc ius tolli non poteſt.*

9 *Ius ciuile vult, vt faciens teſtamentum heredem inſtituat, [illegible] ptem teſtes adhibeat, qui ſe ſubſcribant, ſigilla apponant [illegible] alia. Hoc ius priuatorum pactis mutari vel tolli non pote[illegible]*

10 *Priuatorum pacta nõ poſſunt mutare vel tollere ius publicum*

11 *Obiectio contra regulam, & ad hanc Reſponſio.*

12 *Si ius naturale aliquid diſponit, poteſt tamen pactis priuatorum nullo modo mutari vel tolli.*

13 *Sed quid, ſi ius ciuile aliquid diſponit?*

14 *Qualitates & accidentia contractuum per pacta priuatorum mutari poſſunt.*

15 *Ab*

Digitized by Google

15 *Actiones inchoatæ; maximè ſi priuatorum reſpiciunt vtilitatem, remitti & tolli poſſunt pactionibus.*

16 *De delictis commiſſis poteſt quis paciſci, non autem de perpetrandis & committendis.*

17 *Statutum poteſt derogare iuri publico.*

Regula XXVII.

Nec ex prætorio, nec ex ſolenni iure priuatorum conuentione quicquam immutandum eſt: quamuis obligationum cauſæ, actione poſſunt immutari, & ipſo iure, & per pacti conuenti exceptionem, quia actionum modus, vel lege, vel per prætorem introductus priuatorum pactionibus non infirmatur: niſi tunc, cùm inchoatur actio, inter eos conuenit.

EX † libr. 16. Pomponii Iuriſconſulti deſumpta 1
eſt hæc regula, & conueniunt cum ea *l. neq; pignus §. priuatorum Inf. h. tit. l. Ius publicum §. ſi paciſcar l. Ius agnationis ff. de pact. l. teſtādi C. de teſtam. l. nemo poteſt ff. de leg. 1. c. ſi diligenti, extr. de foro compet.* Docet † au- 2
tem breuiter, quod ius publicum per priuatorum pacta & conuentiones tolli vel mutari non poſſit, vel quod priuatorum cōuentione Iuri publico derogari non poſſit, vel quod ea, quæ vel ſolenni, hoc eſt, ciuili, & in contractibus aliiſque actibus ſalubriter conſtituta ſunt, pactionib. & conuentionib. priuatorum hominum tolli non poſſint. Ratio † I. 3
eſt, quia fraus publico iuri à nēine fieri debet, *l. quod*

4 *de bonis.15. §. 1. ff. ad l. Falcid.* II. Quia † concedendum non eſt, ut contra legem vel legis interpretationem ulla fiat pactio & conventio, *l. contra.28. cum l. ſeq. ff. de LL.* III. Quia † nulla eſt priuati cum publico proportio, *argumento l. 1. ff. ſol. matr.* IV.
5
6 Quia † nihil contra ſalutem Reipublicæ admittendum eſt, ut ecce Iure ciuili conſtitutum eſt, quod
7 † pupillus ſine tutoris authoritate nullum contractum, in quo eſt mutua obligatio, celebrare poſſit: Imò nec hæreditatem, quamuis ei lucroſa videatur, adire, *§. 1. & §. neque. Inſtit. de author. tutor.* Hoc ius publicum ſeu ciuile per pactum pupilli & eorum, qui cum ipſo contrahunt, mutari vel tolli nequit: etiamſi enim paciſcantur, ut nihilominus contractus firmus & validus ſit, licet non interuenerit tutoris authoritas, tamen illa conventio nul-
8 la eſt, nullumque habet effectum & robur. Sic † Ius ciuile ſtatuit, dolum in depoſito eſſe præſtandum. *§. preterea. Inſtit. quibus mod. re contrah. oblig.* Item delicta eſſe punienda, ut communis ſocietas & tranquillitas inter homines conſervetur, *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.* Hoc ius priuatorum pactis, id eſt, deponentis & depoſitarii, item delinquentis, & eius, contra quem peccatur, mutari vel tolli non poteſt. Etiamſi enim paciſcantur, ne dolus inde præſtetur, vel actione iniuriarum, furti, vel Lege Cornelia de ſicariis, vel alia delinquens teneatur, tamen illud pactum nullum eſt, qua eſt contra utilitatem publicam & anſam delinquendi præbet, *§. contractus. in verbis, excepto eo. ſup. hoc tit. &*
9 *l. ſi unus. § pact.1. ff. de pact.* Eodem † modo Ius ciuile vult, ut faciens teſtamentum, heredem inſtituat, *§. Ante hæredis. Inſtit. de legat.* ut 7. teſtes adhibeat,

qui

qui ſe ſubſcribant, ſigilla ſua apponant, & alia, de quibus *in §. ſed cum paulatim. Inſt. de teſtamentis*, dicitur, obſeruet. Hoc ius priuatorum pactis mutari vel tolli non poteſt: licet enim teſtator dicat adhibendo quinque teſtes; Volo teſtamentum valere, non obſtante iure publico, quod 7. teſtes requirit: tamen illa renunciatio Juris publici non valet, nec tollit ius illud; quod ſeptem teſtes requirit, *l. 13. C. de teſtamentis. & ibi Salicet. nu. 3. l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.* Priuatorum † igitur pacta & conventiones 10
non poſſunt tollere vel mutare ius publicum, id eſt, ciuile, reſpiciens ſcilicet ius ciuile, formam & ſolennitatem contractuum & actuum in publico Jure introductam, vel utilitatem publicam, quæ ſuadet, delicta eſſe punienda, & turpitudinem fugiendam, *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.* vel denique ordinem Judiciorum, *gl. in c. de cauſis. extr. de off. delegati in verbo, conſenſu partium.* Si † autem nobis 11
hic quis obiicit *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. & l. ſi quis in conſcribendo. C. de SS. Eccl.* quæ concedendo renunciationem ſui Juris & ſui fauoris tollunt & mutant Jus publicum, ei pro pleniore huius Legis declaratione & meliore intellectu reſpõdemus ex doctrina Bart. *in l. Ius publicum. ff. de pact. nu. 1.* hoc modo, Aut ius naturale aliquid ſtatuit, aut ius ciuile: Si † naturale aliquid diſponit, poteſt illud 12
pactis priuatorum nullo modo mutari vel tolli, *l. Ius agnationis. ff. de pact.* Si † autem ius ciuile aliquid 13
diſponit, tunc aut de certa aliqua forma & ſolennitate, in teſtamentis, contractibus, vel iudiciis obſervanda facit, vel de effectibus actuum & contractuum diſponit; Item de qualitatibus & accidentibus: ſi de forma & ſolennitate in teſtamentis,

contractibus & Iudiciis obſeruanda diſponit, dicitur quod pactis priuatorum tolli non poſſit, *l. teſtandi. C. de teſtamentis. l. nemo. ff. de leg.* 1. Si verò de effectibus actuum & contractuum, item de qualitatibus & accidentibus, tum ſi principaliter & directò reſpiciunt utilitatem publicam non poteſt ius mutari illud pactis priuatorum, *l. Iuris gentium. §. ſi paciſcar. & §. ſi unus. ff. de pact.* Si vero priuatorum utilitatem, & quidem eius tantum, qui paciſcitur, Jus concernit, poteſt illud pactis priuatorum tolli, quia quilibet ſuo iuri & fauori renunciare poteſt: ſecus ſi & aliorum commodum ſimul complecteretur Jus. Tunc enim in præiudicium tertii tale pactum contra ius non valeret, *l. ſi unus. §. pactus. ff. de pactis.* Idem eſt ſi ius aliquod in odium perſonæ alicuius introductum eſt. Nam & illud pactis priuatorum tolli nequit, ut eſt ius legis commiſſoriæ in pignoribus: Illud enim cum in creditorum odium ſit introductum, pactis debitoris & creditoris tolli non poteſt, *l. fin. C. de pact. pig.* Idem eſt & in exceptione Senatusconſulti Maced. quod in odium eorum, qui iis, qui in poteſtate parentum ſunt, mutuam pecuniam concedunt *l. tam. ff. ad*
14 *SCtum Maced.* Fallit † igitur Regula I. In qualitatibus & accidentibus contractuum. Illa enim per pacta priuatorum mutari poſſunt, vel ipſo iure, ſi nimirum in continenti, vel ab initio contractus fiunt, vel per pacti conuenti exceptionem, ſi nimirum ipſi contractui perfecto & abſoluto adiiciuntur, ut probatur hic in verbis, *quamuis obligationum*
15 *cauſæ pactione poſſunt immutari.* II. Fallit † in actionibus inchoatis, maximè ſi priuatorum reſpiciunt utilitatem. Illæ enim remitti poſſunt & tolli pactionibus,

Digitized by Google

pibus, non probatur hic in verbis, niſi tunc cum inchoatur actio, inter eos conuenit. II. Fallit † in delictis cõ- 16
[illegible] illis. De illis enim quis poteſt paciſci non autem de perpetrandis & committendis, l. Iuris gentium §. ſi paciſcar. ff. de pact. & l. tranſigere. C. de tranſact. III. Fal- 17
lit † in ſtatuto, quia ſtatutum poteſt derogare iuri publico, Decius hic num. 4.

SVMMARIA.
In L. Diuus Pius.

1 *Origo & conuenientia huius Regulæ.*

2 *Debitor conuentus non liberatur, ſi integrum debitum perſoluere nequit, ſed detrudi poteſt in carcerem, donec integrum debitum perſoluat, nec omnibus bonis cedat: tunc enim effugit carceris cuſtodiam.*

Ibid. *Sunt tamen quædam perſonæ, quæ hoc habent priuilegii, vt non omne, quod habent ipſis auferatur, ſed aliquid eis relinquatur loco alimentorum, ne egeant, & fame pereant.*

3 *Donator, qui nullo iure cogente, ſed ex ſola liberalitate donat, ſi ex cauſa donationis, non in ſolidum, ſed in id, quod facere poteſt, condemnandus eſt.*

4 *Nemini liberalitas ſua debet eſſe damnoſa.*

5 *Regula hæc procedit in donatione ſimplici & pura, non autẽ in donatione ob cauſã, maximè ſi commodũ donantis reſpiciat.*

6 *Procedit etiam in donatione propter nuptias: ſecus in donatione alterius.*

7 *Fallit Regula, ſi integrum vel totum id, quod donatum eſt, ſolutum eſt à donatore. Facilius enim retentio permittitur, quàm petitio.*

REGVLA XXVIII.

Diuus Pius reſcripſit, eos qui ex liberalitate ſua conueniuntur, in id quod facere poſſunt condemnandos.

De-

1 DEſumpta † eſt hæc Regula ex lib. 36. Ulp. Juriſconſulti ad Sabin. & conueniunt cum ea *l. ſi extraneus. ff. de Iure dot. l. maritum ff. ſol. matrim. l. & exhæredat. l. ne liberalitate. l. inter eos. ff. de re iud. l. in condemnatione. infr. eod. §. ſunt præterea Inſtit. de action.*
2 Docet † autem breuiter, quod, etſi regulariter debitor conventus non liberetur, ſi integrum debitum perſoluere nequit, ſed detrudi poſſit in carcerem, donec ſolidum perſoluat, niſi omnibus bonis cedat, tum enim effugit carceris cuſtodiam, *l. 1. & 2.* *C. qui bon. ced. poſ.* vel Jure Saxonico loco debiti à Judice in manus creditoris tradi, ut non modo operas & ſervitia creditori præſtet, ſed etiam compedibus & vinculis includatur, *per tex.* Lan. R. *lib. 3. art. 39. & tex* Weichb. *art. 27. circa finem.* amen eſſe perſonas quasdam, quæ hoc habeant priuilegii, ſibi à Jure indulti, ut non omne, quod habent, ab ipſis auferatur, ſed aliquid eis relinquatur loco alimentorum, ne egeant & fame pereant, ut ſunt, pater, patronus, maritus, ſocii & alii, quæ omnes *in §. ſunt præterea. & ſeqq. Inſtit. de act.* enumerantur. Item donator, de quo in hac Reg. Juriſconſultus loquitur.
3 Donator † enim qui nullo iure cogente, ſed ex ſola animi liberalitate & benignitate donat, ſi ex cauſa donationis, non in ſolidum, ſed in id, quod facere poteſt, condemnandus eſt: id quod Paulus Juriſconſultus *in l. inter eos. ff. de re iud.* declarat, *& in l. & exhæredatum. in fine ff. de re iudic.* h. e. deducendum eſt prius æs alienum de bonis donatoris, deinde ipſi donatori relinquendum aliquid loco alimentorum, deductis his, quod ſupereſt, donatarius habebit, *d. l. inter*
4 *eos. ff. de re iud.* Ratio † autem eſt, ne ipſi ſua liberalitas

litas ſit damnoſa, vel ne ſua liberalitate inops fieri periclitetur, *l. ne liberalitate. ff. de re iud.* Veluti, ſi quis tibi donat 500. florenos, eos tamen non ſtatim tradit, ſi poſtea tu agis ad 500. & ille tradendo eoſdem egere & ad inopiam vergere incipit, adeo quidem ut ne alimenta amplius ſuperſint, quæritur an totum illud, h. e. 500. tibi perſoluere teneatur? & reſpondetur per Regulam noſtram, quod non: hoc enim priuilegium competit donatori, qui promiſit ſe donaturum, vel donauit, nondum tamen tradidit, ut non teneatur conventus niſi in quantum facere poteſt, ne liberalitas ſua ſit illi damnoſa, ut probatur *in l. ne liberalitate. ff. de re iud.* Procedit † autem hæc Regula in donatione ſimplici & pura, non autem in donatione ob cauſam, maximè ſi commodum donantis reſpiciat. In ea enim ceſſat hoc priuilegium, quia propriè non eſt donatio vel liberalitas, ſed remuneratio, ſecus ſi commodum ipſius accipientis concerneret, *gl. in l. 1. ff. de donat.* II. Procedit † in donatione propria, ſecus in donatione alterius: ut ſi hæres ex donatione defuncti conuenitur, tunc enim non habet hoc priuilegium, *l. etiam. ff. ſol. matr.* III. Fallit, † ſi integrum vel totum id, quod donatum eſt, ſolutum eſt à donatore. Tunc enim in repetendo non habet hoc priuilegium, quia facilius retentio permittitur, quàm petitio, Dec. *hic nu.* 5. quem de reliquis fallentiis quoque videre poteſtis.

(Margin numbers: 5 at "Procedit † autem"; 6 at "II. Procedit †"; 7 at "III. Fallit, †")

SUMMARIA.

In L. Quod initio.

1 *Lex hac unde deſumpta ſit, & quanã alia cum illa conveniãt.*

2 *Illa obligationes, actus & contractus, qui ab initio non valent, forte propter omiſſas ſolennitates, vel ſubſtantialia, vel alia qua-*

quædam, non confirmantur aut integrantur ſolius temporis lapſu.

3 Tempus ſicut non eſt modus tollendæ vel inducendæ obligationis; ita nec ius conſtitui, vel induci ſolo tempore poteſt, ſed perſonis opus, quæ factis, conſenſu & voluntate animam vitamq; inſtillet actui & contractui, unde ius exuſcitetur.

4 Si duo, minores ſeptem annis, contraxiſſent Sponſalia, quæ ab initio non valent, quia talis ætas ſponſalia contrahere nequit, quæritur, an ſolo temporis lapſu confirmentur? Reſpond. quod non.

5 Inſtitutio hæredis, quæ ab initio inutilis eſt propter perſonam teſtantis, quia forte erat impubes, non conualeſcit licet poſtea fiat pubes, vel in pubertate moriatur.

6 Idem eſt, ſi teſtator fuiſſet prodigus vel furioſus. Nam neq; iſtud teſtamentum temporis lapſu conualeſcit.

7 Teſtamentum non valet, ſi hæres inhabilis inſtitutus eſt, licet ille poſtea factus ſit habilis & capax.

8 Actus aliquis ab initio tribus modis vitioſus eſſe cenſetur. Primò, reſpectu perſonarum, quæ ab initio ad actum, vel rem gerendam ſunt inhabiles.

9 Secundò Actus dicitur vitioſus, ſi ſolennitates & formæ, iniure expreſſæ, in actu omittuntur.

Ibid. Si in actu aliquo pupilli tutoris authoritas vel omninò non interuenit, aut non ab initio, ſed ex poſtfacto, non valet contractus, ſed vitioſus eſt propter omiſſionem ſolennitatis in contractu modo ſeruandæ.

10 Tertio Actus vitioſus eſt reſpectu rei ſeu materiæ in actum vel contractum deductæ.

11 Fallit Regula, ſi alia adminicula cum tempore concurrunt: tunc enim id, quod ab initio fuit vitioſum, confirmatur non tam ipſo temporis lapſu & tractu, quàm reliquis adminiculis.

12 Quod tamen non ſine diſtinctione procedit.

13 Sicut ea, quæ ab initio non valent, tractu temporis non confirmantur: ita quæ firma ſunt ab initio, tractu temporis non infirmantur.

Ibid. Matrimonium ſi ab initio eſt firmum & validum ratione perſonarum & ſolennitatum, non infirmatur tractu temporis, licet talia ſuperueniant, quæ matrimonium contrahendum impedire potuerint.

REGV-

Regula XXIX.

Quod initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere.

DEſumpta † eſt hæc lex ex lib. 8. Pauli Juriſconſulti ad Sabin. & conueniunt cum ea *l. omnia.* 1
201. *l. quæ ab initio.* 210. *Infr. eod. l. quia quolibet. ff. de contrah. empt. l. 5. de author. tutor. c. non firmatur. de R. I. in 6.*
Et † docet quod iſtæ obligationes, actus & contra- 2
ctus, qui ab initio non valent, forte propter omiſſas ſolennitates, vel ſubſtantialia, vel alia quædam, non confirmentur, corroborentur & integrentur ſolius temporis lapſu. Ratio eſt, quia † ſicut tem- 3
pus non eſt modus tollendæ vel inducendæ obligationis, *l. obligationum fere. §. placet ff. de act. & obl.* Ita nec Jus conſtitui vel induci ſolo tempore poteſt, ſed perſona opus, quæ factis, conſenſu & voluntate animam vitamq; inſtillet actui & contractui, vnde ius exuſcitetur, *l. in omnibus rebus ff. eod.* Ut: † duo 4
minores ſeptem annis contraxerunt ſponſalia, quæ ab initio non valent, quia talis ætas ſponſalia contrahere nequit, *l. in ſponſalibus. ff. de ſponſal.* Quæritur, an ſolo temporis lapſu confirmentur hæc ſponſalia, adeo ut ſi ad pubertatem perueniant, ſponſalia inter eos contracta videantur, quæ cauſa eſſe poſſunt matrimonii veri, ſine novo conſenſu & noua voluntate contrahentium? Et reſpondetur quod non, ex h. R. & *c. non firmatur. extr. eod. in 6.* Sic † inſtitutio hæredis, quæ ab initio 5
inutilis eſt, propter perſonam teſtantis, quia forte erat impubes, dum faceret teſtamentum nec

habebat

Digitized by Google

habebat ius faciendi teſtamentum, non conualeſcit, licet poſtea fiat pubes, vel in pubertate moriatur, adeò ut hæres inſtitutus hæreditatem adire
6 non poſſit. Idem † eſt, ſi erat ſeruus vel furioſus teſtator, quamuis poſtea ſui iuris, vel compos animi, vel mentis factus ſit, *l. ſi filius. ff. de teſtamentis* §. *præterea. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.*
7 Sic † non valet teſtamentum, ſi hæres inhabilis inſtitutus eſt, licet poſtea ille ſit factus habilis & capax, *l. pen. ff. de Teſtamentis.* Quia ſicut tempus non eſt modus inducendæ vel tollendæ obligationis, ita nec confirmandæ, aut, quæ initio vitioſa fuit,
8 integrandæ. Cenſetur † autem actus aliquis ab initio vitioſus tribus modis. I. Reſpectu perſonarum, quæ ab initio ad actum vel rem gerendam ſunt inhabiles, ut ſi impubes vel furioſus matrimonium contrahit, vel teſtamentum facit: Eiusmodi enim actus non valent ſtatim, & ipſo tempore quo fiunt, propter inhabilitatem perſonæ. II. Di-
9 citur † actus vitioſus, ſi ſolennitates, & formæ, in iure expreſſæ, in actu omittuntur, Ut: Jure Romano introductum eſt, ne pupillus ſine tutoris authoritate obligetur, ut probatur *in princ. Inſtit. de auth. tut.* Si igitur tutoris authoritas vel omnino non interuenit, aut non ab initio, ſed ex poſtfacto, non valet contractus, ſed vitioſus eſt, propter omiſſionem ſolennitatis in contractu hoc ſeruandæ, § *tutor aut. Inſtit. de authorit. tutor. & l. obligati.*
10 §. *tutor. ff. eod.* III. Vitioſus † eſt actus reſpectu rei ſeu materiæ, in actum vel contractum deductæ, ut, ſi venditur legatum, vel promittitur res, quæ in obligationem cadere non poteſt, hoc eſt, quæ vendi, legari vel obligari nequit, ut ſunt res ſacræ, ſan-

ctæ,

Digitized by Google

ctæ, religioſæ, publicæ, §. *nullius. Inſtit. de rer. diuiſ.* & ſimiles. Hoc enim venditum legatum vel promiſſum ſtatim ab initio non valet, & ob id tractu temporis confirmari nequit, §. 1. *Inſtit. de inutil. ſtip.* §. *ult. Inſtit. de empt. & vend.* Fallit † hæc Regula ſi 11
alia adminicula cum tempore concurrunt: tunc enim id, quod ab initio fuit vitioſum, confirmatur, non tam ipſo temporis lapſu & tractu, quam reliquis adminiculis. Et ſic intelligenda ſunt omnia iura, quæ videntur huic Regulæ noſtræ contraria. Quamuis † nec hoc ſine diſtinctione pro- 12
cedat, quam videre poteſtis apud Dyn. *in c. non firmatur. ext. eod. in 6. num. 11. cum ſeqq.* Porro † & 13
illud ſciendum eſt, quod ſicut ea, quæ ab initio non valent, tractu temporis non confirmantur: Ita quæ firma ſunt ab initio, tractu temporis non infirmantur, Ut furor, qui impedit matrimonium ab initio ſuperueniens, non infirmat matrimonium. Nam ſi matrimonium ab initio eſt firmum & validum ratione perſonarum & ſolennitatum, non infirmatur tractu temporis, licet talia ſuperveniant, quæ matrimonium contrahendum impedire potuerint, *l. furor. ff. de ſponſal.* Idem & in teſtamento verum eſt, ut probatur *in §. præterea. Inſtitut. quibus non eſt permiſſ. facere teſtamentum.*

SUMMARIA.

In L. Nuptias non concubitus.

1 *Legis huius origo & convenientia.*

2 *Solus conſenſus, ſola animi deſtinatio fœminæ & maſculi, & eorum, in quorum ſunt poteſtate, matrimonium facit, non autem coitus.*

3 *Etſi concubitus perficit matrimonium, tamen conſenſui id principaliter tribuitur, ut conſtituat matrimonium.*

4 *Concubitus ſæpe eſt ſine matrimonio, ſed matrimonium ſine conſenſu conſiſtere nequit.*

5 *Si alicui legatum relictum eſt ſub hac conditione, ſi nuptias contrahat, ſtatim contracto matrimonio, ſolo conſenſu, conditio impleta videtur, & legatum relictum debetur, etſi carnalis copula non acceſſerit.*

6 *Matrimonium in articulo mortis contractum validum eſt, & firmum, licet concubitus non accedat.*

7 *Furioſus matrimonium contrahere non poteſt, quia nullum habet conſenſum.*

8 *Sponſus pro marito, & ſponſa appellatione uxoris venit, licet nondum interceſſerit carnalis copula. Limitatur tamen.*

9 *Matrimonium non tantum partium contrahentium, ſed & parentum, & eorum, in quorum illi poteſtate ſunt, conſenſu contrahendum.*

10 *Matrimonium ſine parentum conſenſu contractum, an ſit validum, an verò diſſenſu parentum reſcindi poſſit, & an filius vel filia, ſine parentum conſenſu nubens, exhæredari poſſit.*

11 *Fallit Regula in ſponſalibus de futuro. Ad illa enim ſi acceſſerit copula carnalis, inducit nuptias.*

12 *Fallit itèm Iure ciuili in eo, qui conſuetudinem habet cum muliere, ſiquidem ex ea præſumitur matrimonium.*

REGVLA XXX.

Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.

1 VLpiani † Iuriſconſulti eſt hæc Regula ex lib. eius 36. ad Sabin. decerpta & conveniunt cum ea *l. cum fuerit. ff. de condit. & demonſtr. §. nuptias itaq; Authen. de nupt. coll. 4. l. fin. C. de Republ. l. 2. 4. & 12. ff. de ſponſal. l. cũ hic ſtatus. §. ſi mulier. ff. de donat. inter vir. &*
2 *ux. c. cum locum ext. de ſponſal. c. ſufficiat. 27. q. 2.* Docet † autem

autem breuiter, quod ſolus conſenſus, ſola animi deſtinatio fœminæ & maſculi, & eorum, in quorũ ſunt poteſtate, Item pactio coniugalis matrimoniũ faciat, non autem coitus & defloratio virginis, multo minus tabulæ nuptiales, h. e. quod ſine conſenſu matrimonium non contrahatur, licet adſit carnalis copula, teſte Vlp. *in l. cum hic. § ſi mulier. ff. de donat. inter vir. & ux. dicente.* Non coitus matrimonium facit, ſed maritalis affectio, *c. ſic quippe, 27. q. 2.* Ubi dicitur, Non defloratio virginis, ſed pactio coniugalis facit matrimonium Ratio † eſt quia etſi concubitus perficit matrimonium tamen conſenſui id principaliter tribuitur, ut conſtituat matrimonium, ſiquidẽ ſine conſenſu non poteſt eſſe matrimonium, ſine concubitu autem utique. II. Quia † concubitus ſæpe eſt ſine matrimonio, ſed matrimonium ſine cõſenſu conſiſtere nequit. Dominatur igitur merito conſenſus in matrimonio, ut hinc apparet inter Mariam virginem & Joſephum fuiſſe matrimoniũ, licet nunquam eam, prout Matth. 1 cap. loquitur, carnaliter cognouerit Joſeph. Hinc † quoq; eſt, ſi alicui legatum relictũ eſt ſub hac conditione, ſi nuptias contrahet, ſtatim contracto matrimonio, ſolo conſenſu, conditio impleta videatur, & legatum relictum debeatur, etiamſi carnalis copula non acceſſerit, *l. cum fuerit. ff. de condit. & demonſt.* Hinc † etiam eſt, quod matrimonium in articulo mortis contractum validum ſit & firmum, licet cõcubitus non accedat, teſte Schurffio *conſ. 1. nu. 16. Cent. 1.* & Bald. *in l. cum quam. C. de fideicom. nu. 27.* Ex † eodem fonte fluit, quod furioſus matrimoniũ cõtrahere nó poſſit, quia conſentire nõ poteſt, ſeu cõſenſum nullũ habet, qui conſtituit matrimoniũ, *l.*

3 (beside "matrimonium Ratio †"), 4 (beside "concubitus ſæ-"), 5 (beside "Hinc † quoq;"), 6 (beside "Hinc † etiam"), 7 (beside "Ex †")

8 *furor.ff.de ſponſ.&l.fur.inf.h.t.* It. † ſequitur inde quod ſponſus pro marito, & ſponſa appellatione uxoris veniat, licet nondum acceſſerit carnalis copula. Quod tamen quouſque procedat & verum ſit, docet Schneid. *in §.fuerat. Inſtit. de act. nu.* 108. *cum ſeqq.* & idem *in tract. ſucceſſionum, ſub tit. de ſucceſſ. inter vir. & vxor. num.* 18. *cum ſeqq.* VVeſemb. *in paratit. de ad-*
9 *ult. num.* 7. Schurff. *conſ.* 9. *Cent.* 3. Cum † autem de conſenſu dicatur, quod is faciat nuptias, & non concubitus ſtatim, quæritur, de quorum conſenſu hoc intelligendum ſit: vtrum de contrahentium ſaltem, an verò de parentum quoque? Et ſanè docetur *in princ. Inſt. de nupt. & in l.2.ff. de ritu nupt.* quod non tantum contrahentium, vt CC. volunt *in c. ſufficiat, 27. quæſt.2.* ſed & eorum, in quorum poteſtate contrahentes ſunt, hoc eſt, parentum conſenſus requiratur: Id quod & conſiſtoria noſtra ſequun-
10 tur, ſicut in titulo de Nuptiis dictum eſt. An † autem matrimonium ſine parentum conſenſu contractum ſit validum, an vero diſſenſu parentum reſcindi poſſit, & an filius vel filia ſine parentum conſenſu matrimonium contrahens exheredari poſſit? docet hic Decius *num.* 8. & 10. *cum ſeqq.* VVeſemb. *in paratit. de ritu nupt. num.* 8. *Verſ. de parentum diſſenſu.* & idem VVeſemb. *in paratit. de lib. & poſthum. hæred.*
11 *inſtit. num.* 4. *Verſ. Illud ſanè ſæpe quæſitum.* Fallit † Regula primum in ſponſalibus de futuro. Ad illa enim ſi acceſſerit copula carnalis, inducit ea nu-
12 ptias, *c. veniens. extr. de ſponſal.* Secundo † fallit Iure Ciuili in eo, qui conſuetudinem habet cum muliere, ſiquidem ex ea præſumitur matrimonium, cum tamen ſecundum Ius Canonicum ſcortatio potius ſit & haberi debeat, teſte Decio *hic num.* 3.

SVMMA-

Digitized by Google

SUMMARIA.

In L. Verum eſt.

1 *Vnde Regula hæc deſumpta ſit, & quænam Leges cum illa conueniant.*

2 *Ea, quæ facta ſunt, mutari vel tolli non poſſunt pactionibus vel ſtipulationibus contrahentium.*

Ibid. *Factum infectum fieri nequit.*

Ibid. *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*

3 *Caſus: Vendidit mihi aliquis equum, & pactione vel conuentione mihi promiſit, eum furem vel fugitiuum non eſſe. Quæritur, quid operetur promiſſio per pactum & conuentionem facta.*

4 *Caſus alius: Vendo tibi equum, quem dico eſſe ſanum, cum ſit morboſus, quod tu tamen ignoras: poſtquam autem cognouiſti, eum eſſe morboſum, vis contra me agere ex ſtipulatione ad hoc, vt efficiam equum morboſum non eſſe. Quæritur, an poſſis, & an ea vis ſit pacti & conuentionis.*

5 *Pactum & conuentio efficere non poteſt, vt ea, quæ non ſunt, exiſtant: nec datur ex tali pacto vtilis actio ad hoc, vt factum immutetur, cum ſit impoſſibile, ſed ad intereſſe ſaltem.*

6 *Tanta vis pacti non eſt, vt rem, quæ ſacra eſt, non ſacram efficias: ſed tamen ad intereſſe mihi teneris.*

7 *Iuris fictione quæ ſunt facta, pro infectis habentur.*

8 *Iure poſtliminij fingitur is, qui reuerſus eſt ab hoſtibus, ſemper fuiſſe domi in ciuitate, cum tamen in veritate non ſemper fuerit domi.*

9 *Lege Cornelia fingitur is, qui deceſſit apud hoſtes, non fuiſſe apud hoſtes, ſed ſtatim eo ipſo momento, quo captus eſt, deceſſiſſe.*

REGULA XXXI.

Verum eſt, neque pacta, neque ſtipulationes factum poſſe tollere: quod enim

impoſſibile eſt, neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, ut utilem actionē, aut factum efficere poſſit.

1 DEſumpta † eſt hæc l. ex lib. 43. Ulp. Juriſconſulti ad Sabin. & conveniunt cum ea *l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtl. reu. l. ſi ita quis. ff. de euict. l. 1. §. ſi vir. ff. de acquir. poſſ. §. 1. verſ. quæ igitur. Authen. de æqual. dot. coll. 7. l. impoſſibilium. inf. eod. c. nemo poteſt. ext.*
2 *eod. in 6.* Docet † autem breuiter, quod ea, quæ facta ſunt, mutari vel tolli non poſſunt pactionibus vel ſtipulationibus contrahentium, ſeu quod priuatorum pactis & conuentionibus effici non poſſit, ut aliquid ſit, quod non eſt, vel aliquid non ſit, quod modò exiſtit, & ut maximè tale pactum adiicitur, inutile tamen ſit & cenſeatur, nec ex eo de-
3 tur actio Ratio † I. eſt, quia factum infectum fieri nequit, *l. in bello. §. factæ. de capt. & poſt.* I I. Quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l. impoſſibilium, infr. hoc tit. & d. c. nemo poteſt. de* R. I. *in* 6. Ut † vendidiſti mihi ſeruum, & pacto vel conuentione mihi promiſiſti eum furem vel fugitiuum non eſſe, quem tamen poſtea furem & fugitivum cognoui, quæritur, quid operetur promiſſio per pactum & conuentionem facta, an ut tenearis efficere, quod ſeruus non ſit fur vel fugitiuus, & an ad hoc mihi detur utilis actio ex ſtipulatione? Reſpondetur, quod non. id enim non efficit ſtipulatio & conuentio, ſiquidem non poteſt: Impoſſibile enim eſt, ut factum non ſit factum, Fur non ſit fur. Quare etiam nulla mihi ex illa conventione contra te competit actio, per quam petere poſſim, ut efficias, ſer-

vum furem non eſſe, nec ad hoc vigore pacti teneris, cum ſit impoſſibile; Impoſſibilium autem nulla ſit obligatio, *c. nemo. de R. I. in 6.* Sed datur mihi ex illa conventione & ſtipulatione actio ad intereſſe, hoc eſt, ut præſtes mihi id, quod intereſt, ſervum furem non eſſe. Sic † ſi vendo tibi equum, 4
quem dico eſſe ſanum, cum ſit morboſus, quod tu tamen ignoras, poſtquam autem cognouiſti, eum eſſe morboſum, vis contra me agere ex ſtipulatione ad hoc, ut efficiam equum morboſum non eſſe: Quæritur, an poſſis, & an ea ſit vis pacti & ſtipulationis: & Reſpondetur, quod non: Quia factum infectum fieri nequit, & quia impoſſibilium nulla eſt obligatio. Rectè autem agere potes ad id quod tua intereſt, equum morboſum non eſſe, *l. ſi ita quis. ff. de euict. l. ſciendum. & l. quod ſi ff. de ædil. edict.* Idem † dicendum eſt, ſi talia deducuntur 5
in ſtipulationem ſeu pactum, quod natura fieri non concedit, vel quod LL. fieri aut dari prohibent. Nam nec tunc pactum & conventio efficere poteſt, ut ea, quæ non ſunt, exiſtant, nec datur ex tali pacto utilis actio ad hoc, ut factum immutetur, cum ſit impoſſibile, ſed ad intereſſe ſaltem. Ut, ſtipulor † à te vineam, tu autem mihi promit- 6
tis vineam, ad bona Eccleſiaſtica pertinentem, quod ego ignoro, quæritur, an tenearis mihi ex illa ſtipulatione ad præſtationem vineæ, vel ut efficias, vineam non eſſe rem ſacram? Et reſpondetur quod non; quia illud fieri nequit, cũ ſit contra LL. Non igitur eſt tanta vis pacti, ut rem, quæ ſacra eſt, non ſacram efficias, ſed bene ad intereſſe mihi teneris ex dicto pacto, *l. multum intereſt. ff. de V. O.* Fallit † Regula in fictionibus Juris. Nam iuris fictio- 7

 ne

ne facta pro infectis habentur, ut in L. Cornelia, in
8 Jure poſtliminii, & ſimilibus ſit. In † Jure n. poſtliminii
fingitur is, qui reverſus eſt ab hoſtibus, ſemper
fuiſſe domi in ciuitate, cùm tamen in veritate
non fuerit ſemper domi, ut probatur *in §. ſi ab hoſti-*
9 *bus. Inſtit. quibus modis Ius patr. poteſt. ſolu.* Sic † L.
Cornelia fingitur is, qui deceſſit apud hoſtes, non
fuiſſe apud hoſtes, ſed ſtatim eo ipſo temporis momento,
quo captus eſt, deceſſiſſe, §. *fin. Inſt. quibus
non eſt permiſſ. facere teſtamentum.* Et ſic de cæteris
Juris fictionibus ſentiendum.

SVMMARIA.

In L. Quod attinet ad ius.

1 *Regula hæc unde deſumpta ſit, & quas ſibi Leges habeat concordantes.*
2 *De Iure ciuili ſerui nullum actum vel contractum celebrare poſſunt, qui per liberas perſonas peragi debet, ut, Reipublicæ cauſa abeſſe, uſucapere rem alienam, pro alio procurare vel in iudicio eſſe, civiliter obligare alios, vel aliis obligari.*
3 *In illis enim ſerui naturaliter & civiliter obligantur.*
4 *De iure verò naturali, cum à cæteris hominibus eo nihil dicantur differre, efficaciter contrahere poſſunt atq; obligari.*

REGULA XXXII.

Quod attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur: non tamen & iure naturali: Quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt.

1 REgula † hæc, quæ deſumpta eſt ex lib. 43. Ulp.
Juriſconſulti, concordantes habet tex. *in l. cum*
ſeruis

ſeruis. in l. in omnibus. & l. fin. Inf. eod. & in l. in perſonam. Sup. eod. Differentiam Juris ciuilis & naturalis, quo ad ſeruos, nobis monſtrat & oſtendit, dum inquit, *Quod ius ciuile attinet, ſerui pro nullis habentur*, non tamen Jure naturali. Eo enim iure cæteris hominibus pares & ſimiles iudicantur. Ex † qua 2 doctrina ſequitur, quod de iure ciuili ſerui nullum actum vel contractum celebrare poſſint, qui per liberas perſonas peragi debet, *l. in omnibus officiis Inf. eod.* Ut Reip. cauſa abeſſe, *l. fin. Infr. eod.* Uſucapere rem alienam, ut probatur *in princ. Inſtit. de uſucap.* pro alio procurare, vel in iudicio eſſe, *l. ſeruus eſt. cum l. ſeq. C. de Iudic.* Item ciuiliter obligare alios, vel aliis obligari, *l. obligari. ff. de act. & obl.* exceptis delictis. In † illis enim ſerui naturaliter & ciuiliter 3 obligantur, *l. ſerui ex delictis. ff. de act. & obl.* De † 4 Jure verò naturali, cum à cæteris hominibus eo nihil dicantur differre, ut probatur *hic, & in §. Ius autem. Inſtit. de Iure naturali &c. & §. 1. Inſtit. de libertinis.* efficaciter contrahere poſſunt atque obligari, *l. naturaliter. ff. de condict. indeb.* Verum de hac materia ſupra *l. in perſonam. 22.* dictum eſt: hic amplius nihil adiicio, ſed eò vos remitto.

SUMMARIA.

In L. In eo quod velis.

1 *Vnde deſumpta ſit hac Regula, & quos concordantes habeat textus.*

2 *In controuerſiis, rixis & litibus melior cauſa eſt poſſeſſoris, quàm petitoris, maxime ſi pariter lucrum quærit, vel aliquid lucri facere intendit.*

3 *Petitor ſemper cogitur probare firmiſſimis argumentis & rationibus*

Digitized by Google

nibus ſuam intentionem, id quod eſt difficile. Sæpe enim fit, vt is, qui bonam fouet cauſam, nihilominus ſuccumbat, cum non ius, ſed probatio ei deficit.

4 *Petitor hic vocatur, qui aſſerit, & ex ſua aſſertione ad lucrum & cauſæ victoriam contendit, ſiue reus ſit, ſiue actor.*

5 *Reus in excipiendo actoris partes ſuſtinet.*

6 *Reus, niſi probet ſuam exceptionem, nihil ei proderit, eritq; eo nomine conditio eius durior, deterior & difficilior.*

7 *Exemplum: Titius vendicat & petit fundum, vel aliam rem, quam ego poſſideo. Aſſerit autem ſe emiſſe, vel ſibi ex hæreditate obueniſſe: hoc in caſu quoniam Titius eſt petitor, durior eius conditio eſſe dicitur.*

8 *Aliud Exemplum ſimile.*

9 *In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet.*

Ibid. *Cum de lucro duorum quæritur, melior eſt cauſa poſſidentis.*

Cum partium iura ſunt obſcura, reo fauendum eſt potius quàm actori.

11 *Precedit hæc Regula in ciuilibus Iudiciis.*

12 *In delictis ſeu criminalibus potior eſt cauſa poſſidentis.*

13 *Qua quidem in re non eum tantum poſſidere dicimus, qui rem aliquam tenet, ſed & illum, qui ex quacunq; cauſa ſe defendit.*

Ibid. *In delictis defenſor dicitur poſſeſſor, quia eſt iuris & libertatis ſuæ quodammodo poſſeſſor.*

14 *Quænam poſſeſſoris ſint commoda.*

15 *Varia huius Regulæ lectio.*

Regula XXXIII.

In eo, quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lucri potiturus eſt, durior cauſa eſt petitoris.

1 Ex † lib. 22. Pomponii Iuriſconſulti ad Sabin. deſumpta eſt hæc Reg. & conueniunt cum ea *l. fauorabiliores.* 125. *l. in pari.* 128. *l. cum par.* 154. *l. non debet.* 41. *l. nemo prædo.* 126. §. *cum de lucro. inf. hoc tit.*

tit. c. non debet actori. de R. I. in 6. §. commodum. Inſtit. de Interd. Docet † autem breuiter, quod in controuer- 2
ſiis, rixis, & litibus melior cauſa ſit poſſeſſoris, quàm petitoris, maximè ſi petitor lucrum quærit, vel aliquid lucrifacere intendit. Ratio eſt, quia † 3
petitor ſemper cogitur probare firmiſſimis argumentis & rationibus ſuam inten ionem, id quod eſt difficile: ſæpe enim fit ut is, qui bonam fouet cauſam, nihilominus ſuccumbat, cùm non ius ſed probatio ei deficit, *l. duo ſunt. ff. de teſt. tutel.* Petitorem † autem hic vocamus eum, qui aſſerit, & ex ſua 4
aſſertione ad lucrum & cauſæ victoriam contendit, ſiue ſit reus, ſiue actor. Notum † enim eſt, 5
quod reus in excipiendo partes actoris ſuſtineat, *l. in exceptionibus. ff. de probat.* Et † ideo, niſi pro- 6
bet ſuam exceptionem, nihil ei proderit, eritque eo nomine conditio eius durior, deterior & difficilior: Verbi gratia, Titius † vendicat & petit 7
fundum, vel aliam rem, quam ego poſſideo. Aſſerit autem ſe emiſſe, vel ſibi ex hæreditate obueniſſe; hoc in caſu, quoniam Titius eſt petitor, & ad lucrum ſed cauſæ victoriam contendit, durior & difficilior eius conditio eſſe dicitur, quàm mea, qui ſum poſſeſſor, quia cogitur Titius firmis rationibus docere fundamentum ſuæ intentionis, quod niſi fecerit, nihil conſequitur, ſed contra eum pronunciabitur, & pro me reo iudicatur, *l. fin. C. de rei vend. & l. fin. ff. de publ. in rem act.* Idem † 8
eſt, ſi ego poſſeſſor excipio contra Titium, dicendo mihi fundum litigioſum aliquando à Titio donatum eſſe, vel me eum præſcripſiſſe: Hoc enim in caſu, quia ad lucrum & cauſæ victoriam contendo, durior & difficilior eſt mea conditio, tan-

tanquam petitoris: (Reus enim in excipiendo aſ-
ſumit partes actoris, *l. in exceptionibus. ff. de probat.*)
propter probandi neceſſitatem & difficultatem.
Nam niſi probauero meam exceptionem & aſſer-
tionem, quod videlicet donatus mihi ſit fundus,
vel quod eum præſcripſerim, condemnor Titio
9 fundũ reſtituere. Et † hoc eſt, quod alibi dicitur: In
pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet, *l. in pari*
cauſa Infr. eod. & cum de lucro duorum quæritur,
melior eſt cauſa poſſidentis, *l. nemo prædo eſt. §. cum*
de lucro, Inf. hoc tit. & cum partium Jura ſunt obſcu-
ra, reo fauendum potius eſt quàm actori, *c. cum ſunt*
10 *partium. de R. I. in 6.* Et † hinc infertur, quod ſemper
eius conditio potior ſit, qui certat de damno vi-
tando, quàm eius, qui de lucro captando certat.
11 Procedit † hæc Regula I. in ciuilibus Judiciis, ut
12 ex præcedentibus apparet. II. In † delictis ſeu cri-
minalibus. Nam & in illis potior eſt cauſa poſſi-
dentis, ut teſtatur Vlp. *in l. cum per delictum. Infr. eo-*
13 *dem & c. in pari. ext. eod. in 6.* Qua † quidem in re
non eum tantum poſſidere dicimus, qui rem ali-
quam tenet, ſed & illum, qui ex quacunq; cauſa ſe
defendit. In delictis igitur defenſor dicitur poſſeſ-
14 ſor. Quæ † autem ſint poſſeſſoris commoda, do-
cet Mynſ. *in §. retinenda. Inſtit. de Interd. nu. 11. & ſeq.*
15 quem videre poteſtis. Porro † ſciendum eſt, hanc
Regulam variè legi. Nonnulli enim legunt, *vel is à*
quo lucri petiturus: nonnulli, *lucri facturus*, nonnul-
li verò, ut Joh. Ferrarius hic, *lucri potiturus.* Verùm
meliorem eſſe lectionem eam vult Petr. Faber,
quam Florentinæ Pandectæ amplectuntur, in qui-
bus legitur, *lucri facturus.* Idem etiam teſtatur Ol-
dendorp. *in hac Regula.*

Digitized by Google

SUMMARIA.

In L. Semper in ſtipulationibus.

1 *Vnde Regula hæc deſumpta ſit, & quænam Leges cum illa conveniant.*

2 *Eius uſus ſupra in Regula 9. demonſtratus.*

3 *Stipulatio eſt contractus.*

REGVLA XXXIV.

Semper in ſtipulationibus & in cæteris cõtractibus id ſequimur, quod actum eſt. Vnde ſi non apparet, quid actum eſt, conſequens erit, ut id ſequamur, quod in regione, in qua id actum eſt, frequentatur. Quid ergo, ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id, quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt.

VLp. † Juriſconſulti eſt hæc lex, decerpta ex 1
lib. eius 45. ad Sabin. & conveniunt cum ea *l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg.* 1. *l. in obſcuris Inf. hoc tit. c. in obſcuris. & c. inſpicimus. de R. I. in 6. l. ſemper in obſcuris. Supr. eod.* Quid † autem nos doceat, quisque ſit 2
eius ſenſus, quasq; habeat fallentias, ſupra in Regula nona demonſtratum eſt. Id † tantum hic 3
notatur, quod & Accurſ. *ex verbis. Et in cæteris contractibus* colligit, ſtipulationem eſſe contractum, id quod etiam probatur *in l. 1. §. conuentionis. in fine, ff. de pact. & l. ſi donationis C. quod met. cauſa.*

SUMMA-

SVMMARIA.

In L. Nihil tam naturale.

1 *Origo Regulæ, & eius conuenientia.*
2 *Quilibet contractus vel actus eo modo diſſolui, dirimi & reſcindi poteſt, quo eſt celebratus & initus.*
3 *Verborum obligatio, quia verbis fit & celebratur, contrariis verbis viciſſim diſſoluitur.*
4 *Venditio, quia conſenſu contrahitur, diſſenſu diſſoluitur.*
5 *Sicut Mutuum, Commodatum, Pignus re celebrantur: ſic viciſſim etiam re diſſoluuntur.*
6 *Ius ciuile non tollit ius naturale.*
7 *Procedit hæc Regula, ſi mutuo conſenſu viciſſim diſſoluitur contractus, qui mutuo conſenſu eſt celebratus, non ſi unius diſſenſu diſſoluitur.*
8 *Emtio-Venditio mutuo conſenſu emptoris & venditoris celebratur, nec poteſt unius diſſenſu, altera parte inuita, diſſolui.*
9 *Procedit item Regula, ſi res adhuc eſt integra.*
10 *Obligationes quædam ſunt, quæ licet duorum conſenſu fiant, unius tamen voluntate inuito etiam altero, diſſoluuntur.*
11 *In aliquibus contractibus locus eſt pœnitentiæ.*
12 *Procedit etiam in contractibus, qui re fiunt*
13 *Procedit & in aliis iuris articulis, ut in Teſtamentis, Donationibus & aliis, item in aditione hereditatis, bonorum poſſeſſione, & ſimilibus.*
14 *Fallit in matrimonio. Illud enim licet mutuo conſenſu contrahentium celebretur, tamen mutuo diſſenſu eorundem diſſolui non poteſt.*

REGVLA XXXV.

Nihil tam naturale eſt, quam eodem genere quodque diſſoluere, quo colligatũ eſt. Ideoq; verborum obligatio verbis tollitur: Nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur.

Et

EX † Ulp. Juriſconſulti lib. 48. ad Sabin. de- 1
prompta eſt hæc Regula, & habet concordan-
es tex. *in l. ferè. & in l. omnia Inf. eod. in l. Iura ſangui-*
is. Sup. eodem §. Item per acceptilationem verſ. conſenta-
eum. §. hoc amplius. Inſt. quibus modis toll. obl. in l. quem-
dmod. ff. de acquir. poſſ. l. aut inutilis. 8. §. acceptũ fieri. 3.
de acceptil. in l. pro ut quidq; ff. de ſolut. in l. 1. C. quando
ceat ab empt. recedere. c. 1. extr. de R. I. Docet † autem, 2
uod quilibet contractus vel actus eo modo diſ-
olui, dirimi & reſcindi poſſit, quo eſt celebratus &
itus. Ideoq; † verborum obligatio, quia verbis 3
t & celebratur, contrariis verbis viciſſim diſſolui-
ır. Sic † & venditio, quia conſenſu celebratur, 4
ontraria voluntate & contrario conſenſu viciſſim
iſſoluitur. Eodem † modo ſicuti mutuum, com- 5
odatũ, pignus re celebrantur, & contrahuntur,
t probatur *Inſt. quibus modis re cont. oblig.* ſic viciſ-
m re diſſoluuntur, §. *Item per acceptilationem. verſ.*
nſentaneum. Inſtit. quibus modis tol. obl. & §. fin. eod.
t. l. prout quidq;. ff. de ſolut. ibi: Vt cum re contraxeri-
us, re ſolui debet. Veluti cum mutuum dedimus ut
tro tandundem pecuniæ ſolui debeat, & cum
erbis aliquid contraximus verbis obligatio ſolui
ebeat. Æquè cum Emptio vel venditio, vel loca-
io contracta eſt, quoniam conſenſu nudo contra-
i poteſt, etiam conſenſu contrario ſolui poteſt, *l.*
mnia quæ iure. Inf. eod. ubi dicitur. *Omnia quæ iure*
ontrahuntur, contrario iure pereunt. Ita tamen ut Jura
nt eadẽ. Civile † enim Jus non tollit Jus naturale, 6
Iura ſanguinis. ſup. eod. §. fin. Inſt. de leg. agn. tut. Proce-
it † hæc Regula, ſi mutuo conſenſu viciſſim diſſol- 7
itur contractus, qui mutuo conſenſu eſt celebra-
us, non ſi unius tantum diſſenſu diſſoluitur. Nam
† em-

Digitized by Google

8 † emptio & venditio mutuo conſenſu emptoris &
venditoris celebrantur, nec poſſunt vnius diſſenſu,
altera parte inuita, diſſolui, *l. ſicut. C. de act. & obligat.*
9 *l. 3. & 6. C. de reſcind. vendit.* II. Procedit, † ſi res adhuc
eſt integra; id eſt, ſi in emptione precium nondum
eſt perſolutum, nec res tradita. Eo enim caſu ſolo
diſſenſu non diſſoluitur emptio, ſed requiritur in-
ſuper, vt emptori precium reſtituatur, venditori
vero res vendita, *l. ab emptione. 58. ff. de pact. l. 2. ff. de*
10 *reſcind. vendit.* Quamuis † ſint quædam obligatio-
nes, quæ, licet duorum conſenſu fiant, vnius tamen
voluntate, inuito tamen altero, diſſoluuntur, vt eſt
ſocietas, § *manet. Inſtit. de ſociet.* item mandatum, §
11 *mandatum. Inſtit. de mandato.* Quamdiu † enim in
his contractibus non intereſt alterius partis, facile
fit, vt locus pœnitentiæ relinquatur: quod ſecus eſt
in aliis contractibus, in quibus plerumque ſtatim
poſt contractũ negociũ res deſinit eſſe integra. III.
12 Procedit † etiam in contractibus, qui re fiunt, *l. pro-*
13 *ut quidque. ff. de ſolut.* IV. Procedit † & in aliis iuris
articulis, vt in teſtamentis, donationibus & aliis,
teſte Decio *hic num. 2. & 5.* item in additione hære-
ditatis, bonorum poſſeſſione & ſimilibus, *l. quem-*
admodum. ff. de acquir. poſſeſſ. & l. ferè. Infr. eodem. Fallit
14 † Regula in matrimonio. Illud enim licet mutuo
conſenſu contrahentium celebretur, tamen mu-
tuo diſſenſu eorundem diſſolui viciſſim non pot-
eſt. Vnde Imperatores Theodoſius & Valentinia-
nus reſcripſerunt, diſſolutionem matrimonii eſſe
difficiliorem, quàm coniunctionem; *l. conſenſu. 8.*
C. de repud.

SVMMA-

Digitized by Google

Svmmaria.

In L. Culpa eſt immiſcere.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam Leges cum illa conveniant.*

2 *Is non eſt ſine culpa, ſed hæret in culpa, qui ſe rebus ad ſe nihil pertinentibus immiſcet.*

3 *Temeritas eſt & πολυπραγμοσύνην aggredi negotia ad ſe & vocationem ſuam non ſpectantia.*

4 *Res autem, ad nos nihil pertinentes, dicuntur illa, quas quis nulla ratione & iure adductus aggreditur, quæq; ſuæ non ſunt vocationis & ordinis.*

5 *Cuncta fieri debent eo ordine & ratione, quam natura monſtrat.*

6 *Si quis pro libitu ſuo, quod ad ſe non pertinet, attentare audet, ſeq; alienæ rei citra legis adminiculum immiſcet, is culpa carere non poteſt, cum turbato ordine faciat, quod ſibi facere minime licet.*

7 *Qui rem vi ablatam propria authoritate recuperat, non caret culpa, quia legitime hoc non facit.*

8 *Qui ſibi ipſi ius dicit: qui priuatus turbam mouet, rei alienæ ſeſe immiſcere dicitur, quia facit, quod facere non debet.*

9 *Illa quoq; ad nos non pertinere dicuntur, quorum cum expertes, ignari & imperiti ſimus, tamẽ peritos nos eſſe prædicamus.*

10 *Si quis Iuriſperitum ſe eſſe aſſerit, cum Canonici & Ciuilis Iuris ſit ignarus, & prætextu aſſertionis aſſumitur in iudicem, & per imperitiam male iudicat, dicitur ſe immiſcere rebus ad ſe nihil pertinentibus, & ob id eſt in culpa.*

11 *Idem dici etiam poteſt de eo, qui ſe medicum profitetur, cum medicinam ignoret, & propter imperitiam aliquem lædit.*

12 *Fallit* Regula *in negotiorum geſtore, tutore, curatore, procuratore, adminiſtratore, & aliis ſimilibus. Hi enim etſi aliena tractant, tamen culpa non fiunt rei & obnoxii.*

13 *Hominis intereſt, hominem beneficio affici.*

14 *Fallit item in menſore, qui licet imperite verſatus fuerit, tamen non culpæ id annumeratur, quia ſibi imputare debet, quod eum adhibuit.*

L REGVLA

Digitized by Google

Regula XXXVI.

Culpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

1 POmponii † Iuriſconſulti eſt hæc Regula de-
ſumpta ex lib. eius 27. ad Sabin. & conveniunt
cum ea *l. 2. ff. quod quisq; Iur. l. illicitas. §. ſicuti. ff. de off.
præſid. l. cum quærebatur & l. fin. C. vnde vi. §. præterea,
ſi meditus. & §. Imperitia. Inſtit. ad l. Aquil. l. imperitia.*
2 *infr. eod. c. non eſt ſine culpa. extr. eod. in 6.* Docet † au-
tem breuiter, quod is non ſit ſine culpa, ſed hæreat
in culpa, qui ſe rebus ad ſe nihil pertinentibus im-
3 miſcet. Ratio eſt, quia † eſt πολυπραγμοσύνη & teme-
ritas, aggredi negotia ad ſe & vocationem ſuam
4 non ſpectantia. Res † autem ad nos nihil perti-
nere dicuntur, primum quas quis nulla ratione &
Iure adductus aggreditur, quæque ſuæ non ſunt
5 vocationis & ordinis. In † Republica enim ita
comparatum eſt, ut cuncta fiant eo ordine & ra-
tione, quam natura monſtrat, vnde tot Magiſtra-
tuum formæ, & tot hominum conditiones ortæ
ſunt. Hinc tot rerum quærendarum legitimi
modi, quibus in acquirendis rebus quilibet uti de-
6 bet & poteſt. Quæ † ſi quis non obſeruat, ſed
pro libitu ſuo, quod ad ſe non pertinet, attentare
audet, ſeque alienæ rei citra legis adminiculum
immiſcet, is culpa carere non poteſt, cum turbato
ordine faciat, quod ſibi facere minimè licet. Ut
7 † qui rem vi ablatam propria authoritate recupe-
rat, non caret culpa, quia legitimè hoc non facit,
l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Per actionem enim &
legi-

legitima media facere debuiſſet. Sic † qui ſibi 8
ius dicit contra *tit. C. ne quis ſibi ius in ſua cauſa dicat.* Item ſi quis priuatus turbam mouet, rei alienæ ſe immiſcere dicitur, quia facit, quod facere non debet: Ideo ſine culpa non erit, *l. non eſt ſingulis. infr. eod.* II. Dicuntur † ad nos non pertinere ea quoq;, 9
quorum cum expertes, ignari & imperiti ſumus, tamẽ peritos nos eſſe prædicamus. Propter imperitiã enim & illa ad nos non pertinere dicuntur: Ut † 10
ſi quis Jurisperitum ſe eſſe aſſerit, cum canonici & ciuilis Juris ſit ignarus, & prætextu aſſertionis aſſumitur in iudicem, per Imperitiam malè iudicat, dicitur ſe immiſcere rebus nihil ad ſe pertinentibus, & ob id hæret in culpa, nec non actione in factum, quantum religioni Judicantis æquum videtur condemnandus eſt, *l. ſi iudex. ff. de var. & extraord. cog. l. ex maleficiis. §. ſi iudex. ff. de act. & obl.* Item *in princ. Inſt. de obl. quæ ex del. naſ.* Idem † dici etiam poteſt de eo, qui 11
ſe medicum profitetur, cum medicinam ignoret, & propter imperitiam aliquem lædit, *§. præterea. & §. imperitia. Inſt. ad l. Aquil. l. illicitas. § ſicuti. ff de off. præſid.* Idem etiam eſt in quolibet artifice, ſe peritum, cũ tamen ignarus ſit artis, aſſerente, quia culpa eſt, ſe immiſcere rei ad ſe nihil pertinenti, *l. ſi quis fundum. §. Celſus. ff locati & l. idem Iuris. in fine ff. ad l. Aquil.* Idem eſt & in aſſeſſore qui ſe pro perito vẽditat, *l. 2. ff. quod cuiſq; Iur.* Fallit † Regula in negociorum geſtore, tu- 12
tore, Curatore, procuratore, adminiſtratore & aliis ſimilibus. Hi n. etſi aliena tractant, tamen rebus ſe alienis immiſcere non dicuntur, tantũ abeſt ut culpæ fiant rei & obnoxii. Non † n. taxantur hic illi, qui 13
ex Juris authoritate, vel hũanitatis intuitu, alienis rebus ſeſe offerunt, cũ hominis interſit hominem

beneficio affici, *l. ſeruus. ff. de ſeru. expor.* Imo vtilitatis gratia iura actiones conſtituerunt, quibus hi vti poſſunt contra eos, quorum negocia geſſerunt, *tot. tit. ff. & C. de neg. geſt.* Sed iſti taxantur, qui nimia curioſitate & temeritate res alienas aggrediuntur. II.
14 Fallit † in menſore, qui licet imperitè verſatus fuerit, tamen non culpæ id annumeratur, quia ſibi imputare debet, qui eum adhibuit, *l. 1. §. hæc actio. ff. ſi menſor falſ. mod.* Dyn. *c. non eſt ſine culpa. extr. eod. in 6.*

Svmmaria.

In L. Nemo qui condemnare.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam Leges cum illa conueniant.*

2 *Is qui condemnandi poteſtatem non habet, nec abſoluendi licentiam habet.*

3 *Poſito vno contrariorum ponitur & alterum: & quod ſtatuitur in vno ſtatuendum etiam eſt in altero; modò in vtroque eadem ſubſit ratio.*

4 *Cum abſolutio & condemnatio ſint in eadem ſpecie Iuriſdictionis, mirum non eſt, ſi primum non eſt, quod nec ſecundum conſiſtere poſſit.*

5 *Delegatus, ad cognoſcendum de crimine datus, eo modo, vt conuictum de crimine non condemnet, is nec eundem probatum innocentem abſoluere poteſt.*

6 *Si Iudex ad certum genus cauſarum deputatus eſt, ea lege, ne in talibus cauſis condemnare poſſit, is certe nec in illis abſoluere poterit, licet de abſolutione nihil expreſſe dictum ſit, cum eius ſit abſoluere, cuius eſt condemnare.*

7 *Fallit primo hæc Regula in eo, qui ex priuilegio poteſt abſoluere, licet condemnare non poſſit.*

8 *Fallit ſecundo in correctoriis, quia ſi tollitur poteſtas condemnādi, non videtur ob id ademta poteſtas abſoluendi.*

9 *Fallit in iudice laico ſeu ſeculari, qui poteſt clericum ſolus abſoluere à delicto ſeculari, cum tamen ſolus ſine Epiſcopo condemnare*

mnare non poſſit, imo ad Epiſcopum remittere teneatur.
Varia eſt lectio & intellectus huius Regulæ.

Regula XXXVII.

Nemo, qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt.

VLpiani † eſt hæc Regula, deſumpta ex libr. eius 1
51. ad Sabin. & habet concordantes tex. *in l. eum
qui. ff. de iurisd. omnium iud. in l. ſi locus. ff. de Iudic. l. ſi vi-
ctur. ff. de re iud.* Docet † autem breuiter, quod is, 2
qui condemnandi poteſtatem non habet, nec ab-
ſoluendi licentiam habeat, hoc eſt, quod is, qui
non poteſt condemnare, nec abſoluere etiam poſ-
ſit, & econtra, qui condemnare, etiam abſoluendi
poteſtatem habeat, vt dicitur *in l. qui condemnare. ff.
de re iud.* Ratio eſt, quia † poſito vno correlatorum 3
ponitur & alterum, & quod ſtatuitur in vno, ſtatu-
endum eſt in altero, modo in vtroque eadem ſub-
ſit ratio, teſte Euerh. *in top. l. correlatiuorum. & l. vlt. C.
de indict. viduit. tollend.* II. Quia † cum abſolutio & 4
condemnatio ſint in eadem ſpecie Iuriſdictionis,
mirum non eſt, ſi primum non eſt, quod nec ſecun-
dum conſiſtere poſſit, teſte Cag. *hic num.* 1. Vt † de- 5
legatus ad cognoſcendũ de crimine datus, eo mo-
do, vt conuictum de crimine non condemnet, is
nec eundem probatum innocentem abſoluere pot-
eſt, *l. ſolent etiã. ff. de off. procõſ.* Sic † ſi Iudex ad cer- 6
tum genus cauſarum deputatus eſt, ea lege, ne in
talibus cauſis condemnare poſſit, is certè nec in il-
lis abſoluere poterit, licet de abſolutione nihil ex-
preſsè dictum ſit, cum eius ſit abſoluere, cuius eſt

tanquam petitoris: (Reus enim in excipiendo aſſumit partes actoris, *l. in exceptionibus. ff. de probat.*) propter probandi neceſſitatem & difficultatem. Nam niſi probauero meam exceptionem & aſſertionem, quod videlicet donatus mihi ſit fundus, vel quod eum præſcripſerim, condemnor Titio
9 fundũ reſtituere. Et † hoc eſt, quod alibi dicitur: In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet, *l. in pari cauſa Infr. eod.* & cum de lucro duorum quæritur, melior eſt cauſa poſſidentis, *l. nemo prædo eſt. §. cum de lucro, Inf. hoc tit.* & cum partium Jura ſunt obſcura, reo fauendum potius eſt quàm actori, *c. cum ſunt*
10 *partium. de R. I. in 6.* Et † hinc infertur, quod ſemper eius conditio potior ſit, qui certat de damno vitando, quàm eius, qui de lucro captando certat.
11 Procedit † hæc Regula I. in ciuilibus Judiciis, ut
12 ex præcedentibus apparet. II. In † delictis ſeu criminalibus. Nam & in illis potior eſt cauſa poſſidentis, ut teſtatur Vlp. *in l. cum per delictum. Infr. eo-*
13 *dem & c. in pari. ext. eod. in 6.* Qua † quidem in re non eum tantum poſſidere dicimus, qui rem aliquam tenet, ſed & illum, qui ex quacunq; cauſa ſe defendit. In delictis igitur defenſor dicitur poſſeſ-
14 ſor. Quæ † autem ſint poſſeſſoris commoda, docet Mynſ. *in §. retinendæ. Inſtit. de Interd. nu. 11. & ſeq.*
15 quem videre poteſtis. Porro † ſciendum eſt, hanc Regulam variè legi. Nonnulli enim legunt, *vel is à quo lucri petiturus:* nonnulli, *lucri facturus*, nonnulli verò, ut Joh. Ferrarius hic, *lucri potiturus*. Verùm meliorem eſſe lectionem eam vult Petr. Faber, quam Florentinæ Pandectæ amplectuntur, in quibus legitur, *lucri facturus*. Idem etiam teſtatur Oldendorp. *in hac Regula.*

SUMMA-

SUMMARIA.
In L. Semper in ſtipulationibus.

1 *Vnde Regula hæc deſumpta ſit, & quænam Leges cum illa conveniant.*
2 *Eius uſus ſupra in Regula 9. demonſtratus.*
3 *Stipulatio eſt contractus.*

REGVLA XXXIV.

Semper in ſtipulationibus & in cæteris cõtractibus id ſequimur, quod actum eſt. Vnde ſi non apparet, quid actum eſt, conſequens erit, ut id ſequamur, quod in regione, in qua id actum eſt, frequentatur. Quid ergo, ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id, quod minimum eſt, redigenda ſumma eſt.

VLp. † Juriſconſulti eſt hæc lex, decerpta ex 1
lib. eius 45. ad Sabin. & conveniunt cum ea *l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg.* 1. *l. in obſcuris Inf. hoc tit. c. in obſcuris. & c. inſpicimus. de R. I. in 6. l. ſemper in obſcuris. Supr. eod.* Quid † autem nos doceat, quisque ſit 2
eius ſenſus, quasq; habeat fallentias, ſupra in Regula nona demonſtratum eſt. Id † tantum hic 3
notatur, quod & Accurſ. *ex verbis. Et in cæteris contractibus* colligit, ſtipulationem eſſe contractum, id quod etiam probatur *in l.* 1. *§. conuentionis. in fine, ff. de pact. & l. ſi donationis C. quod met. cauſa.*

SUMMA-

Svmmaria.

In L. Nihil tam naturale.

1 *Origo Regulæ, & eius conuenientia.*

2 *Quilibet contractus vel actus eo modo diſſolui, dirimi & reſcindi poteſt, quo eſt celebratus & initus.*

3 *Verborum obligatio, quia verbis fit & celebratur, contrariis verbis viciſſim diſſoluitur.*

4 *Venditio, quia conſenſu contrahitur, diſſenſu diſſoluitur.*

5 *Sicut Mutuum, Commodatum, Pignus re celebrantur: ſic viciſſim etiam re diſſoluuntur.*

6 *Ius ciuile non tollit ius naturale.*

7 *Procedit hæc Regula, ſi mutuo conſenſu viciſſim diſſoluitur contractus, qui mutuo conſenſu eſt celebratus, non ſi unius diſſenſu diſſoluitur.*

8 *Emtio-Venditio mutuo conſenſu emptoris & venditoris celebratur, nec poteſt unius diſſenſu, altera parte inuita, diſſolui.*

9 *Procedit item Regula, ſi res adhuc eſt integra.*

10 *Obligationes quædam ſunt, quæ licet duorum conſenſu fiant, vnius tamen voluntate inuito etiam altero, diſſoluuntur.*

11 *In aliquibus contractibus locus eſt pœnitentiæ.*

12 *Procedit etiam in contractibus, qui re fiunt.*

13 *Procedit & in aliis iuris articulis, ut in teſtamentis, Donationibus & aliis, item in aditione hæreditatis, bonorum poſſeſſione, & ſimilibus.*

14 *Fallit in matrimonio. Illud enim licet mutuo conſenſu contrahentium celebretur, tamen mutuo diſſenſu eorundem diſſolui non poteſt.*

Regvla XXXV.

Nihil tam naturale eſt, quam eodem genere quodque diſſoluere, quo colligatũ eſt. Ideoq; verborum obligatio verbis tollitur: Nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur.

Ex

EX † Ulp. Juriſconſulti lib. 48. ad Sabin. de- 1
prompta eſt hæc Regula, & habet concordantes tex. *in l. ferè. & in l. omnia Inf. eod. in l. Iura ſanguinis. Sup. eodem §. Item per acceptilationem verſ. conſentaneum. §. hoc amplius. Inſt. quibus modis toll. obl. in l. quemadmod. ff. de acquir. poſſ. l. aut inutilis. 8. §. acceptũ fieri. 3. ff. de acceptil. in l. pro ut quidq; ff. de ſolut. in l. 1. C. quando liceat ab empt. recedere. c. 1. extr. de R. I.* Docet † autem, 2
quod quilibet contractus vel actus eo modo diſſolui, dirimi & reſcindi poſſit, quo eſt celebratus & initus. Ideoq; † verborum obligatio, quia verbis 3
fit & celebratur, contrariis verbis viciſſim diſſoluitur. Sic † & venditio, quia conſenſu celebratur, 4
contraria voluntate & contrario conſenſu viciſſim diſſoluitur. Eodem † modo ſicuti mutuum, com- 5
modatũ, pignus re celebrantur, & contrahuntur, ut probatur *Inſt. quibus modis re cont. oblig.* ſic viciſſim re diſſoluuntur, §. *Item per acceptilationem. verſ. conſentaneum. Inſtit. quibus modis tol. obl. & §. fin. eod. tit. l. prout quidq; ff. de ſolut. ibi: Vt cum re contraxerimus, re ſolui debet.* Veluti cum mutuum dedimus ut retro tandundem pecuniæ ſolui debeat, & cum verbis aliquid contraximus verbis obligatio ſolui debeat. Æquè cum Emptio vel venditio, vel locatio contracta eſt, quoniam conſenſu nudo contrahi poteſt, etiam conſenſu contrario ſolui poteſt, *l. omnia quæ iure. Inf. eod.* ubi dicitur. *Omnia quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.* Ita tamen ut Jura ſint eadẽ. Civile † enim Jus non tollit Jus naturale, 6
l. Iura ſanguinis. ſup. eod. § fin. Inſt. de leg. agn. tut. Procedit † hæc Regula, ſi mutuo conſenſu viciſſim diſſol- 7
uitur contractus, qui mutuo conſenſu eſt celebratus, non ſi unius tantum diſſenſu diſſoluitur. Nam

† em-

Digitized by Google

8 † emptio & venditio mutuo conſenſu emptoris & venditoris celebrantur, nec poſſunt vnius diſſenſu, altera parte inuita, diſſolui, *l. ſicut. C. de act. & obligat.*
9 *l. 3. & 6. C. de reſcind. vendit.* II. Procedit, † ſi res adhuc eſt integra; id eſt, ſi in emptione precium nondum eſt perſolutum, nec res tradita. Eo enim caſu ſolo diſſenſu non diſſoluitur emptio, ſed requiritur inſuper, vt emptori precium reſtituatur, venditori vero res vendita, *l. ab emptione. 58. ff. de pact. l. 2. ff. de*
10 *reſcind. vendit.* Quamuis † ſint quædam obligationes, quæ, licet duorum conſenſu fiant, vnius tamen voluntate, inuito tamen altero, diſſoluuntur, vt eſt ſocietas, §. *manet. Inſtit. de ſociet.* item mandatum, §.
11 *mandatum. Inſtit. de mandato.* Quamdiu † enim in his contractibus non intereſt alterius partis, facile fit, vt locus pœnitentiæ relinquatur: quod ſecus eſt in aliis contractibus, in quibus plerumque ſtatim poſt contractũ negociũ res deſinit eſſe integra. III.
12 Procedit † etiam in contractibus, qui re fiunt, *l. pro-*
13 *ut quidque. ff. de ſolut.* IV. Procedit † & in aliis iuris articulis, vt in teſtamentis, donationibus & aliis, teſte Decio *hic num. 2. & 5.* item in additione hæreditatis, bonorum poſſeſſione & ſimilibus, *l. quemadmodum. ff. de acquir. poſſeſſ. & l. ferè. Infr. eodem.* Fallit
14 † Regula in matrimonio. Illud enim licet mutuo conſenſu contrahentium celebretur, tamen mutuo diſſenſu eorundem diſſolui viciſſim non poteſt. Vnde Imperatores Theodoſius & Valentinianus reſcripſerunt, diſſolutionem matrimonii eſſe difficiliorem, quàm coniunctionem; *l. conſenſu. 8. C. de repud.*

SVMMA-

Svmmaria.
In L. Culpa eſt immiſcere.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam Leges cum illa conueniant.*

2 *Is non eſt ſine culpa, ſed hæret in culpa, qui ſe rebus ad ſe nihil pertinentibus immiſcet.*

3 *Temeritas eſt & πολυπραγμοσύνη in aggredi negotia ad ſe & vocationem ſuam non ſpectantia.*

4 *Res autem, ad nos nihil pertinentes, dicuntur illæ, quas quis nulla ratione & iure adductus aggreditur, quæq; ſuæ non ſunt vocationis & ordinis.*

5 *Cuncta fieri debent eo ordine & ratione, quam natura monſtrat.*

6 *Si quis pro libitu ſuo, quod ad ſe non pertinet, attentare audet, ſeq; alienæ rei citra legis adminiculum immiſcet, is culpa carere non poteſt, cum turbato ordine faciat, quod ſibi facere minime licet.*

7 *Qui rem vi ablatam propria authoritate recuperat, non caret culpa, quia legitime hoc non facit.*

8 *Qui ſibi ipſi ius dicit: qui priuatus turbam mouet, rei alienæ ſeſe immiſcere dicitur, quia facit, quod facere non debet.*

9 *Illa quoq; ad nos non pertinere dicuntur, quorum cum expertes, ignari & imperiti ſimus, tamẽ peritos nos eſſe prædicamus.*

10 *Si quis Iuriſperitum ſe eſſe aſſerit, cum Canonici & Ciuilis Iuris ſit ignarus, & prætextu aſſertionis aſſumitur in iudicem, & per imperitiam male iudicat, dicitur ſe immiſcere rebus ad ſe nihil pertinentibus, & ob id eſt in culpa.*

11 *Idem dici etiam poteſt de eo, qui ſe medicum profitetur, cum medicinam ignoret, & propter imperitiam aliquem lædit.*

12 *Fallit Regula in negotiorum geſtore, tutore, curatore, procuratore, adminiſtratore, & aliis ſimilibus. Hi enim etſi aliena tractant, tamen culpæ non ſiunt rei & obnoxii.*

13 *Hominis intereſt, hominem beneficio affici.*

14 *Fallit item in menſore, qui licet imperite verſatus fuerit, tamen non culpæ id annumeratur, quia ſibi imputare debet, qui eum adhibuit.*

REGULA XXXVI.

Culpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.

1 POmponii † Juriſconſulti eſt hæc Regula de-
ſumpta ex lib. eius 27. ad Sabin. & conveniunt
cum ea *l. 2. ff. quòd quisq; Iur. l. illicitas. §. ſicuti. ff. de off.
præſid. l. cum quærebatur & l. fin. C. vnde vi. §. præterea,
ſi meditus. & §. Imperitia. Inſtit. ad l. Aquil. l. imperitia.*
2 *infr. eod. c. non eſt ſine culpa. extr. eod. in 6.* Docet † au-
tem breuiter, quod is non ſit ſine culpa, ſed hæreat
in culpa, qui ſe rebus ad ſe nihil pertinentibus im-
3 miſcet. Ratio eſt, quia † eſt πολυπραγμοσύνη & teme-
ritas, aggredi negotia ad ſe & vocationem ſuam
4 non ſpectantia. Res † autem ad nos nihil perti-
nere dicuntur, primum quas quis nulla ratione &
Jure adductus aggreditur, quæque ſuæ non ſunt
5 vocationis & ordinis. In † Republica enim ita
comparatum eſt, ut cuncta fiant eo ordine & ra-
tione, quam natura monſtrat, vnde tot Magiſtra-
tuum formæ, & tot hominum conditiones ortæ
ſunt. Hinc tot rerum quærendarum legitimi
modi, quibus in acquirendis rebus quilibet uti de-
6 bet & poteſt. Quæ † ſi quis non obſeruat, ſed
pro libitu ſuo, quod ad ſe non pertinet, attentare
audet, ſeque alienæ rei citra legis adminiculum
immiſcet, is culpa carere non poteſt, cum turbato
ordine faciat, quod ſibi facere minimè licet. Ut
7 † qui rem vi ablatam propria authoritate recupe-
rat, non caret culpa, quia legitimè hoc non facit,
l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Per actionem enim &
legi-

legitima media facere debuiſſet. Sic † qui ſibi 8
ius dicit contra *tit. C. ne quis ſibi ius in ſua cauſa dicat.* Item ſi quis priuatus turbam mouet, rei alienæ ſe immiſcere dicitur, quia facit, quod facere non debet: Ideo ſine culpa non erit, *l. non eſt ſingulis. infr. eod.* 1 I. Dicuntur † ad nos non pertinere ea quoq;, 9
quorum cum expertes, ignari & imperiti ſumus, tamé peritos nos eſſe prædicamus. Propter imperitiã enim & illa ad nos non pertinere dicuntur: Ut † 10
ſi quis Jurisperitum ſe eſſe aſſerit, cum canonici & civilis Juris ſit ignarus, & prætextu aſſertionis aſſumitur in iudicem, per Imperitiam malè iudicat, dicitur ſe immiſcere rebus nihil ad ſe pertinentibus, & ob id hæret in culpa, nec non actione in factum, quantum religioni Judicantis æquum videtur condemnandus eſt, *l. ſi iudex. ff. de var. & extraord. cog. l. ex maleficiis. §. ſi iudex. ff. de act. & obl.* Item *in princ. Inſt. de obl. quæ ex del. naſ.* Idem † dici etiam poteſt de eo, qui 11
ſe medicum profitetur, cum medicinam ignoret, & propter imperitiam aliquem lædit, *§. præterea. & §. imperitia. Inſt. ad l. Aquil. l. illicitas. § ſicuti. ff de off. præſid.* Idem etiam eſt in quolibet artifice, ſe peritum, cũ tamen ignarus ſit artis, aſſerente, quia culpa eſt, ſe immiſcere rei ad ſe nihil pertinenti, *l. ſi quis fundum. §. Celſus. ff locati & l. idem Iuris. in fine ff. ad. l. Aquil.* Idem eſt & in aſſeſſore qui ſe pro perito vẽditat, *l. 2. ff. quod quisq; Iur.* Fallit † Regula in negociorum geſtore, tu- 12
tore, Curatore, procuratore, adminiſtratore & aliis ſimilibus. Hi n. etſi aliena tractant, tamen rebus ſe alienis immiſcere non dicuntur; tantũ abeſt ut culpæ fiant rei & obnoxii. Non † n. taxantur hic illi, qui 13
vel Juris authoritate, vel hũanitatis intuitu, alienis rebus ſeſe offerunt, cũ hominis interſit hominem

beneficio affici, *l. ſeruus. ff. de ſeru. expor.* Imo vtilitatis gratia iura actiones conſtituerunt, quibus hi vti poſſunt contra eos, quorum negocia geſſerunt, *tot. tit. ff. & C. de neg. geſt.* Sed iſti taxantur, qui nimia curioſitate & temeritate res alienas aggrediuntur. II.
14 Fallit † in menſore, qui licet imperitè verſatus fuerit, tamen non culpæ id annumeratur, quia ſibi imputare debet, qui eum adhibuit, *l. 1. §. hæc actio. ff. ſi menſor falſ. mod.* Dyn. *c. non eſt ſine culpa. extr. eod. in 6.*

Svmmaria.

In L. Nemo qui condemnare.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quanam Leges cum illa conueniant.*

2 *Is qui condemnandi poteſtatem non habet, nec abſoluendi licentiam habet.*

3 *Poſito vno contrariorum ponitur & alterum: & quod ſtatuitur in vno, ſtatuendum etiam eſt in altero; modò in vtroque eadem ſubſit ratio.*

4 *Cum abſolutio & condemnatio ſint in eadem ſpecie Iuriſdictionis, mirum non eſt, ſi primum non eſt, quod nec ſecundum conſiſtere poſſit.*

5 *Delegatus, ad cognoſcendum de crimine datus, eo modo, vt conuictum de crimine non condemnet, is nec eundem probatum innocentem abſoluere poteſt.*

6 *Si Iudex ad certum genus cauſarum deputatus eſt, ea lege, ne in talibus cauſis condemnare poſſit, is certe nec in illis abſoluere poterit, licet de abſolutione nihil expreſſe dictum ſit, cum eius ſit abſoluere, cuius eſt condemnare.*

7 *Fallit primo hæc Regula in eo, qui ex priuilegio poteſt abſoluere, licet condemnare non poſſit.*

8 *Fallit ſecundo in correctoriis, quia ſi tollitur poteſtas condemnādi, non videtur ob id adempta poteſtas abſoluendi.*

9 *Fallit in iudice laico ſeu ſeculari, qui poteſt clericum ſolus abſoluere à delicto ſeculari, cum tamen ſolus ſine Epiſcopo condemnare.*

Digitized by Google

mnare non poſſit, imo ad Epiſcopum remittere teneatur.
10 *Varia eſt lectio & intellectus huius Regulæ.*

Regula XXXVII.

Nemo, qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt.

VLpiani † eſt hæc Regula, deſumpta ex libr. eius 1
51. ad Sabin. & habet concordantes tex. *in l. eum*
qui. ff. de Iuriſd. omnium Iud. in l. ſi locus. ff. de Iudic. l. ſi vi-
detur. ff. de re iud. Docet † autem breuiter, quod is, 2
qui condemnandi poteſtatem non habet, nec ab-
ſoluendi licentiam habeat, hoc eſt, quod is, qui
non poteſt condemnare, nec abſoluere etiam poſ-
ſit, & econtra, qui condemnare, etiam abſoluendi
poteſtatem habeat, vt dicitur *in l. qui condemnare. ff.*
de re iud. Ratio eſt, quia † poſito vno correlatorum 3
ponitur & alterum, & quod ſtatuitur in vno, ſtatu-
endum eſt in altero, modo in vtroque eadem ſub-
ſit ratio, teſte Euerh. *in top. l. correlatiuorum. & l. vlt. C.*
de indict. viduit. tollend. II. Quia † cum abſolutio & 4
condemnatio ſint in eadem ſpecie Iuriſdictionis,
mirum non eſt, ſi primum non eſt, quod nec ſecun-
dum conſiſtere poſſit, teſte Cag. *hic num.* 1. Vt † de- 5
legatus ad cognoſcendũ de crimine datus, eo mo-
do, vt conuictum de crimine non condemnet, is
nec eundem probatum iñocentem abſoluere pot-
eſt, *l. ſolent etiã. ff. de off. procõſ.* Sic † ſi Iudex ad cer- 6
tum genus cauſarum deputatus eſt, ea lege, ne in
talibus cauſis condemnare poſſit, is certè nec in il-
lis abſoluere poterit, licet de abſolutione nihil ex-
preſsè dictum ſit, cum eius ſit abſoluere, cuius eſt

7 condemnare, *c. verbum Dei. de pœnitent. diſt.* 1. Fallit † Regula primum in eo, qui ex priuilegio poteſt abſoluere, licet condemnare non poſſit, *c. penult. extr.*
8 *de offic. deleg.* Cagn. *hic num.* 4. II. Fallit † in correctorii, quia ſi tollitur poteſtas condemnandi, non videtur ob id adempta poteſtas abſoluendi, Dec. *hic*
9 *num.* 3. Cag. 3. III. Fallit † in Iudice laico ſeu ſeculari cum tamen ſolus ſine Epiſcopo condemnare non poſſit: imo ad Epiſcopum remittere teneatur, §. *illud palàm. iunct. gl. Auth. Vt clerici apud proprios Epiſcopos.*
10 Porro † varia eſt lectio & intellectus huius regulæ. Primum enim legitur ſic: *Nemo, qui condemnare non poteſt, abſoluere poteſt:* & ſic cõuenit cum *l. ſolent etiam. ff. de off. proconſ.* & ſenſus eius eſt, quod nemo poſſit abſoluere aliquem, qui non poſſit eundem condemnare, vt ex præcedentibus licet. Secundo modo legitur: *Nemo, qui condemnare poteſt, abſoluere non poteſt* quam Florentinorum lectionem P. Fab. & Oldendorp. hic approbant, & idem eſt, ac ſi diceretur: *qui condemnare poteſt, multo magis abſoluere poteſt:* Quia cõdemnatio maior eſt & difficilior, quàm abſolutio, & abſolutio fauorabilior quàm condemnatio, *l. fauorabiliores. Infr. h. tit.* & ſic conuenit cum *l. qui condemnare. ff. de re iud.* in qua dicitur: *Qui condemnare poteſt, is abſoluendi quoq; poteſtatem habet.* Tertiò intelligunt nonnulli eam de eo, qui nullam habet poteſtatem & Iuriſdictionem, quod is neque condemnandi, neque abſoluendi poteſtatem habeat, & quia non condemnandi poteſtatem habet, ideo nec abſoluendi. Verùm hic intellectus, quia nullam dubitandi rationem habet, meritò reiectus eſt à Cagn. *hic num.* 2.

Digitized by Google

SUMMARIA.

In L. Sicuti pœna.

1 *Legis huius origo & conuenientia.*

2 *Actiones pœnales, quæ ex delictis oriuntur, & pœnam perſequũtur, non ſunt tranſitoriæ ad hæredes.*

3 *Pœnæ tenere debent & manere ſuos authores.*

4 *Si quis mihi furatur centum florenos, poſſum aduerſus eum actionem furti intendere, quæ eſt pœnalis. At ſi ipſe fur moritur, antequam actionem intendo, non tranſit illa actio in furis hæredes.*

5 *Sicut mors omnia ſoluit: ita etiam morte extinguuntur delicta, adeo ut pœnæ exigi ab hæredibus non poſſint, ſed noxa & pœna caput nocentis ſequatur.*

6 *Fallit Regula, quando ex delicto defuncti aliquid ad hæredem peruenit.*

7 *Fallit, ſi lis cum defuncto eſt conteſtata.*

8 *Fallit, ſi agitur de pœna non ex delicto, ſed ex conuentione partium imponenda. Tunc enim & hæres tenetur.*

9 *Fallit deniq;, ſi agitur actione pœnali, verum non ad pœnam, ſed ad rem.*

REGVLA XXXVIII.

Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debet: ita nec lucrum facere, ſi quid ex ea re ad eum veniſſet.

DEſumpta † eſt hæc lex ex lib. 29. Pomponii ad Sabinum, & conueniunt cum ea *l. 12. & l. ſciendum. 57. ff. de act. & obligat.* Item *l. pupillum. §. in hæredes l. non ſolent. l. pœnalia. l. cum prætor. l. toties. Infr. cod. §. non autem omnes. Inſtit. de perpet. & tempor. act.* Et docet, † quod pœnales actiones, quæ ex delictis oriũtur, & pœnã perſequuntur, nõ ſint tranſitoriæ ad hęredes, h. e. ꝙ hæredes propter delicta defũctorũ accuſari 1 2

non poſſint, multo minus puniri, *l.pupillum.§.in hæ-*
3 *redes.& l.pœnalia.Infr.eod.* Ratio eſt, quia † pœnæ debent tenere & manere ſuos authores, *l.ſancimus. C. de pœn.* nec tenetur filius portare iniquitatem patris, & econtrà: ſed quilibet propter ſuum delictum puniri & mulctari debet, *tot.tit.C.ne filius pro patre.* Vt
4 † ſi quis mihi furatur 100. florenos, poſſum aduerſus eum actionem furti intendere, quæ eſt pœnalis, vt probatur *in §.fin:Inſtit.de oblig.quæ ex del.naſc.* At ſi ipſe fur moritur, antequam actionem intendo, non tranſit illa actio in furis hæredes. Hæredes enim eius non poſſunt conueniri ex delicto patris, multo minus puniri, vt probatur *hic & in l. in hæredem. ff.de calumn. & l.in hæredem. ff.de dolo malo.* Sed perit actio
5 vel accuſatio vnà cum fure. Ratio eſt, quia † ſicut mors omnia ſoluit, *§.deinceps. Authent.de nupt.* ita etiam morte extinguuntur delicta, adeo vt pœnæ ab hæredibus exigi non poſſint, ſed noxa & pœna caput nocentis ſequatur, *l.1. ff.de priuat. del.* Idem ſentiendum eſt & de actionibus aliis pœnalibus qui-
6 buscunque. Fallit † hæc Regula, I. quando ex delicto defuncti aliquid ad hæredem peruenit, *l.ſi plures.& l.in hæredem.ff.de dolo malo.* Nam quando hæres ex delicto defuncti factus eſt locupletior, vel lucrum cepit, datur in eum actio, vt probatur hic in hac regula noſtra, in verbis: *Ita nec lucrum facere,&c. & in l.toties.Infr.hoc.tit. & in l.in hæredem.ff.de calumn.* & ſic ex delicto defuncti inſtitui poteſt actio contra hæredes, non tamen ad pœnam hæredibus imponendam, ſed ad rem, quæ ad hæredes ex delicto peruenit, recuperandam & reſtituendam. II. Fallit,
7 † ſi lis cum defuncto eſt conteſtata, *§.non autem. Inſtit.de perpet. & temp. l.pœnalia quæ.eod. & in l.omnes.ff.*

de act.

de act. & obl. quod verum eſt, ſi de pecuniaria agitur fiſco applicanda, ſecus ſi de corporali, quia tunc nec lite conteſtata hæres obligatur, ſi ante condemnationem reum mori contingat, ſed unà cum morte delinquentis extinguitur etiam accuſatio & pœna, *l. 1. & 2. l. ſi reus vel accuſat. morte perierit.* III. Fallit † ſi agitur de pœna non ex delicto, 8
ſed ex conuentione partium imponenda, tunc enim & hæres tenetur, *l. ult. ff. de naut. fænore.* Id quod etiam ex verbis huius Regulæ noſtræ apparet, ubi dicitur: *Sicut pœna ex delicto defuncti &c.* Ubi excluditur conuentio partium. IV. Fallit † ſi agi- 9
tur actione pœnali, verum non ad pœnam, ſed ad rem, ut in actione rerum amotarum fit, quæ ex delicto oritur, ſed non ad pœnam, verum ad rem reſtituendam intentatur, *l. rerum. 26. & l. contra §. fin. de act. rer. amot.*

Summaria.

In L. In omnibus cauſis.

1 *Vnde lex hæc deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa conveniant.*

2 *Pro facto habetur illud, quod quis facere voluit, verum vi & iuſto metu perterritus facere non fuit auſus.*

3 *Exemplum. Sententia definitiua contra me eſt lata in iudicio, à quo tanquàm à grauamine iuſte appellare conſtitui, ſed vel ob iudicis ſeueri & atrocis, vel aduerſarii potentis metum congruo tempore non appellaui, ſed proteſtatus ſum ſaltem de ea coram certis teſtibus, Quæritur, an hoc factum habeatur pro appellatione?*

4 *Exemplum aliud. Si mulier conſtituit alienationem bonorum ſuorum à marito factam infringere, ſed metu mariti id facere non potuit, teſtata tamen eſt ea de re coram quibusdam hominibus, Quæritur, an illud factũ habeatur pro diſſenſu?*

5 *Regula hæc procedit, non in quolibet metu, ſed in tali, qui in conſtantem hominem cadere poteſt, ut eſt metus mortis, cruciatus corporis, & amiſſionis bonorum.*

Ibid. Metus probandus eſt ab allegante ex indiciis & coniecturis, item teſtibus. Vani enim timoris nulla eſt excuſatio.

6 *Minor metus in muliere, quàm in viro exigitur. Itaq; in metu qualitas & conditio perſonarum conſideranda eſt.*

7 *Regula item non procedit in metu, quem quis paſſus eſt ſua culpa, ſed in quem quis ſine ſua culpa incidit.*

8 *Duplex Lectio huius Regulæ. Vna Decii: altera Haloandri, Pandect. Florentin. Rauardi & Oldendorpii.*

9 *Si tibi promiſi ſub certa pœna, quod velim me iudicio ſiſtere, poſtea autem, dolo tuo impeditus, ſiſtere me iudicio non potui. Quæritur, an poſſis me de pœna conuenire?*

REGULA XXXIX.

In omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorreſcit, quo minus fiat.

1 DEſumpta † eſt hæc Regula ex lib. 32. Pompon. ad Sabin. & conueniunt cum ea *l. generaliter. 79. l. qui dolo deſierit. l. parem eſſe conditionem. l. in Iure Ciuili. infr. eod. l. Mæuia. ff. de annuis leg. l. ſi ita. ff. de con-*
2 *dit. inſtit.* Docet † autem, quod pro facto habeatur illud, quod quis facere voluit, verum vi & iuſto metu perterritus facere non fuit auſus: verbi gratia:
3 Sententia † definitiua contra me eſt lata in iudicio, à qua, tanquam à grauamine, iuſtè appellare conſtitui, ſed vel ob Judicis ſeueri & atrocis, vel aduerſarii potentis metum congruo tempore non appellui, ſed proteſtatus ſum ſaltem de ea coram certis teſtibus, quæritur, an hoc factum habeatur pro appellatione? Et reſpondetur ex ſententia Regulæ noſtræ, quod ſic: quia pro facto, hoc eſt, pro ap-
4 pellatione habetur, quod facere volebam, verum iuſto

iuſto metu impeditus & perterritus facere non potui. Sic † ſi mulier conſtituit alienationem bonorū 4
ſuorum à marito factā infringere, ſed metu mariti id facere non potuit, teſtata tamen eſt ea de re corā quibusdam hominibus, quæritur, an illud factum habeatur quo diſſenſu, & reſpondetur quod ſic. Idē n. eſt ac ſi mulier non conſenſiſſet in alienationem bonorū ſuorū. Procedit † hæc Regula non in quoli- 5
bet metu, ſed in tali qui in conſtantem hominē cadere poteſt, ut eſt metus mortis, cruciatus corporis, & amiſſionis bonorū *l. continet. ff. quod met. c. l. interpoſitas. C. de tranſ.* quia metus eſt probandus ab allegante ex Indiciis & coniecturis: item teſtibus: Non autem procedit in vano timore, quia vani timoris nulla eſt excuſatio, *l. vani timoris. Infr. eod. & l. metu. ff. quod met. c.* Quamvis † interdum etiam valere poſſit 6
in leui metu, pro qualitate perſonæ quæ in metu probè eſt conſiderāda, teſte Dec. *hic n. 3.* Ubi inquit, *quod minor metus in muliere, quā in viro exigatur, & ob id in metu qualitatem & conditionem perſonarum conſiderādam eſſe.* II. Non † procedit in metu, quem quis pasſus 7
eſt ſua culpa, ſed in quē quis ſine ſua culpa incidit, arg. *l. ſimul. ff. quod met. c.* Dec. *hic n. 2.* Porro † duplex eſt 8
lectio h. r. I. Vulgaris eſt, de cuius intellectu hactenus diximus, & quā ſequūtur Dec. & Cag. *hic.* Eſtq; talis: *in omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorreſcit, quo minus fiat.* II. Lectio, quā Haloander, Pandectæ Florentinæ, Ræuard. nec non Oldend. *hic* ſequūtur, talis eſt: *In omnibus cauſis pro facto accipitur id, in quo per alium mora ſit, quo minus fiat.* Et huius lectionis ſenſus cōuenit cū *c. cum non conſtat. de R. I. in 6.* Ut † ſi tibi promiſi ſub certa pœna, quod 9
velim me iudicio ſiſtere, poſtea autem dolo tuo

impe-

Digitized by Google

impeditus, ſiſtere me iudicio non potui, quæritur an poſſis me de pœna conuenire? & reſpondetur quod non, quia per me non ſtat, quò minus adimpleta ſit promiſſio, ſed per te, qui dolo me remoratus es, & feciſti, quò minus venire potuerim: tibi igitur imputes quod me dolo impediuiſti, quo minus comparere potuerim. De hoc intellectu videatur Dyn. *in c. cum non ſtat. de R. I. in 6.*

Summaria.

In L. Furioſi vel eius.

1 *Origo Regulæ huius & convenientia.*

2 *Furioſus & prodidus pari paſſu in iure noſtro ambulant.*

3 *Prodigus eſt, qui nec tempus, nec modum, nec finem habet expenſarum, ſed bona ſua dilapidando & diſſipando profundit.*

4 *Sicut furioſus nullam habet voluntatem, nullum conſenſum: ita nec prodigus, quod tamen verum eſt ſecundum quid, non ſimpliciter, & nu. 5.*

6 *Sicut furioſus neq; alienare, neq; alienationi conſentire poteſt, ita & prodigus.*

7 *Nec teſtamentum facere, ſicut furioſus.*

8 *Furioſus & prodigus in multis differunt. Primo Furioſus ex delicto in furore perpetrato non punitur, ſecus in prodigo.*

9 *Furioſus nullum negotiũ contrahere poteſt: ſed prodigus poteſt.*

10 *Prodigus hæres inſtitutus adire hæreditatem poteſt: ſecus eſt in furioſo.*

11 *Regula hæc à Furioſo ad Prodigum valet ſecundum quid, non ſimpliciter.*

12 *Prodigus ſtipulando ſibi alios obligare poteſt, non autem furioſus.*

13 *Sicut pupilli conditionem ſuam meliorem facere poſſunt: ita & prodigi.*

Regula XL.

Furioſi, vel eius, cui bonis interdicitur, nulla voluntas eſt.

De-

DEſumpta † eſt hæc L. ex lib. 34. Pomponii ad Sabin. & habet concordantes *tex. in l. 5. Sup. eod. l. 20. ff. de aqu. pluu. arc. l. 4. ff. de curat. furioſi. §. furioſum. Inſt. de inutil. ſtip. l. qui ſeruum ff. de procurat. l. oratione §. fin. ff. de ritu nupt.* Docet † autem breuiter, quod furioſus & prodigus pari paſſu ambulent in Jure noſtro, hoc eſt, æquiparentur, ſeu, quod furioſus & prodigus nullum habeant conſenſum, nullam voluntatem, & ob id non poſſe contrahere, vel alium actum, in quo conſenſus exigitur exercere. Quoniã de furioſo, quid ille ſit, quotuplex, & quomodo ex contractu & delicto obligetur, ſupra in Regula 5. dict. eſt, hic nihil de eo addam, ſed tantum de prodigo loquar, quomodo ille obligetur & furioſo æquiparetur. Sciendum † autem eſt, illum dici prodigum, qui nec tempus, nec modum, nec finem habet expenſarum, ſed bona ſua dilapidando & diſſipando profundit, *l. 1. §. 1. ff. de cur. fur.* & dignoſcitur ex factis, non ex ſermonibus, teſte Bart. *in l. is qui §. Diuus. ff. de tutor. & cur. dat. ab his.* Vel, ut Cicero vult *lib. 11. off.* ille dicitur prodigus, qui epulis, viſcerationibus, gladiatorum muneribus, ludorum venationumq; apparatu, ſcortationibus & ſimilibus pecunias profundit in eas res, quarum memoriam aut breuem aut omnino nullam ſint relicturi. Et hunc dicit eſſe ſimilem Juriſconſultus furioſo. Nam † ſicut furioſus nullam habet voluntatem, nullum conſenſum, ita nec prodigus, quod tamen verum eſt ſecundum quid, non ſimpliciter, Nam licet prodigi æquiparentur furioſo: Primum in eo, quod † ſicut furioſus nullam habet voluntatem, ita & prodigus, ut in hac Regula noſtra Juriſconſultus teſtatur. Secundò, quod † ſicut furio-

1 2 3 4 5 6

ſus

Digitized by Google

ſus neque alienare, neque alienationi conſentire poteſt, ita & prodigus, *l. Iulianus. ff. de curat. furioſi.*

7 III. Nec † teſtamentum facere, ſicuti furioſus, *§. præterea. Inſtit. quibus non eſt permiſſum fac. teſt.* tamen in multis differunt furioſus, & prodigus. Furioſus

8 † enim ex delicto in furore perpetrato non punitur, *l. Diuus. ff. de off. præſid.* Secus eſt in prodigo, is enim in delictis pro integro & intelligente habe-

9 tur, & ob id etiam obligatur. II. Furioſus † nullum negotium contrahere poteſt, hoc eſt, neque ſe obligare alteri, neque alterum ſibi, ſed prodigus ſuam conditionem poteſt facere meliorem, *l. 3. de*

10 *nouation.* III. Prodigus † hæres inſtitutus adire hæreditatem poteſt, *l. 5. ff. de acquir. hæred.* Secus eſt in furioſo, quia, qui hæreditatem adit, loqui & intelligere debet, quid agatur, quod non poteſt fu-

11 rioſus, ut ſupra *in l. 5.* dictum eſt. Valet † igitur hæc Regula à furioſo ad prodigum, ſecundum

12 quid, non ſimpliciter. Quod † enim dicitur, quod neuter habeat voluntatem ſeu velle, verum eſt quoad obligationem & alienationem rerum ſuarum: Neuter enim ſeſe alteri obligare, vel bona ſua alienare poteſt; Verum quoad alios ſibi obligandos, non valet, quia prodigus ſtipulando ſibi alios obligare poteſt, non autem furioſus *l. is cui bonis. ff. de V. O.* Et ſic pupillo prodigus comparatur.

13 Nam † ſicuti pupilli poſſunt ſuam conditionem facere meliorem, ſine tutorum ſuorum authoritate & conſenſu, deteriorem autem non item: Ita & prodigus, ſicuti optimè id declarat Mynſing. *in §. furioſus. Inſt. de inutil ſtip. nu. 2.* quem videre poteſtis.

SUMMA-

SVMMARIA.

In L. Non debet actori.

1 *Origo & conuenientia Regulæ huius.*
2 *Actor non debet eſſe melioris conditionis, quàm reus.*
3 *Rei fauorabiliores ſunt, quàm actores.*
4 *Si reo poſt publicatas atteſtationes non licet producere teſtes; non debet id etiam actori licere.*
5 *Si reus condemnatur nolens vel iurare, vel ſoluere. Ergo & actor, ſi nolit.*
6 *Actor eſt, qui actionem proponit, & prior ad iudicem prouocat.*
7 *Reus eſt, qui conuenitur, ſeu à quo aliquid in iure petitur.*
8 *Fallit hæc Reg. in l. Iam tamen. §. ſi tamen. ff. iud. ſolui.*

REGVLA XLI.

Non debet actori licere, quod reo non permittitur.

DEſumpta † eſt hæc Lex ex lib. 26. Ulp. Juriſconſulti ad Sabin. habetq; duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. fauorabiliores. l. in pari cauſa inf. hoc tit. & l. in eo ſupr. hoc tit. noſtro. c. non licet actori. de R. I. in 6.* Et docet, † quod actores non melioris conditionis debeant eſſe, quam rei, vel quod illud ipſum, quod actori conceditur, multo magis reo ſit concedendum, & econtra, & quod reo non permittitur vel licet, neque actori permittendum eſſe. Ratio eſt, quia † fauorabiliores rei ſunt, quam actores, *l. fauorabiliores. infr. hoc tit.* & cum partium Jura ſunt obſcura, fauendum eſt potius reo, quam actori, *c. cum ſunt partium. de R. I. in 6.* quod & Conſtantinus Hermenop. *lib. 1. tit. 2.* monet inquiens: Reis parcitur & ſuccurritur potius quàm actoribus: Ut, exempli cauſa: 1 2 3

4 ſi † reo poſt publicatas atteſtationes non licet producere teſtes, non debet id etiam actori licere, quia actor non debet eſſe melioris conditionis, quàm
5 reus, *Authent. Atqui ſemel. C. de probat.* Sic † ſi reus condemnatur nolens vel iurare, vel ſoluere, vel iusiurandum referre: Ergo & actor eſt condemnandus nolens iurare, ſi iuramentum ei à reo refertur, *l. iusiurandum. 34. §. vlt. ff. de iureiur.* Vocamus † autem
6 hoc loco actorem eum, qui actionem proponit, & prior ad Iudicem prouocat, *l. in tribus. l. qui prior. ff. de Iudic.* quem in criminalibus accuſatorem nominamus, *l. qui cum. §. accuſaſſe. ff. de bon. liberor.* licet aliàs variè accipiatur in Iure vocabulum actoris, *l. nec ciuitates. ff. de procurat. l. 5. & l. item. ff. quod cuiuſq; vniuer-*
7 *ſitatis, &c.* Reum † vero vocamus eum, qui conuenitur, ſeu, à quo aliquid in Iure petitur, qui alio nomine fugiens appellatur, *l. properandũ. §. 1. C. de Iudic.*
8 Fallit † hæc prima pars *in l. iam tamen. §. ſi tamen. ff. iud. ſolui.* vbi actoris hæredibus licet, quod rei ſucceſſoribus non permittitur. Hæredes enim rei non habent vnum eligere procuratorem, vt actor damno afficiatur: ſecus eſt in ſucceſſoribus actoris.

SVMMARIA.

In §. In re obſcura.

1 *Quanam leges cum hoc §. conueniant.*

2 *In re obſcura melius eſt fauere repetitioni quàm aduĕtitio lucro.*

Ibid. *Si plures inuicem certant, quidam de lucro captando, quidam verò de damno vitando, melius eſt & ſatius, fauere illis, qui de damno vitando, quàm qui de lucro captando agunt.*

3 *Certantes de lucro minus læduntur, ſi carent lucro, quàm creditores, qui debito ſuo defraudantur.*

4 *Fauere repetitiõi eſt fauere illis, qui repetũt id, quod ſibi debetur.*

5 *Lucro aduentitio fauere eſt fauere illis, qui lucrum actione perſequuntur.*

6 Exem-

6 *Exemplum huius Regulæ in aliquot creditoribus unius debitoris.*

7 *Fauorabilior eius eſt cauſa, qui de damno vitando, quàm qui de lucro captando certat.*

8 *Si par eſt utriuſq; ratio, hoc eſt, ſi uterq; vel omnes de damno vitando agunt, vel de lucro captando certant, potior eſt cauſa poſſidentis.*

§. In re obſcura.

In re obſcura melius eſt, fauere repetitioni, quàm aduentitio lucro.

Secunda pars regulæ, cum † qua conveniunt, *l. fin. C. de condict. indeb. l. fin. §. ſi verò creditores. C. de iure delib. l. 2. §. proinde de eo quod cert. loc.* Docet, † quod in re obſcura melius ſit, fauere repetitioni quàm adventitio lucro, hoc eſt, quod, ſi plures invicem certant, quidam de lucro captando, quidam verò de damno vitando, melius ſit & ſatius, fauere illis, qui de damno vitando certant, quàm qui de lucro captando agunt. Vel regula docet, vt faueamus illis potius, qui repetunt id quod ſuum eſt, & quod ſibi debetur, quàm qui lucrum aduenticium perſequuntur. Ratio eſt, quia iura docent, neminem eſſe lædendum, *§. fin. Inſt. de Iuſt. & Iur.* ſed certantes † de lucro minus læduntur, ſi carent lucro, quàm creditores, qui debito ſuo defraudantur: Melius igitur eſt, fauere illis, qui ſuum repetunt, quàm qui lucrum conſequi ſtudent. Fauere † autem repetitioni eſt nihil aliud, quam fauere illis, qui repetunt id quod ſibi debetur. Lucro † verò aduentitio fauere, eſt fauere illis, qui lucrum actione perſequuntur: ut ecce; ſunt † plures diuerſi

[margin numbers: 1, 2, 3, 4, 5, 6 beside the lines where each † occurs]

Digitized by Google

generis creditores vnius debitoris, quorum primus eſt creditor ex mutuo, ſecundus ex empto, tertius ex donatione, quartus ex legato ſeu fideicommiſſo Hi cum omnes ad ſolutionem tendant, vt merito, an bona ad omnes obligationes diſſoluendas ſint ſuffectura, addubites, quæritur, qui quibus in ſolutione ſint anteponendi? Et ait Vlp. quod magis repetitioni ſit fauendum, id eſt, illis creditoribus, qui vel ſuum, vel quod ex oneroſo aliquo cōtractu eis debetur repetunt, *l. in honorariis. ff. de act. & obl.* quàm aduentitio lucro, i. e. illis creditoribus, qui aduentitium lucrum perſequuntur, per quod ex mera debitoris liberalitate actionem ſunt conſecuti, nimirum ex teſtamento, donatione, vel aliis id genus modis. Et hoc eſt, quod dicitur: Fauendum eſt magis ei qui de damno vitando, quàm qui de lucro captando certat: ſiquidem fauorabilior eſt eius cauſa, qui de damno vitando, quā qui de lucro captando agit, *l. fin. ff. ex quibus cauſis maior, &c. l. verùm de dolo.*
7 *§. item quæritur. ff. de minoribus.* Et † ſic procedit hæc ſecunda pars, ſi alter de damno vitando agit, alter
8 vero de lucro captando certat. Si † vero par eſt vtriuſque ratio, hoc eſt, ſi vterq; vel omnes de damno vitando agunt, vel de lucro captando certant, potior eſt cauſa poſſidentis, *l. in pari cauſa. & l. cum par eſt delictum. Infr. eod. & l. in eo quod vel is. Supr. eod.*

SUMMARIA.

In L. Qui in alterius.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam Leges cum illa conueniant.*

2 *Hæres*

2 *Hæres in rebus & geſtis defuncti iuſtam & probabilem habet ignorantiam, quæ ipſum à mora, dolo & impenſis excuſare poteſt.*

3 *Hæres verſatur in facto alieno defuncti, & facti alieni tolerabilis eſt ignorantia.*

4 *Si hæres rem apud defunctum depoſitam, vel defuncto commodatam ignorans diſtraxit, dolo non ſit obnoxius.*

5 *Exemplum aliud huius Regulæ.*

6 *Procedit Regula, ſi hæres, qui in alterius locum ſuccedit conuenitur, & rem ſuam, quam per ſucceſſionem acquiſiuit, tueri & damnum ſubterfugere conatur: ſecus ſi ipſe hæres contra alios agere & experiri vult ex facto defuncti*

7 *Procedit etiam tantum in iis, quæ probabiliter hæres ignorare poteſt; non autem in iis, quæ ex teſtamento palàm eſſe poſſunt.*

Ibid. Hæres ſtatim ab apertis tabulis præſumitur notitiam habuiſſe illorum omnium, quæ in teſtamento habentur.

8 *Hæres, ſi quando agit de damno vitando, excuſatur propter probabilem ignorantiam; ſecus ſi de lucro captando agat.*

9 *Fideiuſſores propter ignorantiam probabilem facti principalis debitoris excuſantur contra creditorem.*

10 *Eius rei exemplum.*

REGVLA XLII.

Qui in alterius locum ſuccedunt, iuſtam habent cauſam ignorantiæ, an id, quod petitur, debeatur. Fideiuſſores quoque non minus, quàm hæredes, iuſtam ignorantiam poſſunt allegare. Hæc ita de hærede dicta ſunt, ſi cum eo agatur, non etiam ſi agat: nam planè, qui agit, certus eſſe debet: cum ſit in poteſtate eius, quando velit experiri: & antè de-

Digitized by Google

bet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

1 CAii † Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 9. ad Edict. Prou. & conueniunt cum ea *l. qui in Ius. infr. eod. l. 1. §. fin. ff. depoſ. l. ſi fideiuſſor. §. 1. ff. mandati. l. puer. in fine. ff. de dolo malo. c. cum*
2 *quis ſuccedit. de R.I. in 6. & ibi* Dyn. Docet † autem, quod hæres in rebus & geſtis defuncti iuſtam & probabilem habeat ignorantiam, quæ ipſum à mora, à dolo, & impenſis excuſare poſſit, h. e. quod hæres, qui ſuccedit defuncto, iuſtam prætexere poſſit ignorantiam, ne ob moram vel ad Intereſſe, vel ad uſuras, vel ad damna & impenſas condemnetur, vel doli inſimuletur. Ratio eſt, quia
3 hæres verſatur in facto al eno defuncti: At † facti alieni tolerabilis eſt ignorantia, *l. fin. ff. pro ſuo. l. ſi mulier. ff.* ad Senatuſconſ. Vell. Meritò igitur hæres excuſatur, quia ignorat factum alienum, quod
4 probabiliter ignorare poteſt. Unde † ſi hæres rem apud defunctum depoſitam, vel defuncto commodatam, ignorans diſtraxit, dolo non fit obnoxius, quia ignorauit rem apud defunctum eſſe depoſitam, vel defuncto commodatam, quæ ignorantia probabilis eſt, tanquam facti alieni: idcircò hæres etiam non tenetur de dolo, ſed ſaltem ad precium rei venditæ, quod ad eum peruenit, quod ſi reſtituere recuſat, extra culpam non erit, ad depoſitum tamen vel commodatum quod attinet, non obligatur, ut eius nomine dolum præſtet, *l. 1.*
5 *§. fin. & l. 2. ff. depoſiti.* Sic † moritur quis, qui habet fundum emphyteuticum, & ſine conſenſu Domini emphyteuſis vendi non poteſt, ut probatur, *in l. 2.*

C. de

Digitized by Google

C. de Iure emphy. Verum hæres ignorans eſſe fundum emphyteuticum, vendit eum poſt mortem defuncti, inſcio & ignorante Domino emphyteuſeos, quæritur an hæres propterea à iure ſuo cadat, & fundum emphyteuticum amittat, ſicuti aliàs ſolet amittere emphyteuta, ſi ignorante Domino alienat? Et reſpondetur quod non: quia hæres habet probabilem facti alieni ignorantiam, cum in ius alterius ſucceſſerit, ut teſtatur hæc Regula *d. c. cum quis ſuccedit. extr. eod. in 6.* Procedit † tamen Regula, ſi hæres, qui in alterius locum ſuccedit, conuenitur, & rem ſuam, quam per ſucceſſionem acquiſiuit, tueri & damnum ſubterfugere conatur: 6
Secus ſi ipſe hæres contra alios agere & experiri vult ex facto defuncti. Nam tunc non profuerit ei prætexere ignorantiam facti defuncti, cum is qui agit certus eſſe debeat de ſua actione, & antè rem diligenter explorare, & poſt explorationem ad agendum procedere, ut probatur hic in verbis: *Hæc ita de hærede dicta ſunt, ſi cum eo agitur, non etiam ſi ipſe agit, & l. quando C. de dilation. l. in ſumma. § ſi ſeruum. ff. de condict. indebit.* II. Procedit † tantum in iis, quæ 7
probabiliter hæres ignorare poteſt, Non autem in iis, quæ ex teſtamento palàm eſſe poſſunt. In iis n. hæres cauſam ignorantiæ allegare nequit, ſiquidẽ ſtatim ab apertis tabulis præſumimus, hæredem omnem noticiam concepiſſe, quæ in teſtamento habentur: ſiue igitur ex cauſa legati ſiue alia quauis in teſtamento comprehenſa conueniatur, neq; moram neque impenſas ob ignorantiæ prætextum euitabit, *l. non eſt ferendum. ff. de tranſact.* Dec. *hic nu. 3.* III. Procedit † ſi agitur de damno vitando, 8
quia tunc hæres excuſatur propter probabilem

ignorantiam, ſecus ſi de lucro captando agitur.
9 Dec. *hic*, Cagnol. *n*.12. Et † quod de hærede dictum eſt, illud etiam Caius ad fideiuſſores transfert, quaſi & illi propter ignorãtiam probabilem facti principalis debitoris excuſentur contra creditorem, vt probatur *hic*: & ſic denuo habemus tex. & probationem, quæ teſtatum facit, procedere argumentum
10 ab vltima voluntate ad contractus. Vt † Titius datus eſt fideiuſſor Seii, qui adueniente tempore ſolutionis pro principali debitore ſoluit, ne in damna, impenſas & intereſſe condemnari poſſit, neſciens principalem debitorem antea ſoluiſſe debitum: Quæritur hoc in caſu, vtrum Titius repetere poſſit indebitè ſolutum? & Reſpondetur quod ſic, quia iuſtam habuit ignorantiam, *l. fideiuſſor. ff. mand.*

Summaria.

In L. Nemo ex his.

1 *Regula huius duæ partes: Prioris origo, & aliarum cum ea Legum concordantia.*

2 *Reus non prohibetur pluribus exceptionibus vti, quamuis diuerſa ſint.*

3 *Natura ſuadet, quocunque modo quis poſſit, vt ſe defendat.*

4 *Exemplum huius rei, de quodam homicidium perpetrante.*

5 *Aliud exemplum in contractu mutui.*

6 *Sunt quidam caſus, in quibus Lex vetat plures opponere exceptiones.*

7 *Exemplum huius rei.*

8 *Fallit Regula in eo, qui ſe negat ſocium. Nam ſi probetur ſocius, & poſtea vult vti priuilegio, vt in quantum facere poſſit, condemnetur, non auditur.*

9 *Fallit, ſi conuentus de pauperie, negat animal eſſe ſuum, poſtea autem conuictus animal pro noxa dare vult, nec ſolidum ſoluere, non auditur, ſed ſolidum ſoluere cogitur.*

10 Fal-

10 *Fallit in compenſatione.*

11 *Fallit, ſi quis negat ſe poſſidere rem aliquam, nam conuictus poſtea ad aliam exceptionem confugere non poteſt.*

REGULA XLIII.

Nemo ex his, qui negant ſe debere, prohibetur etiam alia defenſione uti, niſi lex impediat.

VLp. † eſt hæc Regula, deſumpta ex libro 28. 1
eius ad Edict. habetque duas partes, cum quarum prima conveniunt *l. nemo prohibetur. l. is qui dicit ff. de except. c. nullus pluribus. de R. I. in 6.* Et † 2
docet, quod reus non prohibeatur pluribus uti Exceptionibus, quamuis diuerſæ ſint: & ideò ſi unius probatione deſtituitur, venire ad aliam non prohibetur, quod & Juſtin. teſtatur *in §. qui autem vult. Inſt. de excuſ. tutor. & cur.* Et ratio, ob quam cumulari poſſunt exceptiones, conſiſtit in defenſione, quæ eſt iuris naturæ. Natura † enim ſua- 3
det, quocunque modo quis poſſit, ut ſe defendat, nec occludit viam defendendi reo, quod non eſt in actionibus, ut in ſecunda parte dicetur: Ut,
† ſi ego accuſor de homicidio, poſſum primum 4
excipere contra accuſatorem, negando homicidium, quod ſi accuſator probat, homicidium à me eſſe factum, ad aliam venire exceptionem non prohibeor, nimirum ad exceptionem legitimæ defenſions, & dicere, me quidem eum interfeciſſe, ſed id feciſſe ad mei defenſionem, teſte Bartol. *in l. cum de indebito. ff. de probat.* Sic † ſi quis 5

me convenit ex mutuo dicens, me ei debere 100. Poſſum primum excipere, negando debitum: quod ſi verò ille probat per inſtantiam vel teſtes, poſſum alia exceptione uti, nimirum exceptione non numeratæ pecuniæ, pacti de non petendo, vel ſimili, ut probatur *hic*, *& in l. is qui l. nemo. ff. de except.* Poſſum igitur ſimul & ſemel, vel diverſis temporibus plures proponere defenſiones, quibus omnibus mediantibus vel altera earum exclu-
6 ditur intentio actoris. Fallit † tamen Regula in certis quibusdam caſibus, in quibus lex vetat plures opponere exceptiones, ut probatur *hic in tex.* in
7 verbis: *niſi lex impedit*: Ut, primum ſi † quis negat aliquid relictum eſſe in teſtamento huic vel illi, convictus autem decurrere intendit ad legis ſubtilitatem, dicendo, teſtamentum non iure factum eſſe, nihil efficit, vel proderit ei illa exceptio, ſed ſimpliciter cogitur ad ſolutionem legati, *§. fin. In-*
8 *ſtit. de fideicom. hæred.* II. Fallit † in eo, qui ſe negat ſocium. Nam ſi probetur ſocius, & poſtea vult uti priuilegio, ut, in quantum facere poſſit, condemnetur, non auditur, *l. ſed hoc ita. §. 2. ff. de re iudic.*
9 III. Fallit, † ſi conuentus de pauperie, negat animal eſſe ſuum, poſtea autem conuictus, animal pro noxa dare vult, nec ſolidum ſoluere, non auditur, ſed ſolidum ſoluere cogitur, ut probatur *in l.*
10 *1. §. Interdum. ff. ſi quadrup. pauper.* IV. Fallit † in compenſatione. Nam ſi quis te convenit ex mutuo, & tu primum negas te quicquam debere, conuictus verò vis opponere exceptionem compenſationis, non audiris, nec uti poteris hoc in caſu pluribus exceptionibus, *l. fin. C. de compenſat.* V. Fallit,
11 † ſi quis negat ſe poſſidere rem aliquam, conuictus

poſtea

Digitized by Google

poſtea ad aliam exceptionem confugere non poteſt, *l. fin. ff. de rei vend.* & ratio ſpecialitatis horum caſuum eſt mendacium, quod puniri neceſſe eſt, teſte Dyn. *in c. nullus pluribus num. 7. de R. I. in 6.* quem videte.

SVMMARIA.

In §. Quoties concurrunt.

1 *Conuenientes §. huic Leges.*
2 *Actor, cui plures competunt actiones de vna & eadem re, & ad unum & eundem finem tendentes, omnibus uti non poteſt, ſed neceſſe habet unam ex illis eligere, qua iudicium conteſtetur.*
3 *Exemplum.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Procedit Regula in omnibus actionibus realibus & perſonalibus, ad unum eundemq́ finem tendentibus.*
6 *Secus, ſi ad diuerſum finem & effectum tendunt actiones plures, vni competentes, tunc enim omnibus uti, eaſq́ vel ſimul, vel aliam poſt aliam opponere licet.*
7 *Exemplum.*
8 *Exemplum aliud.*
9 *Exemplum aliud.*
10 *Fallit Regula, ſi facto adverſarii incertum eſt, quanam actio mihi competat: tunc enim plures intendere poſſum.*

§. Quoties.

Quoties concurrunt plures actiones eiuſdem rei nomine, vna tantum quis experiri debet.

Secunda † pars huius L. cum qua conueniunt *l. quod in hærede. §. eligere. ff. de tribut. act. l. cum filius. 76. §. variis. ff. de leg. 2. c. ſi quis duas. de elect. in 6. l. 4. 5. & 6.* 1

ff. de except. rei iudic. l. plura. 53. ff. de act. & obl. l. pro ſocio. §. 1 ff. pro ſocio. l. ſi is qui. ff. de act. & oblig. l. non
2 *eſt novum. ff. de act. emti.* Docet †, quod actor, cui plures competunt actiones, de una & eadem re, & ad unum & eundem fontem tendentes, omnibus uti non poſſit, ſed neceſſe habeat ex illis unam eligere, qua Judicium conteſtetur, hoc eſt, quod actor, cui plures actiones de una & eadem re competunt, nec ſimul proponere, vel alia poſt aliam uti poſſit, ſed unam eligere debeat, quam intendat. Ratio eſt, quia ſi pluribus uti poſſet, eandem rem bis conſequeretur contra naturalem æquitatem quæ dictitat, quod bona fides non patiatur, idem bis exigi, *l. bona fides. inf. eod. & c. bona fides. de R. I. in 6. & ibi* Dyn. vel certè duplicata litigandi mole-
3 ſtia diuidi neceſſarium eſſet res controuerſas. Vt † ecce, legatario duæ actiones ad conſequendum legatum competunt, rei vendicatio, & actio ex teſtamento. Verũ utramq; ſimul opponere non poteſt. Si enim agit rei uendicatione ad partem legati, & actione ex teſtamento ad æſtimationem alterius partis, non auditur, *l. cum filius. §. variis. ff. de legat. 2.*
4 Sic † qui cum ſeruo, non contradicente Domino, negotiante contrahit, habet actionem tributoriã & de peculio. Verum utramq, inſtituere non poteſt, ſed unam eligere tenetur, qua experiatur, ut probatur *in l. in hæredem. §. 1. & l. aliquando. ff. de trib.*
5 *act.* Procedit † Regula in omnibus actionibus realibus & perſonalibus ad unum & eundem finem tendentibus, ſeu quæ competunt alicui unius & eiusdem rei nomine ut probatur *hic & in l. de eadem*
6 *re Cum l. ſeq. ff. de excep. rei iudic.* Secus † ſi ad diuerſum finem & effectum tendunt actiones plures uni cõpeten-

petentes, tunc enim omnibus uti, easque ſimul & ſemel, vel unam poſt aliam opponere licet, *l. non eſt nouum. ff. de act. empti. & in l. namq; actiones Inſt. hoc. tit.* Ut, † ecce actio pro ſocio concurrens cum actione communi diuidundo, nō conſumitur per actionem communi diuidundo, ſiquidem iudiciū pro ſocio & nominum habet rationem, & adiudicationem nō admittit, *l. ſi actum ſit. 43. ff. pro ſocio.* Sic † quando plura delicta coucurrunt, non dubitatur quia ſingulis factis ſingulæ actiones pœnæque debeantur, ſiue unus ea fecerit, ſiue plures. *l. Item Melæ §. 2. ff. ad l. Aquil.* Idem † eſt, ſi ex uno delicto plures actiones oriuntur, quarū alia plus, alia minus præſtat actori, veluti arborum furtim cæſarum, Item furtum, quo caſu Ulp. ſcribit, aliam ab alia nō conſumi, ſed omnes intendi poſſe, quoniam ad diuerſa tendūt, *l. cum ex uno ff. de act. & obl.* Secus ſi una actio non plus continet, quam alia, tunc n. omnibus uti non licet, *l. plura. ff. de act. & obl.* II. Fallit, † ſi facto aduerſarii incertum eſt, quænam actio mihi competat, tunc n. plures intendere poſſum, *l. 1. §. quia autē, ff. quorum legatorū* Vide Hottom. *in lib. illuſtriū quæſt. quæſt. 28.* Mynſing. Zaſ. & alios *in §. ſi minus in intentione. Inſt. de action.* Item DD. *in l. edita C. de edendo.*

7

8

9

10

SUMMARIA.

In L. Toties in hæredem.

1 *Origo & Conuenientia Legis huius.*
2 *Hæres ex delicto vel dolo defuncti conueniri non poteſt, niſi quatenus ex eo factus eſt locupletior.*
3 *Pœna debet manere ſuos aut heres.*
4 *Hæres ex proprio ſuo dolo conveniri poteſt.*

5 Pro-

5 *Procedit Regula, ſi ſucceſſores vel hæredes conueniuntur ex dolo & de ipſo defuncti: extra contractus à defuncto perpetrato.*

6 *Secus ſi ex dolo defuncti in contractibus commiſſo conveniuntur.*

7 *Fallit Regula in condictione ſurtiua. In ea enim hæredes, non pro parte, quæ ad eos peruenit, ſed in ſolidum tenentur, etiamſi nihil etiam ad eos peruenerit.*

Regvla XLIV.

Toties in hæredem damus actionem de eo, quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, nón quoties ex ſuo.

1 DEſumpta † eſt h.l. ex lib. 29. Juriſconſulti Ulp. ad Ed. & habet concordantes tex. *in l. pupillum. §. in hæredes. infr. hoc tit. in l. quod in hærede. ff. de trib. act. l. ſicut. ſupr. hoc tit.* Ubi hanc l. explicaui-
2 mus. Docet † autem, quod hæres ex delicto vel dolo defuncti conueniri non poſſit, niſi quatenus ex eo factus ſit locupletior, vel quantum ad eum peruenerit, hoc eſt, quod contra hæredem actio inſtitui non poſſit, propter delictum & dolum defuncti, ſi nihil fructus, utilitatis vel commodi ad hæredem ex dolo vel delicto peruenit: Si verò aliquid peruenit ad hæredem, actio ſaltem ad id inſtituitur, quod ad eum pervenit, & non ulterius.
3 Ratio eſt, quia † pœna debet manere ſuos authores, *l. ſancimus. C. de pœn.* & nemo debet puniri propter alterius factum, *l. 1. & 2. C. ne fil. pro patre.* Se-
4 cus † eſt ſi hæres ex proprio dolo ſuo convenitur, tunc enim in ſolidum tenetur, licet parũ vel nihil ad eum peruenerit. Ratio eſt, quia cum ſit author de-

Digitized by Google

delicti, merito ex proprio ſuo dolo in ſolidum tenetur, *l. in hoc iudicium. ff. de ſer. corrupto.* Procedit † 5
Regula, ſi ſucceſſores vel hæredes conueniuntur ex dolo & delicto defuncti extra contractus à defuncto perpetrato, puta per vim, rapinam vel ſimilem maleficii ſpeciem. Secus † ſi ex dolo defuncti 6
in contractibus commiſſo conveniuntur. Tunc enim in ſolidum ex dolo defuncti obligantur hæredes, ut probatur *in l. ad ea. § . ſemper qui dolo. inf. hoc tit.* Idem probatur *& in l. ex depoſiti. & in l. ex contractibus ff. de act. & obl.* II. Fallit † in condictione fur- 7
tiua. in ea enim hæredes, non pro parte, quæ ad eos peruenit, ſed in ſolidum tenentur, etiamſi nihil etiam ad eos pervenerit. Id quod in condictione furtiua, quæ ex delicto deſcendit, ſpecialiter odio furum introductum eſt, teſte Matth. Weſ. *in parat. de condict. ſurt. nu. 7.*

SVMMARIA.

In L. Neq; pignus.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, quæq; cum ea aliæ Leges conveniant.*

2 *Rei propria neq; pignus, neq; depoſitum, neq; precarium, neq; emptio, neq; locatio, nec ſtipulatum, nec legatum vel commodatum fieri poteſt.*

3 *Quod noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri nequit.*

4 *Vna & eadem res pluribus ex cauſis ad nos pertinere non poteſt.*

5 *Sua res nemini ſeruire poteſt.*

6 *Qui rem ſuam oppignorari, aut apud ſe deponi patitur, aut vtendam rogat, vel ſtipulatur, is pignoratitia, depoſiti, commodati, vel ex ſtipulatu actione non tenetur*

Ibid. *Qui rem ſuam conducit, aut precariò rogat, aut emit, nec precario, nec ex locato vel empto tenetur.*

7 *Propria rei pignus conſiſtere non poteſt: & rei propria depoſitum non valet.*

8 *Regula hæc procedit, quando quis habet dominium plenum alicuius rei, ita vt nihil deſiderari poſſit: ſecus ſi habet dominium reuocabile, vel ſi quid iuris deſideratur adhuc in re: tunc enim aliquid accedere poteſt rei ſuæ.*

Ibid. *In qualibet re multa ſeparatim conſiderari poſſunt.*

9 *Procedit item Regula in emptione, vt, cum poſſeſſio aut ius aliquod, quod alteri in ea re competit, emitur, vel ſi ſub conditione emitur res propria, vel ſub conditione conducitur: tunc enim propria rei emptio vel conductio ſubſiſtit.*

Regula XLV.

Neque pignus, neque depoſitum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei ſuæ conſiſtere poteſt.

1 DEſumpta † eſt hæc Regula ex lib. 30. Ulpiani ad Ed. habetque duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. ſi rem. ff. de pignor. action. l. bona fides. §. vltim. ff. depoſiti. l. in rebus. verſic. Item ſi rem. & l. certè. §. quæſitum. ff. de precario. l. ſua rei. ff. de contrahend. emption. l. qui rem. ff. locati. §. 1. & §. item nemo. Inſtit. de inutilib. ſtipulation. §. ſed ſi rem legatarij. Inſtit. de legat.*
2 Et † docet, quod rei propriæ neque pignus, neque depoſitum, neque precarium, neque emptio, neque locatio, nec ſtipulatum, nec legatum vel com-
3 modatum fieri poſſit. Ratio prima eſt, quia † quod noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri nequit, *§. ſed ſi rem. Inſtitut. de legat. & §. ſi itaque. Inſtitut. de actionib.*
4 II. Quia † vna & eadem res pluribus ex cauſis ad nos pertinere non poteſt, *l. non vt ex pluribus. Infr. eod.*
5 III. Quia † ſua res nemini ſeruire poteſt, *l. vti ff. ſi v-*
6 *ſusfruct. pet.* Qui † ergo rem ſuam oppignorari, aut

apud

Digitized by Google

apud ſe deponi patitur, aut vtendam rogat vel ſtipulatur, is pignoratitia, depoſiti, commodati, vel ex ſtipulatu actione non tenetur: ſicuti qui rem ſuã conducit, aut precario rogat vel emit, nec precario, nec ex locato vel empto tenetur, *l. qui rem. ff. depoſiti.* Et † quod propriæ rei pignus conſiſtere non poſſit, 7 probatur *in l. ſi rem. ff. de pign. act.* ſic quod propriæ rei depoſitum non valeat, probatur *in l. bona fides. ff. depoſiti.* De percario vero habetur textus *in l. in rebus. verſ. Item ſi rem. & in l. certè. §. quæſitum. ff. de precario.* De emptione loquuntur *l. ſuæ rei. de contrah. emption. l. cum æs. C. eod.* De locatione habetur textus *in l. qui rem. C. locati. & in l. ſi aliquam. ff. de acquir. poſſeſſ.* De ſtipulatu eſt textus *in §. 1. & §. item nemo. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* De commodato habetur textus *in l. qui rem. ff. depoſiti.* De legato denique loquitur *§. ſed ſi rem. Inſtit. de leg.* Procedit † Regula, quando quis habet 8 dominium plenum alicuius rei, ita vt nihil deſiderari poſſit: Secus ſi habet dominium reuocabile, vel ſi aliquid iuris deſideratur adhuc in re, tunc enim aliquid accedere poteſt rei ſuæ, ſiquidem in qualibet re multa ſeparatim conſiderari poſſunt, vt ſunt proprietas, poſſeſſio, vſus, habitatio, vtile dominium, & ſimilia, Oldendorp. *in hac Regula noſtra.* II. In † emptione: vt, cum poſſeſſio aut ius aliquod, 9 quod alteri in ea re competit, emitur, vel ſi ſub conditione emitur res propria, vel ſub conditione conducitur, tunc enim propriæ rei emptio vel conductio ſubſiſtit, *l. ſi in emptione. & l. exiſtimo. ff. de contrahend. emption.*

§. Priuatorum.

Priuatorũ cõuẽtio Iuri publico nõ derogat

Secun-

Secunda pars Regulæ eſt, quæ docet, quod ea, quæ Jure publico in contractibus & actibus conſtituta ſunt, priuatorum pactis & conventionibus mutari & tolli non poſſunt, quoniam ſupra *in l. nec ex prætorio.* 27. explicata eſt, hic nihil amplius addam, ſed eò vos remitto.

SVMMARIA.

In L. Quod à quoquam.

1 *Regulæ huius origo & conuenientia.*
2 *Id quod pœnæ nomine ſoluitur, à ſoluente repeti non poteſt, tanquam indebite ſolutum.*
3 *Debitor, qui pignus furto ſubtraxit, ſi furti actione conuentus & conuictus pœnæ nomine quid ſoluit, id non recuperabit.*
4 *Exemplum.*
5 *Exemplum aliud.*
6 *Delicta non debent manere impunita.*
7 *Procedit Regula non tantum in pœnis legalibus, ſed etiam in conuentionalibus, per ſtipulationem promiſſis.*
8 *Procedit non tantum in foro ſeculari, ſed etiam in Pontificio.*
9 *Fallit Regula in l. cum autem. §. fin. ff. de ædil. edict.*
10 *Fallit item, ſi iniuſta pœna eſt impoſita, vel nimis magna.*
11 *Fallit deniq; in ſocio omnium bonorum, qui iniuriarum actione damnatus quid ſoluit.*

REGVLA XLVI.

Quod à quoquam pœnæ nomine exactum eſt, id eidem reſtituere nemo cogitur.

1 DEſumpta † eſt hæc lex ex lib. 10. ad Edict. prouinciale Caii, & conueniunt cum ea, *l. id quod pœnæ.* 74. *ff. de ſolut. l.* 3. *§. condemnatio ff. de tab. exhib.*

l. pœna

l. pœnæ ff. de condict. indeb. l. qui proprio. & l. pœnam ff. de procurat. l. ſi pignore in princ. ff. de pig. act. Et † docet, 2
quod id quod pœnæ nomine ſoluitur à ſoluente repeti non poſſit tanquam indebitè ſolutum. Ut † 3
debitor, qui pignus furto ſubtraxit, ſi furti actione conventus & conuictus pœnæ nomine quid ſoluit, id non recuperabit nec debito imputatur, ſed creditoris lucro accedit, *l. ſi pignore. §. ſed quod ipſis. ff. de pig. act. l. ſi debitor ff. de furt.* Sic † ſi Titius de furto, 4
damno vel Iniuria faciendo tibi mandet, licet impleueris mandatum, & pœnam illius facti nomine præſtiteris, non tamen ullam adverſus Titium habebis mandati actionem per quam id, quod ſoluiſti, recuperare poſſis. Sic † ſi quis ob contumaciam 5
in expenſas condemnatur, non recuperat eas, Bart. *in l. ſi pignore ff. de pig. act.* Nam † quod pœnæ nomi- 6
ne à te exactum eſt, tibi reſtitui non debet. Ratio prima eſt, quia delicta impunita eſſe non debent, quod fieret, ſi pœna propter delictum præſtita reſtitueretur. Secundò, quia de te conqueri debes, & tibi imputare, qui rem illicitam, & ad quam non eras ullo Juris vinculo obligatus, tentaueris. III. Quia ſi pœna reſtituenda eſſet, is qui peteret reſtitutionem, propriam turpitudinem allegaret, quod non eſt admittendum, cum allegans propriam turpitudinem non ſit audiendus, *l. mercat. C. de condict. ob turp. cauſam.* IV. Quia non videtur damnum ſentire, qui ſua culpa damnum ſentit, *l. quod quis ex ſua culpa inf. eod. & c. damnũ extr. eod in 6.* quia qui ſoluit id, quod Jure & ex iuſta cauſa debet, non ſoluit indebitum, *toto tit. ff. de condict. indeb.* Idcirco etiam omnis repetitio ceſſat, ſed pœna debetur delicto ex iuſta cauſa, *l. ſancimus C. de pœn.*

Digitized by Google

Ergo pœna ſoluta propter delictum, & ſic ex iuſta
7 cauſa, repeti non poteſt. Procedit † hæc Regula noſtra, non tantum in pœnis legalibus, ſed etiam in conuentionalibus, & per ſtipulationem promiſ-
8 ſis, teſte Bart. *in l. id quod. ff. de ſolut.* Item † procedit non tantum in foro ſeculari, ſed etiam in Pontificio. Nuſquam enim in ſacris Canonibus reperitur expreſſum, quod pœna propter delictum non debeatur, tantum abeſt, vt ſoluta & exacta repeti poſ-
9 ſit, *c. decenter. diſt.* 89. *c. in legibus.* 12. *q.* 2. Fallit † Regula primum *in l. cum autem.* §. *fin. ff. de ædil. ed.* vbi venditor morboſi animalis, ſi præſtitit pœnam propter moram ſuam, eam recuperat, ſi poſtea emptor agit redhibitoria actione. Ratio eſt, quia emptor agens redhibitorio iudicio, & vincens, reſtituit venditori rem ſuam & pecuniam, non quaſi pœnam, ſed qua-
10 ſi debitum ex natura redhibitionis. II. Fallit, † ſi iniuſta pœna eſt impoſita, vel nimis magna, teſte Cag.
11 *hic num.* 4. III. Fallit † in ſocio omnium bonorum, qui iniuriarum actione damnatus quid ſoluit. Id enim ex communi conſequitur, ſi tantum iniuria Iudicis eſt damnatus, ſecus ſi ob ſuum delictum, *l. cum duobus.* §. *fin. ff. pro ſocio.*

SVMMARIA.

In L. Conſilii non fraudulenti.

1 *Regulæ huius origo, partes & conuenientia.*
2 *Nemo ex conſilio obligatur, modo non ſit fraudulentum.*
3 *Exemplum huius rei.*
4 *Conſilium non neceſſitat, ita vt quis per illud cogatur.*
5 *Sicut mandatarius non tenetur obtemperare conſilio, ſed poteſt obtemperare vel non: ita contra mandans non tenetur ex*

tur ex conſilio, licet mandatarius illud ſequatur: alias claudicaret contractus.

6 *Procedit Regula in contractibus, & quomodo.*

7 *Fallit, ſi conſilium fuerit fraudulentum.*

8 *Exemplum.*

9 *Sicut iniquum eſt, dolum impunitum eſſe, ita doloſum conſilium conſultori potius, quàm alteri nocere debet*

10 *Fallit, ſi certam perſonam conſilium dans adiicit. Exemplum.*

11 *Fallit, ſi aliàs contracturus non fuiſſet mandatarius, ſed conſilio adductus contraxit,*

12 *Fallit in aſſeſſore. Ille enim de malo conſilio tenetur.*

13 *Procedit in delictis.*

14 *Si furtum ſecutum eſt conſilium, non excuſatur conſilium dans, quia iuuare alios, ſuadendo in delictis, ſceleris inſtar eſt,*

REGVLA XLVII.

Conſilii non fraudulenti nulla obligatio eſt: cæterum ſi dolus & calliditas interceſſerit, de dolo actio competit.

VLpiani † eſt hæc Regula deſumpta ex libr. eius 30. ad Edict. habetque duas partes, cum quarum prima conueniunt *l.2.§.tua autem gratia: ff. mandati. c. nullus ex cõſilio. de R.I. in 6. §. interdum quoq; verſ. certè qui nulla: Inſt. de obl. quæ ex del. naſc. §. tua tantùm gratia. Inſt: mand.* Et † docet, ꝙ nemo ex cõſilio obligetur, modo cõſilium nõ ſit fraudulẽtum. i. modo nõ ꝓuiciſcatur ex ãimo doloſo & decipiẽdi cupido: vt ſi † do tibi cõſilium, vt pecuniam tuam potius in mercimoniũ, quàm in ẽptionẽ prediorum conuertas, & male tibi accidit, quia fortè naufragio merces perierunt, quæritur, an ego tibi tenear ex conſilio. Et Reſpondet Iuriſconſultus hic, quod non; modo conſilium non ſit profectum ex animo do-

1 (beside "VLpiani"), 2 (beside "gratia. Inſt: mand."), 3 (beside "vt ſi † do tibi")

loſo, malo & decipiendi cupido. Ratio prima
4 eſt, quia † conſilium non neceſſitat, ita ut quis per illud cogatur. Liberum enim eſt cuique, ut apud ſe exploret, an ſibi conſilium expediat nec ne, §. *tua gratia*. 7. *Inſtit. de mandato*. Secunda ratio ſu-
5 mitur ex collocatione relatiuorum. Sicut † enim mandatarius non tenetur obtemperare conſilio, ſed poteſt obtemperare, vel non: Ita contra mandans non tenetur ex conſilio, licet mandatarius illud ſequatur, aliàs claudicaret contractus, contra *l. Iulianus*. §. *pen. ff. de act. empti*. Procedit † Regula I. in contractibus. Nam licet in contractibus tibi dem conſilium, tamen illud conſilium te non obligat, quia liberum tibi eſt, vel ſequi, vel non ſequi conſilium, §. *tua tantum gratia*. 7. *Inſtit. mandati*. &
7 *l*. 2. §. *tua autem gratia*. *ff. mandati*. Fallit † primò, ſi conſilium fuerit fraudulentum vel doloſum: Illud n. obligat conſulentem, ut hic probatur in verbis: *Non fraudulenti*: & in verbis: *Cæterum ſi dolus*. Nam ſi dolo, vel decipiendi animo quem inducis, ut hoc vel illud faciat, veluti; Si † tui commodi cauſa a-
8 lium, quem ſciebas facultatibus labi, laudaueris & idoneum debitorem affirmaueris, de dolo Judiciũ in te dabitur: *per text. in l. quòd ſi cum*. 8. *ff. de dol*. &
9 *l*. 2. *ff. de proxenet*. Sicut † enim iniquum eſt, dolum impunitum eſſe, ita malignum & doloſum conſilium conſultori potiùs, quam alteri nocere debet, maximè ſi in eſſe deductum eſt conſilium,
10 *l. ſæpè. in fin. ff. de V. S.* II. Fallit, † ſi certam perſonam conſilium dans adiicit, ut ſcilicet huic vel illi pecuniam tuam des fœnori: quoniam ea ſpecie mandans indiſtinctè tenetur, ſiue mandatarius aliàs fuiſſet facturus, ſiue non, *l. ſi remunerandi*. § *pla-*

nè.

Digitized by Google

ne. ff. mandati. Quamuis Faber & alii non aliter velint conſilium eſſe obligatorium, niſi quando alias mandatarius facturus non fuiſſet, tunc enim deſinit habere naturam meri conſilii, teſte Mynſ. *in §. tua autem gratia Inſt. mandati.* III. Fallit † ſecundum communem DD. opinionem, ſi aliàs contracturus 11
non fuiſſet mandatarius, ſed conſilio adductus contraxit, teſte Dyn. *in c. nullus ex conſilio. de R. I. in 6. nu. 2.* IV. Fallit † in aſſeſſore. Ipſe enim de malo conſilio tenetur, *l. 2. ff. quod quiſq; Iur.* Secundò † 12
procedit in delictis ut probatur *in §. Interdum quoq;* 13
in fine Inſtitut. de oblig. quæ ex delict. naſc. ubi dicitur: *Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, ſed tantum conſilium dedit, atq; hortatus eſt ad furtum faciendum, non tenetur furti.* Quod tamen Hotom. *in d. §.* verum eſſe docet, ſi furtum ſecutum non eſt. Nam † ſi furtum ſecutum eſt conſilium, non excuſatur conſilium dans, quia iuuare alios ſuadendo 14
in delictis ſceleris inſtar eſt, *l. aut facta. ff. de pœnis:* Imò plus eſt, perſuadere ad malum, quam ad id compellere; *l. 1. § perſuadere. ff. de ſer. corr.* Tenetur igitur ob conſilium malignum, præſertim ſi abſq; conſilio furtum vel delictum facturus non fuiſſet. Quamvis alii non diſtinguant, an ſine mandato delictum facturus fuiſſet nec ne, Barr. *in §. Interd. Inſt. de oblig. quæ ex delict. per l. ſæpe ff. de V. S.* De hac Regula videatur Schneid. *in §. tua autem gratia. Inſtit. mandati.* & idem *in §. in duplum. Inſt. de action. num. 4. & 5. & in §. interd. Inſtit. de oblig. quæ ex del. naſc.* Item Mynſing. *in d. §. tua & §. interdum.* Dyn. *in c. nullus ex conſilio. de R. I. in 6.*

Digitized by Google

§ Socii mei ſocius.

Socii mei ſocius meus ſocius non eſt.

Secunda pars Regulæ, cum qua conueniunt *l. qui admittitur. l. nam ſocii & l. tua cum erat. ff. pro ſocio.* Item *l. Modeſtinus. de V. S.* ad materiam ſocietatis pertinet. Et docet quod ſocius ſocii mei ſocius meus non ſit. Ratio, quia ſocietas mutuo ſociorum conſenſu contrahitur: Unde pluribus, in eadem ſocietate inuicem coniunctis, ſi quis citra meam voluntatem aut conſenſum alium admittit, is ei ſoli ſocius erit, qui eum admiſit, mihi non erit, qui in ſocietatem eius non conſenſi: Ut ſi Titius, Seius & Pamphilus ſocietatem contrahunt, vel omnium bonorum, vel unius negotiationis ſaltem, & ſolus poſtea Pamphilus alium ſibi ſocium eligit, Mæuium ſcil. in quem nec Titius, nec Seius conſenſerunt, quæritur, an Mæuius, à Pamphilo in ſocietatem receptus, etiam Titii & Seii ſocius eſſe dicatur? & reſpondetur per Regulam noſtram, quod non. Ratio eſt, quia ſocietas omnium ſociorum conſenſu conſtat, & non unius tantum. Verùm hic non omnes conſenſerunt in Mæuium, ergo Mæuius etiam non omnium ſocius erit, ſed illius tantum qui eum recepit; hoc eſt, Pamphili; & ſic vera manet Regula noſtra, quæ dicit, quod ſocii mei ſocius meus nō ſit. Unde ſi ſocii mei ſocius negotiãdo aliquid lucrifacit, illud ex vi noſtræ ſocietatis mihi accommodare non poſſum. Sic ſi ſocii mei ſocius damnum aliquod paſſus eſt, id mihi minimè nocebit. Cum in eius ſocietatem non cõſenſerim, neq; in ſocium eum receperim, *l. qui admittitur. & l. nam ſocii. & l. cum duobus. §. cum erat. ff. pro ſocio.*

Digitized by Google

ſocio. Ex his DD. inferunt, libertum liberti mei non eſſe libertum meum, nec vaſallum vaſalli mei meũ eſſe vaſallum: quod verum eſt, inſpecta conuentionis obligatione, nõ inſpecta re mea: vel, verũ eſt reſpectu alterius rei, non meæ, teſte Dec. *hic n.1.* Item amicum inimici mei, inimicũ meũ non eſſe, quamuis Bart. *in l. ſciendũ. § ſi accuſatio. ff. de leg.* contra ſentiat: quod tamen intelligendum ita eſt, niſi amicitia illa in perniciem meam interceſſerit, qua de re videte Dec. *hic. nu. 3.* & Bart. *in d. l. ſciendum.* Item Bald. *in c. 1. §. rurſus. de conuerſ. inueſtit.*

SVMMARIA.

In L. Quicquid calore.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Omnia, quæ fiunt in ira, non prius rata ſunt, quàm ſi quis perſeueret in ſuo propoſito.*
3 *Exemplum, de dicente iniurioſa verba.*
4 *Exemplum aliud, de muliere, per iracundiam à marito diſcedente.*
5 *In ira nihil rectè, nihil conſideratè fieri poteſt.*
6 *Iracundia, inimica rationi, facit, vt pro ſalutaribus pernicioſa plerunq; apprehendamus.*
7 *Ea, quæ habita & repentina animi commotione quis æſtuans agit, firma eſſe nequeunt, niſi ſuperueniat perſeuerantia.*
8 *Procedit Regula primò, in diuortio.*
9 *Secundo, in Contractibus.*
10 *Tertiò, in voto.*
11 *Quartò, in iuramento, calore iracundiæ præſtito.*
12 *Quintò, in confeſſione.*
13 *Sextò in vltimis voluntatibus.*
14 *Si quis filium calore iracundiæ à ſucceſſione bonorum ſuorum excludit, non verè excluſiſſe illum videtur.*

Digitized by Google

15 *Septimo, in iniuria verbali,*
16 *Octauo, in iocoſe dictis.*
17 *Nonò, in iis, quæ quis teſtandæ magis beneuolentiæ, quàm inducendæ obligationis cauſa in familiari congreſſu; aut conuiuio alteri offert & pollicetur.*
18 *Fallit Regula primò, in iniuria reali.*
19 *Secundò, in aliis grauioribus delictis, ut in homicidio, & ſimilibus.*
20 *Si quis iuſta indignatione, ex iuſta cauſa proſequente, quid commiſit, non quidem plane excuſatur delictum, mitius tamen punitur.*
21 *Si calor iracundiæ non proficiſcitur ex iuſta cauſa, tunc eiuſmodi temeraria & friuola bilis neq; excuſationem, neq; mitigationem pœnæ inducit.*
22 *Tertiò, in leui ira.*
23 *Quartò, ſi quis perſeuerat in propoſito, & dicta vel facta calore iracundiæ ratificat, & confirmat, ſedato animo.*
24 *Quintò, in ira conſulta, ſecus in inconſulta.*
25 *Sextò, in contractu ad pias cauſas facto cum Eccleſia.*

Regula XLVIII.

Quicquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quam ſi perſeuerantia apparuerit. indicium animi fuiſſe: ideoque in breui reuerſa uxor nec diuertiſſe videtur.

1 PAuli † eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 35. ad Ed. & conveniunt cum ea *l. 3. ff. de diuortio. l. Gracchus. C. de adult. l. 2. C. de Iureiur. l. ſi ex cauſa. §. ſi mulier. ff. de minor. c. diuortium. de pœnitentia diſt. 1. c. ſi quis iratus. 2. q. 3.* 2 Et † docet, quod omnia ea, quæ fiunt in ira, vel calore Iracundiæ non prius rata ſint, quàm ſi quis perſeueret in ſuo propoſito, & factum calore Iracundiæ perpetratum perſeueran-

Digitized by Google

tia ſua confirmet. Quod ſi verò ſtatim reuocet, pro nullis habentur, h. e. quòd nemo efficaciter obligetur ex dictis vel factis, calore iracundiæ perpetratis, niſi dicta vel facta illa perſeuerantia confirmentur, hoc eſt, niſi quis perſeueret in ſuo propoſito, & ratificet dicta vel facta, calore iracundiæ perpetrata. Ut, ſi † per iracundiam quis iniurioſa 3
verba dixit, excuſatur propter animi commotionem, dummodo poſtea ſedato animo pœniteat & reuocet, *l. unica.* ubi Salicet. *C. ſi quis Imp. maledix.* Matth. Weſemb. *in parat. de iniur. num.* 4. Sic mulier, † quæ per calorem Iracundiæ ardoremq; ani- 4
mi à marito diſcedit, non videtur diuortium feciſſe, ſi breui reueuertitur: ſecus ſi in illo animo perſeuerat, ut teſtatur hæc Regula, & *l. 3. ff. de diuort.* Ratio huius Regulæ eſt, quia † in ira nihil rectè, 5
nihil conſideratè fieri poteſt. Quæ enim cum aliqua animi perturbatione fiunt, ea nec conſtanter fieri poſſunt, nec iis, qui adſunt, probari, teſte Cic. *lib. 1. Off.* II. Quia † Iracundia, inimica ratio- 6
ni, facit, ut pro ſalutaribus pernicioſa plerumque apprehendamus. Unde Cic. etiam pro Marco Marcello inquit: *Iracundia eſt inimica conſilio, & rationi contraria.* Et *lib. 4. Tuſculanar. quæſtion.* eam furori comparat: ſicut & Horatius, cum inquit: *Ira furor breuis eſt.* Sicuti † itaque ea, quæ à furioſo 7
vel mente capto geruntur, rata eſſe non oportet, ut oſtenſum eſt *in l. In negotiis 5. ſupr. eod.* Ita & ea, quæ quis ſubita & repentina animi commotione æſtuans agit, firma eſſe nequeunt, niſi deferueſcente iam ira, & collecto iterum animo perſeveret in priori propoſito, eaque rata habeat, vel ratificet. Et † hoc procedit primum in divortio. Per 8

calorem n. miſſo repudio, ſi breui reuertitur uxor,
diuortium factum non uidetur, ut probatur *in hac*
9 *Reg. noſtra, & in l.3.ff. de diuort.* II. Procedit † in con-
tractibus, teſte Bart. *hic* & Accurſ. *per l. Locatio. in prin.*
10 *ff. de publ & vectigal.* III. Procedit † in voto, teſte *gl. in*
c. dudum, in verbo: *Calore iracundiæ: extr de conuerſione*
11 *coniugat.* Dec. *hic nu. 2.* IV. Procedit † in iuramento,
12 calore iracundiæ præſtito, Dec. *hic. nu. 4.* V. In †
confeſſione, ſiquidem ea reuocari poteſt, teſte Dec.
hic. nu. 5. Et de his tribus amplificationibus idem
13 ſentit Cagn. *hic nu. 6.* VI. In † vltimis voluntatibus.
Vt ſi quis vehementer ira aduerſus ſuos conſan-
guineos inflammatus, omnia ſua bona in præiudi-
cium conſanguineorum alii legat, vel vendit, non
videtur validè contraxiſſe, niſi accedat perſeue-
rantia oſtendens, eiuſmodi negotium non ſubita
animi perturbatione, ſed deliberatè, & cum ali-
quo Iudicio eſſe geſtum, Bart. *hic per c. ſi quis iratus,*
14 *2. quæſt. 3.* Pari † ratione, ſi quis filium calore ira-
cundiæ à ſucceſſione bonorum ſuorum excludit,
non verè excluſiſſe illum videtur, niſi in illa ſenten-
tia perſeueret pater, *l. ſi filium.* ubi Iaſ. & alii *C. de*
15 *inoff. teſta.* VII. Procedit † in Iniuria verbali ſeu
conuitiis calore iracundiæ factis, ſi poſtea ſedato
animo iniuriantem pœniteat, atque reuocet, *l. uni-*
ca, ubi Salicet. *C. ſi quis Imperat. maledix.* Matth. We-
ſemb. *in parat. de iniur. nu. 4.* Idem eſt & in aliis le-
uioribus delictis ſentiendum, quæ calore iracun-
diæ perpetrata ſunt, teſte eod. VVeſemb. dict. lo-
16 co. VIII. Extenditur † etiam ad iocoſè dicta: ſi-
cut enim dicta & facta calore iracundiæ perpetrata
irrita ſunt, nec efficaciter quenquam obligant,
niſi detur perſeuerantia: Ita etiam ea, quæ per io-

cum

Digitized by Google

cum vel iactantiam dictæ ſunt, prius rata non habentur, quàm ſi perſeuerantia confirmentur. Ratio eſt, quia contrariorum eſt eadem diſciplina, & facit tex. *in §. Cæterum. Inſtitut. de mil. teſtamento & l. Diuus. 24. ff. de teſtamento milit.* IX. Extenditur † quoque ad ea, quæ quis teſtandæ magis beneuolentiæ, quàm inducendæ obligationis cauſa in familiari congreſſu aut conuiuio alteri offert, & pollicetur, ſicut ſæpè fieri ſolet, ut lingua præcurrat mentem, & ex affectione potius, quam animo deliberato & ſerio nos alteri promittamus aliquid: Unde promiſcuè obligationem & actionem oriri, valdè eſſet iniquum & inciuile, *l. 1. §. ſi quis ff. de V. O. §. planè Inſtit. de milit teſt.* VVeſemb. *in parat. de pact. num. 9. verſ. cui autem lex non aſſiſtat.* 17

Fallit † Regula I. in iniuria reali. In illa enim non omnino excuſat Iracundia, quamuis mitiget pœnam: ſiquidem, pœnitentia poſtea ſuperueniente non tollitur illa iniuria, id eſt, verbera & vulnera illata, Cynus *in l. ſi non convicii. num. 22. C. de Iniur.* Matth. VVeſemb. *in parat. de iniur. num. 4.* 18

II. Fallit † in aliis grauioribus delictis, ut in homicidio & ſimilibus: Siquidem nec in illis planè excuſat calor Iracundiæ, quamuis pœnam mitiget, teſte Cagn. *hic num.* 8. Qua tamen in re ſic diſtingui ſolet: Aut quis iuſta indignatione & ira, proficiſcente ex iuſta cauſa, quid fecit, aut calore iracundiæ, non perueniente ex iuſta & probabili cauſa. Si † iuſta indignatione & ira, ex iuſta cauſa proficiſcente, quid commiſit aliquis, non quidem planè excuſatur delictum, mitius tamen punitur: Ut ſi quis laceſſitus & provocatus iuſto dolore interficiat aduerſarium, vel uxorem & adulterum in 19 20

adul-

adulterio comprehenſum interficiat. Difficilimum enim eſt, iuſtum dolorem temperare. Non igitur hi ordinaria, ſed extraordinaria plectuntur pœna, Specul. *de accuſat.* §. 1. *verſ. quod ſi te vocaui.* Si
21 † autem calor Iracundiæ non proficiſcitur ex iuſta cauſa, tunc eiuſmodi temeraria & friuola bilis neque excuſationem neque mitigationem pœnæ inducit, teſte Iulio Claro *in pract. Crim.* §. *fin. q.* 60.
22 *num.* 9. Cag. *hic num.* 9. III. Fallit † in leui ira. Nam ſi talis ſit iracundia, quæ mentis alienationem non inducit, excuſationem non meretur, & qui talem iracundiam allegat, eandem probare tenetur, teſte
23 Dec. *hic num.* 8. Cagn. *nu* 4. IV. Fallit, † ſi quis perſeuerat in propoſito, & dicta vel facta calore iracundiæ ratificat, & confirmat, ſedato animo, ut
24 probatur *in hac Regula noſtra.* V. Fallit † in ira conſulta, ſecus in inconſulta ira, teſte Cagn. *hic num.* 10.
25 VI. Fallit † in contractu ad pias cauſas facto cum Eccleſia. Iſte enim valet, non obſtante calore Iracundiæ. Cag. *hic nu.* 17. Dec. *num.* 1. *verſ. & limitatur non habere locum.*

SVMMARIA.

In L. Alterius circumuentio.

1 *Origo huius Legis & concordantia.*
2 *Alterius circumuentio, dolus & exceptio, alii non prabet actionem*
3 *Circumuentionis deſcriptio.*
4 *Exemplum.*
5 *Exemplum aliud.*
6 *Exemplum tertium.*
7 *Procedit Regula in liberationibus.*
8 *Regula hæc non pugnat cum L. ſi procurator. in princ. ff. de dol. ma. & met exc.*

REGV-

REGULA XLIX.

Alterius circumuentio alii non præbet actionem.

DEſumpta † eſt hæc Regula ex lib. 35. Ulp. ad 1
Edict. & habet concordantes tex. *in l. quod ſer-*
uus. ff. de acquir. poſ. in l. apud Celſum. §. quæſitum. & §.
illa. ff. de except. doli mali. in l. quod autem. ff. pro ſocio.
in l. pen. ff. de minor. Et docet, † quod alterius 2
circumuentio, dolus & deceptio, alii non præbeat
actionem, h. e. quod nemo ex alterius dolo & cir-
cumuentione actionem habere debeat, vel quod
nemini neq; proprius neq; alienus dolus, actionẽ
parere debeat vel poſſit: vel, quod nemo ex deli-
cto alterius commodum ſentire poſſit. Circum-
uentionem † enim vocamus omnem illicitam & 3
LL. contrariam cauſam, per quam ſibi aliquis quid
acquirere ſtudet. Ut † ſi tutor, curator, procurator, 4
vel negotiorum geſtor dolo malo cum alio con-
traxit, emendo vel vendendo, certè pupillo, adul-
to, vel Domino non acquiritur actio ex tali contra-
ctu: quia alterius circumuentio alii non debet
præbere actionem, *l. apud Celſum. §. quæſitum eſt. & §.*
illa. & §. quæ in tutore. ff. de doli mali & met. except. Sic † 5
ſi unus ex ſociis omnium bonorũ, vel alicuius ſaltẽ
negotiationis illicitis modis aliquid acquirit, non
confertur illud, nec ad id actionem alii ſocii ha-
bent, cum ex alterius circumventione & dolo ne-
mo ſibi commodum quærere debeat, *l. quod a. ff. pro*
ſocio. Sic † ſi pater filio liberam adminiſtrationem 6
dederit, non videtur in hoc conſenſiſſe, ut in frau-
dem creditorum alienaret: quapropter ignoranti
con-

contra voluntatem ſuam non poteſt acquiri actio; *l. ſi pater. ff. quæ in fraud. cred.* Ratio I. eſt, quia ſicut ex dolo & circumuentione propria nihil conſequi quiſquam debet, *l. fin. cum gl. ff. de dolo malo*: ita nec ex dolo & circumuentione alterius. II. Quia in illicitis Dominus non videtur conſentire, ignoranti igitur & non conſentienti non quæritur actio, *l. ſi pater. ff. de his quæ in fraudem credit.* III. Quia in generali conceſſione vel diſpoſitione non veniunt illicita, nec ea, quæ in poteſtate concedentis vel diſponentis non ſunt, *d. l. ſi pater. cum ſimilibus. ff. de his quæ in*
7 *fraudem creditorum.* Procedit † hæc Regula etiam in liberationibus. Nam alterius dolus & circumuentio alteri non præbet liberationem, ſicut nec propria, *l. fin. ff. de eo per quem fact.* & argumento *l. ſi debi-*
8 *torum. C. de pact.* Nec † pugnat cum Regula noſtra *l. ſi procurator. in princip. ff. de doli mali & met. exception.* vbi dicitur: *Neque alterius dolus nocere alteri debet:* nec *l. factum. Infr. eod.* Quia, inquit Oldendorp. hic nemini quidem dolus alterius obeſſe debet, ſed vnumquemque oportet ſuam iniquitatem ferre, ſed interim quoque non decet, vt quis ex alieno dolo commodum ſentiat vel actionem acquirat, teſte *l. apud Celſum. ff. de doli mali & met. except.*

SUMMARIA.

In L. Culpa caret.

1 *Vnde deſumpta ſit regula, & quanam cum ea leges conueniant.*
2 *Ille caret culpa, qui ſcit & videt aliquid fieri, vel ſecuturum eſſe, nec prohibet, cum prohibere non poſſit.*
Ibid. Impotentia auertendi excuſat à delicto & culpa.
Ibid. Nemo ad impoſſibilia obligatur.

3 *Exemplum.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Vtrum quis ab alio periculum propulſare teneatur, & ſi hoc non facit, culpa reus ſit, & pœna dignus?*
6 *Quicquid datur ei, qui obligatus eſt facere aliquid, ab eo repeti poteſt.*
7 *Eiuſdem rei diſtinctio.*

Regula L.

Culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.

DEſumpta † eſt hæc Lex ex lib. 39. Pauli ad Ed. 1
& conueniunt cum ea *l. nullum crimen. Infr. eod. l. 2. 3 4. ff. de nox. act.* ex quo tit. deſumpta eſt hæc R. *l. 1. §. occiſorum. Verſ. hoc ideo. & l. ſi quis. ff. ad SCtum Syll. l. item quæritur. §. exercitum. Verſ. Labeo ait. & l. ſi fundus. §. fin. ff. locati.* Docet † autem breuiter, quod is ca- 2
reat culpa, qui ſcit & videt aliquid fieri, vel ſecuturum eſſe, nec prohibet, cum prohibere poſſit, hoc eſt, quod extra culpam delicti ſit, qui non prohibet vel auertit malum, quod auertere non poteſt. Ratio I. eſt, quia impotentia auertendi excuſat à delicto & culpa, vt probatur *in l. nullum crimen. Inf. h. tit.* II. Ratio eſt, quia nemo ad impoſſibilia obligatur, *l. impoßibilium. Infr. hoc tit. & c. nullus ad impoſſibilia. de R. I. in 6.* Verum ſi impedire & prohibere poteſt, nec tamen facit, in culpa eſt, & culpæ reus eſſe dicitur, *l. 2. 3. 4. ff. de noxal. action. l. item quæritur. §. ſi quis. ff. locati.* Ut † ſi dominus habet ſeruum, qui ipſo ſci- 3
ente & non prohibente, cum poſſet, furtum facit, vel aliàs nocet alteri, tenetur Dominus in ſolidum, nec liberatur noxæ deditione, *l. 2. ff. de*

Digitized by Google

noxal.act. Verum ſi delinquit, ſciente & vidente domino, ſed prohibere non valente, quia forte eſt trans flumen, vel aliàs negligit & floccipendit domini authoritatem: eo caſu dominus vltra noxæ deditionem non obligatur, *l. in delictis ff. de noxal. act.*
4 Sic † ſi quis ſcit & videt alium per fundum ſuum ire, agere, aquam ducere, tanto tempore, quantum requiritur ad præſcriptionem ſeruitutis, nec prohibet tranſeuntem, cum prohibere optimè poſſet, in culpa eſt, & ob id amittit ius ſuum, & naturalem libertatem, quam habet in fundo, & alteri acquiritur ſeruitus itineris, actus, vel alia, vt in materia ſer-
5 uitutum docetur. Diſputant † autem DD. in hac L. vtrum quis ab alio periculum propulſare teneatur, & ſi hoc non facit, culpæ reus ſit, & pœna dignus? & reſpondetur quod ſic: I. Quia culpa caret, qui ſcit, ſed prohibere nequit, teſte *hac Regula noſtra, & l. nullum crimen. inſr. eod.* Ergo à contrario ſenſu, qui ſcit, & prohibere poteſt, nec facit, extra culpam nõ eſt. II. Quia Cic. lib. 1. Offic. Duo, inquit, eſſe genera iniuſtitiæ, vnum eorum, qui inferunt: alterum eorum, qui ab illis, quibus infertur, ſi poſſunt, non propulſant iniuriam. Et adiicit: Nam qui iniuſtè impetum in quempiam facit, quaſi manus violenter videtur afferre ſocio, qui autem non defendit nec obſiſtit, ſi poteſt, iniuriæ, tam eſt in vitio, quàm ſi parentes, amicos, aut patriam deſerat: Sed amicos & patriam & parentes defendere tenetur, teſte Bart. *in l. ut vim. ff. de Iuſt. & Iur.* Item Zoanetto *in repet. eiusd. part.* 1. Ergo & proximum. III. Quia ſacræ literæ docent, proximum eſſe diligendum, ſicut ſemetipſum: verum à nobis iniuriam propulſare tenemur, *d. l. vt vim.* Ergo & à proximo: & ob

id

id dicendum videtur, quod ille ſit proximus homicidio, qui proximo, in diſcrimine poſito, cum commodè poſſit, opem non fert, aut opitulatur. IV. Probatur per *c. dilecto filio. de ſententia excommunicat. lib. 6. & l. 1. §. Item. ff. de Iniur. l. 1. §. Sec. ff. ad Senatuſconſ. Syllan. l. 1. & 2. C. quando liceat unicuiq; ſe ſine iudice vindic. l. ſcientiam. §. qui ff. ad l. Aquil.* Nec † obſtat quod dicitur, quicquid datur ei qui obligatus eſt facere aliquid, ab eo repeti poteſt, *l. ult. ff. de condict. ob turp. cauſam.* ſed pro defenſione alterius licitè accipitur pretium, nec repetitur, *l. metum. §. ſed ſi licet vim. ff. quod met. cauſa.* Ergo non cenſetur quiſquã obligatus ad prohibendum malum alteri imminens: quia reſpondetur per Oldend. hic, quod ſit fallacia à dicto ſecundum quid, &c. Maior enim imperfecta eſt, nec cohæret concluſio. Qui enim obligatus eſt ex præcedente negotio ad defendendum, ab eo repetitur datum; quia turpiter accipitur, vt probatur *in d. l. vlt. ff. de condict. ob turp. cauſam.* Quod verò ſine ullo præcedente negotio datur ob defenſionem, id non ſolet repeti, nec turpiter accipitur, *l. ſi pater. §. ſi quis. ff. de donat.* Et ſic firma manet prior ſententia, quod quis teneatur alium in periculo conſtitutum defendere, idq; Iure Canonico & ciuili, atteſtante etiam Zoannetto *in repet. l. ut vim. parte 1. nu. 97.* Qui † tamen circa hanc quæſtionem ita diſtinguit *in d. parte 1. num. 112.* Aut loquimur de Magiſtratu, aut de priuato. Si de Magiſtratu, dicendum eſt, quod magiſtratus, ſi videt & ſcit aliquem ſuæ iuriſdictioni ſubiectum periclitari, omnino teneatur omnem iniuriam ab eo auertere, *l. non eſt veriſimile. ff. de eo quod met. cauſa.* Si de hominibus priuatis loquimur, tunc aut imminet graue

6 7

Digitized by Google

delictum, aut non admodum graue. Si graue delictum imminet, vt parricidium, crimen læſæ Maieſtatis, vel ſimile, tenetur quantum poteſt, à proximo auertere, aliàs pari pœna plectitur, *l. 2. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. quiſquã. C. ad l. Iul. maieſt.* Si leue delictum imminet, tunc aut ſine periculo vitæ alium iuuare nequit, vel poteſt ſine periculo vitæ alteri ſuccurrere: ſi ſine periculo vitæ non poteſt, non tenetur alium iuuare, *l. ſi pater. ff. de donation.* Secus ſi poteſt ſine periculo vitæ alium iuuare, vel ab alio mala auertere: tunc enim id facere tenetur, quod ſi non facit, puniendus venit, mitiore tamen pœna, quàm principalis delinquens, teſte Tiraquello *in tractat. de pœnis. cap.* 44. *num.* 60. Ratio eſt, quia regulariter minora ſunt delicta, quæ in omittendo, quam quæ in committendo conſiſtunt, vt idem Tiraquellus oſtendit *loco citato*, vbi plæraſque obiectiones, quæ huic ſententiæ opponi poſſunt, refutat.

SUMMARIA.

In L. Non videtur quiſquam.

1 *Lex hac vndè deſumpta ſit, & quænam cum illa alia conueniant.*

2 *Is non dicitur capere vel cepiſſe rem, qui eandem alteri ſtatim reſtituere cogitur.*

3 *Exemplum huius rei.*

4 *Exemplum aliud.*

5 *Aliud eſt capere, aliud accipere. Capere cum effectu eſt accipere, ita vt penes nos maneat res, nec teneamur eam alteri reſtituere. Accipere apprehendere eſt, ita vt non penes nos maneat res, ſed cogamur eandem alteri tradere.*

6 *Regula huic non obſtat l. cepiſſe ff. de V. S.*

7 *Pro-*

Digitized by Google

7 *Procedit Regula, quando quis ſtatim id, quod accepit, tenetur alij reſtituere: ſecus ſi cum interuallo, ita vt medio tempore habeat inde vtilitatem.*

8 *Procedit item in illis perſonis, quæ ſibi aliquid acquirunt, non quæ aliis.*

REGVLA LI.

Non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alii reſtituere.

DEſumpta † eſt hæc l. ex lib. 15. Caii Iuriſconſulti ad Edict. & conueniunt cum ea *l. cum dotem. ff. ad l. Falcid. l. non videtur. Supr. h. tit. l. non videtur. ff. de acq. poſ. l. item. §. quod ſi. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. l. aliud eſt. ff. de V. S. l. cepiſſe. ff. eod.* Docet † autem breuiter, quod is non dicatur capere vel cepiſſe rem, qui eandem alteri ſtatim reſtituere cogitur: Suam enim non facit rem, ſed eius potius, cui reſtituit, vt *hic & in l. non videtur. ff. de acquir. poſſ.* probatur: & alibi, vbi dicitur: Non videtur factum quod non durat, *l. item. § quod ſi. & ibi gl. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis.* Ut † teſtator fundum Tuſculanum Sempronio reliquit, rogauitque, vt eundem adita hæreditate Titio reſtituat, quod factum eſt a Sempronio: quæritur idcirco, an Sempronius, cui fundus Tuſculanus eſt relictus, quique eundem a morte teſtatoris accepit, capere vel cepiſſe rectè dicatur? & reſpondetur per hanc Regulam noſtram, quod non, quia eundem ſtatim alteri reſtituere coactus eſt. Accepiſſe igitur fundum Tuſculanum, non autem cepiſſe dicitur. Sic † filius naturalis, qui extantibus legitimis hæredibus inſtitutus, rogatuſque, alteri 1 2 3 4

hæreditatem reſtituere, ſolidam quidem adire hæreditatem non prohibetur vigore teſtamenti, verùm quoniam eandem non retinet, ſed aliis reſtituit, non cepiſſe, ſed accepiſſe ſaltem hæreditatem dicitur, *l. cogi poterit. § hi qui ſolidum. ff. ad SCtum Treb.*
5 Ratio eſt, quia † aliud eſt capere, aliud accipere. Capere enim cum effectu eſt accipere, ita vt penes nos maneat res, nec teneamur eam alteri reſtituere: Accipere verò apprehendere eſt ita, vt non penes nos maneat res, ſed cogamur eandem alteri
6 tradere, ut probatur *in l. aliud eſt capere ff. de V. S.* Nec † obſtat *l. cepiſſe ff. eod.* Ubi etiam id dicimur cepiſſe, quod aliis acquiſiuimus, cuiusmodi eſſe poteſt hæreditas per Libertum patrono acquiſita, aut patri per filium, Domino per ſeruum, quia hæ perſonæ non propriè capere dicuntur, ſed impropriè inſpecto ſcil. ſaltem principio acquiſitionis, teſte Rebuf-
7 fo *in l. cepiſſe. ff. de V. S.* Procedit † Regula, quando quis ſtatim id, quod accepit tenetur alii reſtituere: Secus ſi cum interuallo, ita vt medio tempore habeat inde utilitatem, ſiquidem illud Interuſurium medii temporis conſideratur, ut probatur *in l. Sulpitius ff. de donat. inter vir. & ux.* Dec. *hic nu. 2.* Cag.
8 *nu. 4.* II. Procedit † in illis perſonis, quæ ſibi aliquid acquirunt, non quæ aliis. Nam perſonæ, quæ aliis acquirunt, ut filius patri, libertus patrono, Seruus domino, non propriè capere, ſed accipere dicũtur, teſte Rebuffo *in l. cepiſſe. ff. de V. S.* Ad pleniorem intellectum huius Regulæ, videatur Alciat. *in l. aliud eſt capere. ff. eod.*

SUMMA-

SUMMARIA,

In L. Non videtur defendere.

1 *Origo huius Regulæ & conuenientia.*

2 *Quis dicatur ſe non defendere in iudicio, vel quis dicatur eſſe contumax.*

3 *Is latitat, qui vocatus & citatus ad iudicium non comparet, fruſtrandæ actionis cauſa.*

4 *Ille etiam ſe non defendere dicitur, qui quidem in iudicio comparet, nec latitat, ſed dicit ſe nolle defendere, vel tacet.*

5 *Nec is defendere ſe videtur, qui actionem ſuſcipere recuſat.*

6 *Item, qui in ſuſcepta defenſione non perſeuerat.*

7 *Fallit Regula, ſi iuſta de cauſa quis abeſt, nec comparet.*

8 *Iuſta cauſa eſt aduerſa valetudo, tempeſtas & vis fluminis, abſentia reipublicæ cauſa, carentia aduocati, & alia iuſta atq́; legitima impedimenta.*

REGULA LII.

Non videtur defendere, non tantùm, qui latitat: Sed & is, qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actiones.

VLp. † Juriſconſulti eſt h. l. deſumpta ex lib. 1
eius 44. ad Edict. & conueniunt cum ea, *l. 2. & l. hæc autem. §. rectè: ff. ex quibus cauſis in poſ. & l. Fulcinius. §. quid ſit: ff. eod. tit. l. 3. ff. de Iudic. l. item ait. §. defendi. ff. ex quibus cauſis maior.* Et † docet in genere, 2
quis dicatur ſe non defendere in Judicio, vel quis dicatur eſſe contumax: Ita ut eius contumacia in Judicio accuſari poſſit. Videlicet † is, qui latitat, 3
hoc eſt, qui vocatus & citatus ad Judicium, non

 com-

comparet, fruſtrandæ actionis cauſa, vt probatur *hic, & l. 3. ff. de iudic. l. Fulcinius. §. quid ſit ff. ex quibus cauſis in poſſ. eatur.* Latitare enim hoc loco ſignificat, ſui copiam non facere, ſeſe occultare, creditorem fugere, & in iudicio non cōparere, quo ſecum aliqua actione agi non poſſit, ut probat
4 Dec. *hic num.* 2. II. Dicitur † quis ſe non defendere, qui comparet quidem in iudicio, nec latitat, ſed dicit, ſe nolle defendere, vel tacet, nec vult interrogatoriis in libello reſpondere, ut probatur *hic* in verbis: *ſed & is qui præſens negat ſe defendere.* Nam qui omnino non reſpondet libello, æquè contumax eſt, atq; is, qui latitat: quia Judicem contemnere videtur, *l. de ætate. ff. de inter. act.* & paria ſunt, in Judicio vel omnino non comparere, vel comparere quidem, ſed non rectè: argumento *l. quoties*
5 *ff. qui ſatisd. cog.* III. Defendere † ſe non videtur qui actionem ſuſcipere recuſat, h. e. qui Judicium detrectat & recuſat, ut probatur *hic*, in verbis: *aut*
6 *non vult ſuſcipere actionem.* IV. Qui † in ſuſcepta defenſione non perſeuerat, *l. 2. ff. ex quib. cauſis in poſſ. eatur.* Non enim qui incepit, ſed qui litem ad finem perducit, ſe defendere dicitur: cum defenſionis vox hoc loco accipiatur pro toto Judiciario proceſſu, teſte Cag. *hic num.* 3. Dec. *num.* 5. Qui itaque ſe non defendit, contumax dicitur, & contra eum, tanquam contumacem, proceditur, miſſo actore in bonorum poſſeſſionem, *l. 2. in princ. ff. ex quibus cauſis in poſſ. eatur.* Chil. König *in proceſſ.*
7 *cap.* 37. Fallit † Regula, ſi iuſta de cauſa quis abeſt, nec comparet in Judicio, vel ſe non defendit. Is enim latitare non dicitur, qui iuſta de cauſa abeſt, *l. 1. l. ſi pater. §. ſi Sticho. ff. de fideicom. libert.* Juſtæ

† au-

Digitized by Google

† autem cauſæ ſunt I. adverſa valetudo, *l. quæſitum. ff. de re iudic.* II. Tempeſtas & vis fluminis, Bart. *in l. 1. ff. de diuerſ. & temp. præſcript.* III. Abſentia Reip. cauſa, *l. ſi quis. ff. ſi quis caution. Iud. ſiſt.* Weſenbec. *in paratt. dict. tit. Si quis caution. num. 3.* IV. Captiuitas. V. Carentia aduocati. VI. Alia iuſta & legitima impedimenta, de quibus omnibus videatur *l. 2. & ibi* DD. *ff. eod.* Item *artic. 7. lib. 2.* Landtrecht & *ibi gl. & art. 24.* Lehnrecht *& ibi gl.* 8

Svmmaria.

In L. Cuius per errorem.

1 *Origo & conuenientia Regulæ.*

2 *Is, qui per errorem vel ignorans indebitum ſoluit, repetere illud ipſum per condictionem indebiti poteſt: qui verò ſciens indebitum ſoluit, repetere non poteſt, cum donaſſe videatur.*

3 *Indebitum dicitur, quod nullo iure debetur.*

4 *Item quod iure ciuili ſaltem debetur, non autem iure naturali vel gentium.*

5 *Item, quod per aliquam exceptionem perpetuam peti non poteſt.*

6 *Item, quod ſupra debitum eſt ſolutum.*

7 *Sicut æquum eſt, reſtituere id, quod ignoranter indebite ſolutum eſt, ne cum alterius damno locupletemur, ita qui nullo errore ductus ſcienter indebitum ſoluit, donaſſe potius, quàm non debitum ſoluiſſe videtur*

8 *Ignorans, errans & dubitans æquiparantur.*

9 *Fallit Regula primò, ſi quid ex cauſa tranſactionum ſolutum eſt.*

10 *Secundò, quando quid ex cauſa iudicati ſolutum eſt.*

11 *Tertiò, in ſolutione pœnæ.*

12 *Quartò, in dote.*

13 *Quintò, ſi ob iusiurandum indebitum ſolutum eſt.*

REGVLA LIII.

Cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dati donatio eſt.

1 PAuli † Iuriſconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 42. ad Edict. & conueniunt cum ea *l. 1. ff. de condict. indeb. l. quod indebitum. l. quod quis ff. eod. tit. l. 1. 3. 6. 9. C. de condict. indeb.* §. 1 *Inſt. quibus modis re contrah.*
2 *oblig.* Docet † autem breuiter, quod is qui per errorem vel ignorans indebitum ſoluit, repetere illud ipſum per condictionem indebiti poſſit: Qui verò ſciens indebitum ſoluit, repetere non poſſit, cum donaſſe videatur, ut idem probatur in §. 1. *Inſt.*
3 *quibus modis re contr. oblig.* Dicitur † autem Indebitum I. quod nullo iure debetur, *l. in ſumma. §. fin. ff.*
4 *de condict. indeb.* II. Quod † Iure ciuili ſaltem debetur, non autem iure naturali vel gentium, ut fit in literarum obligatione, quando quis ſpe futuræ numerationis dedit Chirographum ſuum alteri, quã dationem tamen chirographi, numeratio pecuniæ ſecuta non eſt, *l. indebiti cauſa. ff. de condict. indeb.* III.
5 Quod † per aliquam exceptionem perpetuam peti non poteſt, ut per exceptionem pacti de non petendo, vel ſimilem, *l. ſi is qui. & l. ſi non ſortem. §. Inde-*
6 *bitum. ff. de condict. indeb.* IV. Quod † ſupra debitum eſt ſolutum, *l. is qui. ff eod.* Videatur VVeſemb. *in parat. ff. eod.* Et de his omnibus dicitur hic, quod indebitum, per errorem vel ignoranter ſolutum, repeti poſſit à ſoluente per condictionem Indebiti, ſecus ſi ſcienter ſit ſolutum, quia tunc ceſſat repe-
7 titio, *l. quod indebitum. ff. eod.* Ratio † eſt, quia ſicut

iuſtum

iuſtum & æquum eſt, reſtituere, id quod ignoranter indebitè ſolutum eſt, ne cum alterius damno & iactura locupletemur, aut diteſcamus, quod contra naturam eſt, *c. locupletari. de R. I. in 6. & l. Iure natur. inſr. eod.* Ita qui nullo errore ductus, ſed ſcienter & conſultò indebitum ſoluit, donaſſe potius, quàm non debitum ſoluiſſe videtur, per *l. 1. ff. de condict. indeb.* Ideoque nec accipiens ad id reddendum tenetur, nec repetitioni amplius locus eſt, quia nemo contra factum proprium conſultum venire poteſt, *l. poſt mortem. ff. de adopt.* Procedit † etiam regula in dubitante. Nam ignorans, errans, & dubitans æquiparantur, *l. ult. §. ſin autem neſcius. C. de furt.* Quare ſi quis animo incerto & mente dubitante indebitam ſoluit pecuniam, vel aliud quidpiam, habet eiusdem repetitionem, *l. fin. C. de cond. indeb.* quod idem & Dec. *hic. num. 3.* obtinere vult: Si ſcil. non ſatis apparet, utrum quis neſcius, ignorans, & falſo deceptus, an verò certus ac ſciens ſoluerit, quia magis præſumimus, quem ignoranter incerto & hæſitante animo ſoluiſſe, quam ſciente & certo: cum nunquam præſumatur donatio *l. filiusfam. ff. de donat.* Quod fieret, ſi præſumeretur in tali caſu dubio, quod ſciens ſoluiſſet. Fallit † Regula I. ſi quid ex cauſa transactionum ſolutum eſt, *l. 2. C. de condict. indeb.* II. † Fallit, quando quid ex cauſa Judicati ſolutum eſt, *l. 1. C. de cond. indeb.* III. Falli † in ſolutione pœnæ, *l. quod à quoquam ſupr. eod.* IV. In † dote. V. Si † ob iuſiurandum Indebitum ſolutum eſt, *§. Item ſi quis Inſt. de act.* Cæteras fallentias videre poteſtis apud Mynſing. *in Inſt. de condict. indeb.* ubi docet, quando indebitè ſolutum repeti non poſſit.

8 9 10 11 12 13

SUMMARIA.

In L. Nemo plus iuris.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa Leges conueniant*

2 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt cum illa ipſa re, quam transfert, quàm ipſe habuit.*

Ibid. *Nemo debet eſſe melioris conditionis, quàm author eius fuit vel anteceſſor.*

3 *Exemplum huius rei.*

4 *Si res erat libera penes me venditorem, tranſibit etiam libera ad emptorem: ſi verò ſeruitutem debet, cum ſeruitute tranſibit, licet vendens eam liberam eſſe dicat.*

5 *Qualecunq; ius penes alienantem fuit, id in accipientem transfertur*

6 *Procedit Regula non tantum in alienationibus, ſed & in aliis quam plurimis iuris articulis.*

7 *Fallit Regula in quamplurimis perſonis, quæ poſſunt plus iuris in alios transferre, quam ipſa habent.*

8 *Imperator in alium transfert dominium rei alterius, qui eam neglexit Sic & Auguſta.*

9 *Sic & Iudex.*

10 *Sic & Tutor & Curator. Illi enim vendere poſſunt res pupilli, & cum venditione dominium transferunt.*

11 *Sic & Procurator.*

12 *Sic & Fiſcus.*

13 *Sic & Creditor.*

14 *Sic & prælatus.*

15 *Sic & Seruus.*

REGVLA LIV.

Nemo plus iuris ad alium transferre poteſt, quam ipſe habet.

1 VLp. † Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 46. ad Ed. & conueniunt cum ea

l. in

Digitized by Google

l. in omnibus. §. non debeo. l. nemo plus. l. aliud eſt. §. abſurdum. infr. hoc tit. c. nemo poteſt plus. de R. I. in 6. l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. l. inuitus. §. plærumque infr. eod. l. alienum. ff. de contrah. empt. Docet † autem, quod nemo plus Juris in alium transferre poſſit, cum illa ipſa re, quam transfert, quam ipſe habuit. Ratio eſt, quia nemo debet eſſe melioris conditionis, quam autor eius fuit vel anteceſſor, *l. in omnibus. §. nemo. infr. eod. & in l. aliud eſt. §. abſurdum. infr. eodem. & in l. nemo plus. infr. eod.* Unde † ſi vendo tibi hortum, domum, vineam, vel aliam rem quamlibet, eamque tibi trado; illud ipſum ius, quod penes me venditorem erat, etiam in te emptorem transfero, neque plus neque minus Juris: idcirco ſi eram Dominus directus, dominium etiam directum in te transfero: Si utilis: utile dominum; Si plenarius, plenum dominium, *l. ex empto ff. de act. empti. & vend.* Item † ſi res erat libera penes me venditorem, tranſibit etiam libera ad emptorem, ſi verò ſeruitutem debet, cum ſeruitute tranſibit, licet vendens eam liberam eſſe dicat, *l. traditio. ff. de acquir. rer. dom. l. alien. ff. de contrah. empt.* Sic ſi res eſt oppignorata, & nihilominus venditur à debitore, tranſit illa res cum ſuo onere, hoc eſt, nihilominus oppignorata & obligata manet creditori, *l. aliud eſt vendere. §. abſurdum infr. eod.* Et † ut ſemel dicam, qualecunque ius penes alienantem fuit, id in accipientem transfertur. Si igitur habet aliquod ius alienans transfert illud per traditionem, ſi nihil Juris, vt in rebus alienis, nihil etiam transferre poteſt. Traditio enim nihil amplius transferre poteſt ad eum, qui accipit, quam eſt apud eum, qui tradit, *l. traditio. ff. de acquir.* 2 3 4 5

rer.

rer. dom. Et ſicut accipiens non debet eſſe melioris conditionis, quàm ipſe tradens: Ita quoque non debet eſſe deterioris conditionis, quàm ipſe tradens: Sed eodem modo transferri debet res, quo
6 fuit apud tradentem, *d.l.alienatio.* Procedit † Reg. non tantum in alienationibus, ſed & in aliis quamplurimis Juris articulis, atque adeo per totum fermè Jus. Vis enim eius eſt transfuſa, ut oſtendunt exempla, à ſcribentibus in hanc regulam poſita. Ut, In ultimis voluntatibus, ut *in l. nemo plus infr. eod.* In donationibus, emptionibus, permutationibus & ſimilibus, *d.l.ex empto.ff.de act.empti. & d.l.a-*
7 *lienatio.* Fallit † hæc Regula in quamplurimis perſonis, quæ poſſunt plus Juris in alios transferre, quam ipſæ habent, quæ hiſce verſibus continentur.

Princeps, Augusta, Iudex, aut officialis,
Tutor, Curator, procurator, fluuius ꝫ,
Creditor, exactor, prælatus, ſeruus, habentur
Hi numero bis ſex, alienantes aliena.

8 De † principe ſeu Imp. habetur *in §. ult. Inſt. de uſucap.* Vbi Imp. in alium transfert dominium rei alterius, qui eam neglexit. Idem & de Auguſta verũ eſt. Nam princeps illi eadem priuilegia tribuit,
9 quæ ipſe habet, *l. princeps. ff. de LL.* De † iudice habetur *in §. fin. Inſt. de off. Iudic. & l. 2. ff. ſi ex noxali*
10 *cauſa.* Idem & de officiali verum eſt. De † Tutore & Curatore habetur *in tit. ff. & C. de adminiſt. tutor. & cur.* Illi enim vendere poſſunt res pupilli & cum venditione Dominium transferunt: Cum tamen ipſi veri domini non ſint, ut probatur in *l. interdum.*
11 *§. qui tutelam. ff. de furt.* De † procuratore habetur *in §. venditæ. verſ. nihil autem intereſt. Inſtit. de rerum diu.*

De

De † Fluuio ſeu alluuione habetur *in §. præterea per alluuionem. Inſt. eod. & in l. ergo. §. alluuio. ff. de acquir. rer. domin.* De † creditore habetur *in §. contra autem. Inſtit. quibus alien. licet.* De † prælato habetur *in Auth. hoc Ius porrectum. C. de SS. Eccleſ.* De † ſeruo habetur *in l. ſi conuenerit. § fin. ff. de pig. act.* De his perſonis videatur etiam *gl. in d. §. contra.* in verbo: *alienare. Inſt. quibus alien. licet.* Angel. & alii Inſtituiſtæ *in d. § contra autem creditor.* 12 13 14 15

Svmmaria.

In L. Nullus videtur dolo.

1 *Origo & conuenientia Regulæ huius.*

2 *Is ſine dolo eſt, & dolus illi imputari nequit, qui id facit, quod vel Legibus, Conſtitutionibus principum, conſuetudine ſtatuto vel conuentione facere ei eſt conceſſum.*

Ibid. Iuſte fit, quod lege permittente fit.

3 *Exemplum huius rei.*

4 *Exemplum aliud.*

5 *Vnicuiq; licet in ſuo ædificare, vel facere, quod ſibi libet vel placet, etiamſi aliis noceat.*

6 *Si creditor rem ſibi obligatam vendit & diſtrahit, debitore iuſto & ſtatuto tempore non ſoluente, nihil dolo feciſſe præſumitur, cum ſuo iure uſus ſit.*

7 *Procedit Regula etiam in eo, qui ſe ſuo iure uti putat, ſeu id petit, quod cur petere non debeat, cauſam ignorat.*

8 *Fallit primo, ſi quis ſic utitur ſuo iure, ut vicino potius noceat, quàm ut ſibi proſit.*

9 *Fallit ſecundo, ſi ædificando quid in alienum immittitur, quod facere de iure prohibitum eſt.*

10 *Cenſetur in alienum immitti, quod vel facto hominis immediate imponitur, vel per conſequentiam naturaliter urgetur in alienum, ut eſt fumi, vel mali odoris immiſſio.*

11 *Fallit tertio, ſi contra veterem morem & formam quis ædificat.*

12 *Fallit quarto, ſi in ædificando iura negligit, quæ modum & formam ædificandi præſcribunt.*

Regv-

Digitized by Google

Regula LV.

Nullus videtur dolo facere, qui ſuo Iure vtitur.

CAii † eſt hæc Regula deſumpta ex lib. eius 2. de teſtamentis, & conueniunt cum ea *l. nihil dolo. l. non videntur. §. qui iuſſu. l. factum. §. 1. Inf. eod. l. 3. ff. de libero homine exhib. l. qui in ius. §. nemo. Inſ. hoc tit. l. altius C. de ſeruit. & aq. l. Grachus. C. de adulter. l. 13. de Iniur.*
2 Docet † autem, quod is ſit ſine dolo, & quod dolus illi imputari non poſſit, qui id facit, quod vel LL. conſtitutionibus principum, conſuetudine, ſtatuto vel conuentione facere ei eſt conceſſum & permiſſum. Is enim ſuo iure, hoc eſt, iure ſibi conceſſo & permiſſo vti dicitur. Ratio I. eſt, quia iuſtè fit, quod lege permittente fit, *l. Grachus. C. ad l. Iul de adult.* II. Quia volenti & conſentienti non fit iniu-
3 ria, *c. ſcienti. de R I. in 6.* Ut † permiſſum mihi eſt, altius tollere ædes meas, etiamſi inde obſcurentur lumina ædium vicini mei, niſi fortè vicinus habeat in ædibus ſeruitutem altius non tollendi, *l. altius C. de ſeruit.* Si igitur altius tollo ædes meas & obſcuro lumina vicini mei, nihil dolo feciſſe videor, quia meo iure vſus ſum, hoc eſt, iure mihi cōceſſo, *in d. l.*
4 *altius.* Sic † ſi in domo mea puteum aperio, quo aperto venæ fontis vicini mei præciduntur, non dicor dolo quicquam feciſſe, *l. fluminum. §. vlt. ff. de*
5 *clan. infect.* quia meo iure vſus ſum. Cuilibet † enim licet in ſuo ædificare vel facere, quod ſibi licet vel placet, etiamſi aliis noceat, modò ſibi proſit, & non ſeruitute aliqua id facere prohibeatur, *l. 2. §. penult.*

ff. de

Digitized by Google

ff.de aq.pluu.arc. Sic † ſi creditor rem ſibi obligatam 6
vendit & diſtrahit, debitore iuſto & ſtatuto tempore non ſoluente, nihil dolo feciſſe præſumitur, cum ſuo iure, hoc eſt, iure ſibi conceſſo vſus ſit: Iura enim permittunt creditori in tali caſu veditionem & diſtractionem pignoris, vt probatur *in §. contra autem. Inſtit. quib. alien. licet.* Procedit † Regula etiam 7
in eo, qui ſe iure ſuo vti putat, ſeu id petit, quod cur petere non debeat, cauſam ignorat, *l. qui in ius. §. nemo. Inf. hoc tit. l. 2. §. & generaliter. ff. de doli except.* Fallit 8
† Regula primùm, ſi quis ſic vtitur ſuo iure, vt vicino potius noceat, quàm vt ſibi proſit: tunc enim prohiberi poteſt, quia magis ſuo iure abuti, quàm vti videtur, teſte Dec. *hic num.* 2. Cagn. *hic in princ.* II. Fallit, † ſi ædificando quid in alienum immittitur, quod facere de iure prohibitum eſt, *l. ſicut. ff. de* 9
ſeruit. vendic. Cagn. *hic num.* 3. Cenſetur † autem in 10
alienum immitti, quod vel facto hominis immediatè imponitur, vel per conſequentiam naturalem vrgetur in alienum, vt eſt fumi vel mali odoris immiſſio. *d. l. ſicut. §. Ariſto. ff. ſi ſeru. vendicetur.* III. Fallit, † 11
ſi contra veterem morem & formam quis ædificat, *l. 1. C. de ædib. priuat.* IV. Si † in ædificando iura negli- 12
ligit, quæ modum & formam ædificandi præſcribunt, vt ſi legitimum ſpacium non eſſet intermiſſum in cloaca, & aliis, *l. Imperatores. 14. ff. de ſeruit. vrb. præd.*

SVMMARIA.

In L. Semper in dubiis.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Ea, quæ dubia ſunt, ſemper in meliorem & benigniorem partem rapi debent.*

3 Hone-

3 *Honeſtos & cordatos viros decet, ut in diiudicandis aliorum dictis & factis candorem adhibeant.*
4 *Pluribus in caſibus accidere poteſt, ut periculo & iniuria non careat, ſi acerbior eligatur ſententia.*
5 *Humanitas vult, ut ea potius eligamus, quæ minoris ſunt præiudicii.*
6 *Procedit Regula primo in ultimis voluntatibus.*
7 *Secundo, in contractibus.*
8 *Tertio, in iudiciis.*
9 *Quarto, in pœnis & delictis.*
10 *In contractibus benigniora vocamus, quæ debitorem minus grauant: in ultimis voluntatibus, quæ hæredi minus nocent: in iudiciis vero, pœnis & delictis, quæ reo patrocinantur, eumq; minus lædunt & offendunt.*

REGVLA LVI.

Semper in dubiis benigniora præferenda ſunt.

1 DEſumpta † eſt h. l. ex lib. 3. Caii ad Edict. vrbicum: & conueniunt cum ea *l. capienda. & l. ea quæ. §. in re. inf. eod. l. benignius. ff. de LL. l. proxime verſ. ſed in re dubia ff. de iis quæ in teſtamento del. l. ſi fuerit. in fi-*
2 *ne D. de legat. 3.* Docet † autem, quod omnia ea, quæ dubia ſunt, ſemper in meliorem & benigniorem partem rapi debeant, *l. ea quæ in partes. §. in re dubia*
3 *& l. rapienda. inf. eod.* Ratio I. eſt, quia † honeſtos & cordatos viros decet, ut in diiudicandis aliorum dictis & factis candorē adhibeant, eaq;, quæ obſcura & dubia videntur, in meliorem vel potius
4 optimam interpretentur partem. II. Quia † pluribus caſibus accidere poteſt, ut periculo & iniuria non careat, ſi acerbior eligatur ſententia, *argumen-*
5 *to l. merito. ff. pro ſocio.* III. Suadet † hoc etiam humani-

manitas, quæ vult, vt potius ea eligamus, quæ minoris ſunt præiudicii, teſte Seneca lib. 11. epiſt. ubi inquit: Sēper in dubiis humanitas inclinat in melius. Procedit † Regula I. in vltimis voluntatibus & legatis, ut probatur *in l. 3. ff. de his quæ in teſt. del.* II. In † contractibus. III. In † Judiciis. IV. In † pœnis & delictis, ut Sup. in regula; *Semper in obſcuris.* 9. dictum eſt. Nam ſicut in ea iubemur in obſcuris ſequi id, id, quod minimum eſt (cæteris tamen paribus.) Ita etiam hoc loco Juriſconſultus monet, in dubiis & obſcuris benigniora præferenda eſſe. Vocamus † autem benigniora in contractibus, quæ debitorem ſeu obligatum minus grauant & lædunt, *l. veterib. ff. de pact.* In ultimis voluntatibus & Legatis benigniora appellamus, quæ hæredi minimè nocent, *l. cum tempus. ſup. h. t.* In iudiciis verò, pœnis & delictis, quæ reo patrocinātur & quæ reum minus lædūt & offendunt, *l. fauorabiliores. infr. eod. l. Arrianus. ff. de act. & obl.* Et ſic hæc Reg. conuenit cum Reg. 9. ſupr. explicata: Idcirco etiam limitationes huius Regulæ ex Regula 9. petantur. 6 7. 8 9 10

SVMMARIA.

In L. Bona fides.

1 *Regula hac vnde deſumpta ſit, & quanam alia cum illa Leges conueniant.*

2 *Bona fides non admittit, ut unum & idem debitum bis exigatur vel ſoluatur.*

3 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.*

4 *Facta ſemel ſolutione periniquum eſt, denuo illud ipſum, quod ſolutum eſt, exigere.*

5 *Procedit Regula primò, in contractibus, vt, ſi fideiuſſor pro principali reo ſoluit, liberatur principalis reus à creditore, & cōtrà.*

Digitized by Google

6 *Secundò, in vltimis voluntatibus. Cuius rei additur Exemplū.*

7 *Fallit Regula primò, in illis, in quibus debitum vnica ſolutione non finitur.*

8 *Secundo, ſi ex diuerſis obligationibus & contractibus aliquid petitur. Tunc enim unius exactio non impeditur per exactionem alterius.*

9 *An in delictis locum habeat hac Regula, ita ut ſemel ob delictum punitus denuo plecti non poſſit.*

Ibid. Semel tantum pœna irrogari debet.

10 *Omnis lex obligat vel ad obedientiam, vel ad pœnam: hinc fit, vt, qui ſemel perſoluit pœnam, pro abſoluto haberi debeat.*

11 *Pœna Eccleſiaſtica ſeu Canonica, in foro conſcientiæ impoſita, quæ ſanguinaria non eſt, nec propriè ad vindicta imponitur, ſed ad pœnitentiam, non tollit aut impedit pœnam politicā.*

12 *Iuriſdictiones, Eccleſiaſtica ſcilicet & ſeculares, prorſus ſunt diſtincta, adeo ut ſententia lata in una, non pariat exceptionem rei iudicata in alia.*

13 *Vocabulum, Bona fides, quàm variè uſurpetur.*

REGULA LVII.

Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.

1 DEſumpta † eſt hæc lex ex libro 18. Caii ad Edict. prouinciale: & habet concord. tex. *in c. bona fides. de R. I. in 6. in l. locum. § condemnato. ff. de tab. exhib. in l. Stichum. §. dolo. ff. de ſolut. in l. bona fides. ff. depoſiti.* Docet † autem, quod bona fides non admittat, ut unum & idem debitum bis exigatur vel ſoluatur, hoc eſt, quod Juſtitia, æquitas & honeſtas nō patiantur unam & eandem rem bis exigere vel ſoluere. Contra bonam fidem enim eſt, eandem rem vel æſtimationem quam quis ſemel perſoluit, ſeu præſtitit, denuo exigi. Ratio I. eſt, Quia † ſolutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio, §. 1. *Inſt.*

Digitized by Google

Inſt. quib. mod. tol. obl. II. Quia † facta ſemel ſolutione periniquum eſt, denuò illud ipſum quod ſolutum 4 eſt, exigere. Nam hac ratione quis cum alterius damno locupletior fieret, quod per LL. non licet, *l. Iure naturæ. inf. eod. cum ſimil.* Procedit † hæc Regula I. in contractibus, ut ſi fideiuſſor pro principali reo ſoluit, liberatur principalis reus à creditore, nec poteſt creditor eandem ſummam denuò à principali debitore exigere, quia idem bis exigeret, quod nõ patitur hæc Regula noſtra. Sic ſi reus ſeu principalis debitor ſoluit, liberatur etiam ii, qui pro principali debitore fideiuſſerunt, nec poteſt creditor eandẽ ſummam ſecunda vice etiã ab ipſis fideiuſſoribus poſtulare, ut probatur *in prin. Inſt. quib. mod. toll. oblig.* II. In † ultimis voluntatibus, ut, ſi teſtator mihi legat 100. ſub conditione, & pendente conditione 6 ago contra hæredem Interdicto de tabulis exhibẽdis. Quia a. nõ exhibuit hæres, cõdemnatus eſt ad Intereſſe meum, hoc eſt, ad ſolutionem legati, quã etiam præſtitit. Exiſtente conditione poſtea denuò volo agere ex teſtamento, & petere legatum, quæritur an poſſim? Et reſpõdetur, quod nõ: quia bona fides non patitur, *l. locum habet. §. cõdemnato. ff. de tab. exhib.* Fallit † tamen I. in iis, in quibus debitum u- 7 nica ſolutione non finitur, teſte Cagn. *hic. n.* 10. 11. Fallit, † ſi ex diuerſis obligationibus & cõtractibus 8 quid petitur. Tunc n. unius exactio non impeditur per exactionem alterius, teſte Cagn. *hic n.* 10. *per. l. fundum. ff. de nouat.* Idem ſentit & Dyn. *in c. bona fides, ext. eod. in 6. n. 5.* An † a. in delictis locum habeat hæc 9 Reg. ita vt ſemel ob delictũ punitus, denuo plecti nõ poſſit exãinat Dec. *hic n.* 4. Cãg. *n. 5.* cõcluderes, quod tãtũ ſemel pœna irrogari debeat, h. e. quod

quis ſemel tantum propter delictum puniri poſſit.
10 Cum † enim omnis lex obliget vel ad obedientiam vel ad pœnam, fit, vt, qui ſemel perſoluit pœnam, pro abſoluto haberi debeat, *l. Diuus. ff. de Iure patron. & l. ſi cui crimen. §. iiſdem. ff. de accuſat.* Quamuis delicta, pro quibus facta fuit abſolutio vel ſatisfactio, aliud delictum poſtea commiſſum aggrauent, teſte Dec. *hic num.* 7. quæ accipienda ſunt de pœnis à Iu-
11 dice ſeculari irrogatis. Nam † pœna Eccleſiaſtica, ſeu Canonica, in foro conſcientiæ impoſita, quæ ſanguinaria non eſt, nec propriè ad vindictam imponitur, ſed ad pœnitentiam, non tollit aut impedit pœnam Politicam, quo minus magiſtratus Politicus facinoroſum punire poſſit pro eodem delicto, vt determinat Bald. *in l. cunctos. C. de ſum. Trinit.* & communiter ita teneri atteſtatur Jul. Clar. *in ſua*
12 *pract. §. fin. q. 57. num. 10. & 14.* Ratio eſt, quia † Iuriſdictiones prorſus ſunt diſtinctæ, Eccleſiaſticæ ſcilicet & ſeculares, adeo vt ſententia lata in vna non pariat exceptionem rei iudicatæ in alia. Verum de his plura videant ſtudioſi apud Jul. Clar. *in d. q. 57.*
13 Porro † quoniam in hac Regula dicitur: *Bona fides non patitur, &c.* vocabulum autem *Bona fides* variè vſurpatur, dicendum quoque aliquid eſt de eius ſignificatione. Primò autem ſignificat omne id, quod a dolo, fraude & calliditate eſt alienum, quo ſenſu dicimus bona fide rem poſſidere, *l. bonæ fidei. ff. de V. S.* Item negocium bona fide contrahere: Item rem bona fide emere vel vendere, *l. 15. ff. de contrah. empt.* Secundò ſignificat ἐπιεικείαν, Iuſtitiam, æquitatem, ſeu bonum & æquum. Unde Caius *in l. ſi quis. 5. in princ. ff. de act. & obligat.* inquit: *His actionibus inuicem experiri poſſum de eo, quod alterum alteri ex bona*

Digitized by Google

bona fide præſtare oportet. Hinc etiam contractus bonæ fidei appellantur, §. *actionum. Inſtit. de action.* Et hæc poſterior ſignificatio in hac Regula locum habet, teſtibus Pet. Fabro & Oldendorp. *hic.*

SVMMARIA.

In L. Ex pœnalibus.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam cum ea aliæ Leges conueniant.*

2 *Pater propter delictum filij, licet filio peculium conceſſerit, non poteſt peculiotenus conueniri: ſed filius delinquens ſuis ſubiacet actionibus & accuſationibus.*

3 *Exemplum.*

4 *Exemplum aliud.*

5 *Peculij adminiſtratio & conceſſio à patre filiofam. facta, non ad delinquendum, ſed ad cõtrahendum & negociãdum facta eſt.*

6 *Fallit Regula primo, ſi pater commodum & vtilitatem ex delicto filij ſenſit. Tunc enim, cum iniquiſſimum ſit quempiam ex alterius delicto impune locupletari, datur in eum actio de peculio.*

7 *Secundo, ſi filius ſe in iudicio defendit, ritéq; condemnatus eſt. Tunc enim pater de peculio conueniri poteſt, non quidem ex delicto, ſed ex quaſi contractu filii in delicto celebrato.*

8 *Tertio, in officio publico. Ibi enim pater pro filio obligatur, quia quaſi fideiuſſor filii exiſtit.*

9 *Quarto, in peculio caſtrenſi, vel quaſi. Regula enim hæc de peculio profectitio loquitur.*

REGVLA LVIII.

Ex pœnalibus cauſis non ſolet in patrem de peculio actio dari.

VLp. † eſt h. l. deſumpta ex lib. eius 2. diſp. habetq; concordantes text. *in tit. C. ne filius pro patre.* 1 *in l. ſicut pœna. Supr. hoc. tit. in l. quod ſeruus. in fin. ff. de*

acquir. poſ. l. 1. §. ſi filiusfamilias. ff. de his qui effud. vel de-
2 *iecer. l. 3. §. ex cauſa furtiua. ff. de peculio.* Docet † autem,
quod pater propter delictum filii, licet filio pecu-
lium conceſſerit, non poſſit peculiotenus conue-
niri, ſed quod filius delinquens & peccans ſuis ſub-
iaceat actionibus & accuſationibus, *l. tam ex contra-*
ctibus. ff. de Iudic. & l. 1. §. ſi filius. & §. cum ſeruus. ff. de his
3 *qui effud. vel deiec.* Unde † ſi filiusfamilias damnum
dedit alteri, aut iniuriam commiſit, quoniam hóc
ipſum ad pœnalia Judicia pertinere ſolet, in patré
actio non datur de peculio, ſed pro ſuo delicto ipſe
filius conueniri debet & poteſt, *l. noxali. ff. de noxal.*
4 *act. §. fin. Inſt. eod.* Eodem † † modo, ſi ex cœna-
culo, quod filiusfam. conductum habet, in eum
locum, quo vulgo iter fieri ſolet, quid deiectum
vel effuſum eſt, & à filio damnum datum, non da-
tur ob id in patrem actio de peculio, ſed in ipſum
filium Judicium competit, *l. 1. §. ſi filiusfam. ff. de his*
5 *qui deiec.* Ratio eſt, quia † peculii adminiſtratio &
conceſſio à patre filiofamilias facta non ad delin-
quendum, ſed ad contrahendum & negotiandum
facta eſt, vt eleganter Decius *hic* oſtendit *per l. 1. §.*
filiusfam. ff. de de his qui deiec. & Cagnol. *hic. num. 1.*
Non igitur pater ex delicto vel quaſi filii de pecu-
lio conueniri poteſt, ut teſtatur Regula noſtra.
6 Fallit † tamen Regula I. ſi pater commodum &
utilitatem ex delicto filii ſenſit, & ſi aliquid ex de-
licto filii ad patrem peruenit. Tunc enim, cum ini-
quiſſimum ſit, quempiam ex alterius delicto im-
punè locupletari; datur in eum actio de peculio,
l. licet prætor. §. ex cauſa. ff. de pecul. Ubi dicitur, A-
ctionem de peculio in patrem dandam eſſe, in
quantum ex furto filii locupletior eſt factus. II.
Fallit,

Digitized by Google

Fallit, † ſi filius in iudicio ſe defendit, riteque condemnatus eſt. Tunc n. pater de peculio conueniri poteſt, non quidem ex delicto, ſed ex q. contractu filii in iudicio celebrato. Per litis conteſtationem enim partes inter ſe quaſi contractum celebrare dicuntur, teſte *Cagn. hic nu.* 2. & eſt tex. *in d. l. licet prætor.* 3. *§. idem ſcribit. ff. de peculio.* III. Fallit † in officio publico. Ibi enim pater pro filio obligatur, quia quaſi fideiuſſor filii exiſtit, Cagn. *hic. num.* 6. Decius *num.* 6. & 7. IV. Fallit † in peculio caſtrenſi vel quaſi: procedit enim Regula noſtra in peculio profecticio. 7 8 9

SUMMARIA.

In L. Hæredem eiuſdem.

1 *Legis huius origo & conuenientia.*
2 *Hæres, qui defuncto ſuccedit, non debet eſſe deterioris conditionis, quàm fuit defunctus.*
3 *Quoscunque defunctus obligatos habuit, eosdem & is, qui ſuccedit, & è contra.*
4 *Vbi defunctus ratione domicilii, originis, contractus, aut ipſius rei legitioſæ, forum ſortitus eſt, & conueniri potuit, ibidem etiam hæres conueniri poteſt, & defendi debet.*
Ibid. Factum defuncti cenſetur factum hæredis.
5 *Quod quidem non tantum in primo hærede, ſed & in hæredis hærede obtinet.*
6 *Appellatio hæredis & vltra proximum hæredem extenditur.*
7 *Obtinet etiam Regula in omnibus, qui pro hærede habentur, vt ſunt fideicommiſſarii.*
8 *Ante aditionem hæreditatis nemo hæres dici poteſt.*
9 *Procedit Regula in iis, quæ poſſunt ad hæredes ſalua æquitate transferri.*
10 *In quibusdam hæres minus habet iuris, quàm defunctus, in quibusdam etiam plus iuris.*

11 *Minus iuris habet, in iuribus & beneficiis perſonalibus, quæ cum perſona cohærent, & cum perſona non extinguuntur, nec in hæredes tranſeunt.*

12 *Fallit hæc Regula in Vſufructu.*

13 *In delictis & actionibus pœnalibus.*

14 *In illis, quæ facti ſunt, cuiusmodi eſt poſſeſſio.*

15 *Plus iuris habet hæres, quàm defunctus: quia defunctus proprii facti ignorantiam prætendere nequit.*

16 *Plus iuris etiam habet hæres, quàm defunctus in euictione. Nam euicto homine de euictione hæres tenetur, cum tamen defunctus non obſtrictus fuerit de euictione præſtanda.*

Regula LIX.

Hæredem eiusdem poteſtatis iuriſque eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat.

1 DEſumpta † eſt hæc lex ex lib. 3. diſput. Vlp. & conueniunt cum ea *l. in pari. §. hi qui. l. in omnibus officiis. §. nõ debeo. l. qui in ius. infr. eod. l. Item veniunt. §. fin. ff. de petit. hæred. l. hæres. ff. de acquir. hær. c. is qui in*
2 *ius. de R. I. in 6.* Docet † autem breuiter, quòd hæres, qui defuncto ſuccedit, non debeat eſſe deterioris conditionis, quàm fuit defunctus, ſed quod eiusdem iuris & poteſtatis haberi debeat cum ipſo defuncto, ſiquidem hæres in uniuerſum Jus, quod defunctus habuit, tempore mortis, ſuccedit, ob quod etiam Juris interpretatione una & eadem perſona cum defuncto eſſe cenſetur, ut probatur *in Authent. de Iureiur. à mor. præſt. §. ſcimus igitur. Coll. 5. & in l. fin. C. de impub. & aliis ſubſt.* Unde is, qui in ius dominiumue alterius ſuccedit, eodem iure, quo ille, uti debet, *l. qui in ius. infr. hoc tit. c. is qui in ius. de*
3 *R. I. in 6.* Item † quoscunque defunctus obligatos habuit, eosdem & is, qui ſuccedit, & econtra, quibus

Digitized by Google

bus defunctus ex aliqua cauſa tenetur, iiſdem &
hæres, qui ſuccedit defuncto, obſtrictus erit: Cùm
omnia iura & actiones defuncti in hæredem tran-
ſeant actiuè & paſſiuè, *l. unica. C. ut act. ab hæred.* Item
† ubi defunctus ratione domicilii, originis, contra- 4
ctus, aut ipſius rei litigioſæ forum ſortitus eſt, &
conueniri potuit, ibidem etiam hæres conueniri
poteſt, & defendi debet, *l. hæres. ff. de iudic.* & quic-
quid defunctus pollicitus eſt, & promiſit pro ſe,
etiam pro hæredibus promiſiſſe videtur, gl. &
Bart. *in l. ſi ſic. ff. de V. O.* Et ſic factum defuncti cen-
ſetur factum hæredis, teſte Angelo *conſ. 185.* Et † 5
hæc non tantum in primo hærede, ſed etiam in hæ-
redis hærede obtinent, *l. 3. ff. de petit. hæred.* Ratio eſt,
quia † appellatio hæredis & ultra proximum hæ- 6
redem extenditur, *l. hæredis. ff. de V. S.* Obtinent † 7
etiam in omnibus, qui pro hærede habentur, ut
ſunt fideicommiſſarii uniuerſales, *l. ita tamen. §. qui*
ex Trebelliano. ff. ad Senatuſc. Trebell. Item bonorum
poſſeſſores. *§. quos autem Inſtit. de bon. poſſ.* III. Ob-
tinent † adita demum hæreditate, *l. 3. §. ſi quis. ff. de* 8
hæred. inſtit. quia ante aditionem hæreditatis ne-
mo hæres dici poteſt, *l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipu-*
lat. ſer. IV. Procedũt † in iis, quæ poſſunt ad hære- 9
des ſalua æquitate transferri, teſte Oldend. in hac
Regula. Fallit † hæc Regula in multis. Nam in 10
quibuſdam hæres minus habet iuris, quàm defun-
ctus, in quibuſdam etiam plus iuris. Minus † iuris 11
habet I. In Juribus & beneficiis perſonalibus, quæ
cum perſona cohærent, & cum perſona etiam ex-
tinguuntur, nec in hæredes tranſeunt, ut *in l. mari-*
tum. ff. ſoluto matr. habetur, quod maritus habeat
priuilegium, ne conueniatur in ſolidum, in repiti-

Digitized by Google

tione dotis, ſed tantum in id, quod facere poteſt:
Id priuilegium non tranſit ad hæredem. Nam ſi ab
hæredibus mariti dos ab uxore repetitur, hæredes
priuilegium mariti allegare nequeunt, ſed inte-
gram dotem ſoluere coguntur,& ſic non ſunt eiuſ-
dem iuris hæredes cum defuncto,ut *in l.Diuus.ſupr.*
12 *hoc tit.* dictum eſt. II. Fallit † in uſufructu. Is enim
cum perſona uſufructuarii extinguitur, nec tranſit
13 in hæredes, *§.fin.Inſt.de uſufr.* III. Fallit † in delictis
& actionibus pœnalibus. Nam nec pœnales a-
ctiones, niſi lite conteſtata cum defuncto, vel niſi
aliquid ad hæredem peruenerit, ad hæredes tran-
ſire poſſunt, *l. ſicuti. ſupr. hoc tit. l. Iniuriarum. ff. de*
Iniur. §. non autem omnes. Inſt. de perpet. & temp. act.
Actiones igitur pœnales, quæ aduerſus defunctum
inſtitui potuerunt, aduerſus hæredem inſtitui ne-
14 queunt, *l. pœnalia infr. hoc tit.* IV. Fallit † in iis,
quæ facti ſunt, cuiuſmodi eſt poſſeſſio. Ea enim
ad hæredes non tranſmittuntur, *l. Idem Iulianus. §.*
ſi quis alicui. & ibi Bart. *ff. de leg. 1. l. cum hæredes. ff. de*
15 *acquir. poſſeſſ.* Plus † Iuris habet hæres, quàm de-
functus I. quia defunctus proprii facti ignorantiam
prætendere nequit, *l. plurimum. ff. de Iur. & facti ign.*
Quod tamen hæredi competit. Is enim allegare
poteſt defuncti facti ignorantiam, imò iuſtam
ignorantiæ cauſam habere cenſetur, *l. qui cum alio.*
16 *& l. qui in alterius. Supr. hoc. tit.* Secundò † in Eui-
ctione. Nam euicto homine de euictione hæres
tenetur, cum tamen defunctus non obſtrictus fue-
rit de euictione præſtanda, *l. ſi per impruden-*
tiam. 51. §. Non mirum. ff. de
euict.

SUMMA-

Digitized by Google

Summaria.

In L. Semper qui non prohibet.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Tacite etiam mandatum contrahitur.*
3 *Scilicet per patientiam, cuius rei Exemplum eſt ibidem.*
Ibid. Patientia pro mandato & conſenſu habetur.
4 *Procedit Regula in præſente, qui patitur aliquid ſuo nomine fieri, nec contradicit, cum poſſit, ſed tacet & permittit.*
5 *Procedit item, quoties de utilitate illius, qui patitur, agitur.*
6 *Vt tacens pro conſentiente habeatur, hæc requiruntur, 1. ut ſit præſens, 2. ut taceat, cum poſſit contradicere. 3. vt vertatur eius vtilitas.*
7 *Tacens in obligatione detrimentoſa, pro conſentiente minime habetur.*
8 *Ratihabitione contrahitur & celebratur tacite mandatum.*
9 *Ratihabitio retro trahitur, & mandato æquiparatur.*
10 *Ratum quis habere non poteſt id, quod eius nomine geſtum non eſt.*
11 *Procedit, ſi ratificatio fit intra tempus, intra quod debet & poteſt ratificari.*
12 *Quo tempore ratificatio fieri ſoleat & debeat.*
13 *Procedit, ſi ratificatio non fit in alterius præiudicium.*
14 *Procedit quoad effectum.*
15 *Mandatum & Ratihabitio differunt: cum mandatum ſemper antecedat negotium, ratihabitio vero ſequatur.*
16 *Aliena negotia poſſunt mandari, non autem per ratihabitionem comprobari.*
17 *Sicut mandans delictum & mandatarius pari pœna plectuntur: ita & ratificans delictum, ſuo nomine factum, in pari cum principali hæret culpa.*
18 *Ad hoc tamen tria requiruntur, quæ ibi vide.*
19 *Ratificatio quomodo probetur & inducatur.*

Regula LX.

Semper qui nõ prohibet pro ſe interuenire, mãdare creditur. Sed ſi quis ratũ habuerit

buerit quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione.

1 VLp. † eſt hæc L. deſumpt. ex lib. 10. diſputat. Et habet concordantes tex. *in l. qui patitur. l. qui fidem. ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. C. mandati l. fin. C. ad Senatuſc. Maced. c. & ratihabitionem. de R. I. in 6.* Do-
2 cet † autem, quod tacitè mandatum contrahatur. Nam non tantum expreſſis verbis mandatum celebratur: Ut, ſi dico: Volo, rogo, mando, vt hoc vel illud meo nomine facias, *l. 1. ff. mandati. l. ſi verò. §. cum quadam. ff. eod.* Sed etiam tacitè, de quo tacito mandato Regula noſtra loquitur, & docet, quot modis mandatum celebretur, videl. duobus mo-
3 dis. I. Per † patientiam, veluti, ſi quis ſcit & videt aliquid ſuo nomine fieri, & patitur id fieri, nec prohibet, vel contradicit, cum tamen optimè poſſet. Sic enim inquit Juriſconſultus noſter *hic: Semper qui non prohibet pro ſe, &c.* quaſi diceret: Is qui videt & ſcit aliquid fieri ſuo nomine, nec prohibet, ſed patitur id fieri, mandatum celebrare iudicatur, ex quo obligatio & actio naſcitur. Ratio eſt, quia patientia illa pro mandato & conſenſu habetur, *l. qui patitur. ff. mandati.* Ut ſi Titius nihil mandauit ſuo nomine fieri, paſſus tamen eſt, aliquid ſuo nomine fieri, mandaſſe videtur, cum tacens pro conſentiente habeatur, *c. qui tacet. de R. I. in 6.* Et ideò agens contrarium, mandati Judicium habet: Is verò qui paſſus eſt, aliquid ſuo nomine fieri directum Judicium non aliter, ac ſi expreſſis verbis mandatum eſſet celebratum & contractum. Eodem modo, ſi pro te præſente, non contradicente ſed patiente & permittente fideiubeo, ſeu fidem

dem meam interpono, mandare videris, & ideo mandati actione contra te experior, non aliter, ac ſi expreſſis verbis mihi mandaſſes, vt pro te fideiuberem, ut probatur *in l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus ſum. ff. mandati*, ubi dicitur: *Si paſſus ſum aliquem pro me fideiubere, vel aliàs interuenire, mandati teneor.* Et *in l. qui fide. ff. eod.* dicitur. *Qui fide alterius pro alio fideiuſſit, præſente & non recuſante, utroſq; obligatos habet iure mandati.* Procedunt † autem hæc verba regulæ 4
in præſente, qui patitur aliquid ſuo nomine fieri, nec contradicit, ſed tacet & permittit: non in abſente, ut Decius *hic* vult, teſte Cagnolo *hic nu. 2. & l. qui fide alterius. ff. mandati.* Quia non eſt eadem ratio in præſente & abſente: quia præſens extemplo contradicere poteſt & prohibere, cum videt aliquid ſuo nomine fieri, quod non poteſt abſens. II. Procedunt, † quoties de utilitate eius, qui patitur, 5
agitur. Nam præſens & tacens, nec contradicens, pro conſentiente habetur, cum de commodo eius agitur, non quando de incommodo, *l. filiusfamil. §. inuitum. ff. de procurat.* Matth. Weſembec. *in paratt. de pactis. num. 7. in fine.* Ut † igitur tacens pro con- 6
ſentiente habeatur, hæc requiruntur. Primùm, ut ſit præſens. II. Ut taceat, cum poſſet non tacere, ſed contradicere. III. Ut vertatur eius utilitas, & de eius lucro & commodo agatur. Nam † in obli- 7
gatione detrimentoſa tacens pro conſentiente minimè habetur, teſte VVeſembecio *in d. l. & l. filiusfam. §. Inuitum. ff. de procurat.* II. Ratihabitione † 8
contrahitur & celebratur tacitè mandatum, veluti ſi quis ratum habet, ratificat, & comprobat, quod ſuo nomine geſtum eſt. Sic enim inquit Iuriſconſultus noſter hic: *Sed & ſi quis ratum habuerit, quod*

geſtum

geſtum eſt, obſtringitur mandati actione. quaſi diceret:
Si quis approbat & confirmat id, quod ſuo nomi-
9 ne geſtum eſt, mandaſſe creditur & mandati actio-
ne obſtringitur. Ratio eſt, quia † Ratihabitio re-
tro trahitur & mandato æquiparatur, ut probatur
in c. Ratihabitionem. de R.I. in 6. Veluti ſi filiusfami-
lias citra patris mandatum & voluntatem mutuam
pecuniam accepit, non tenetur neque filius neque
pater beneficio Senatusconſulti Macedoniani.
Verum ſi pater poſtea ratum habuerit cõtractum,
valet mutuum, non aliter, ac ſi ſtatim in principio
patris mandatum interueniſſet, & ob id pater etiã
actione mandati conuenitur, nec ſe defendere &
tueri exceptione SCti Macedoniani poteſt, *l. fin. C.*
ad SCtũ. Maced. Sic ſi aliquis emit rem meo nomine,
ſine tamen mandato meo, ſi poſtea emptionẽ ratã
habeo, perinde quæritur mihi dominiũ & poſſeſſio
per ratihabitionem, ac ſi ab initio mandatum meũ
10 interueniſſet, *l. ſi quis offer. ff. de ſolut.* Et † hæc de Rati-
habitione procedunt in contractibus. I. Si verè &
principaliter vel in conſequentiã negotiũ pertinet
ad eum, qui ratũ habuit. Nam ſi ad alium pertinet,
Ratificatio eius nihil operatur: Quia ratũ quis ha-
bere non poteſt id, quod eius nomine geſtum non
eſt, *c. ratum. de R.I. in 6.* Idem teſtatur Decius *hic n. 11.*
11 Cag. 19. II. Procedit † ſi ratificatio fit intra tempus,
intra quod debet & poteſt ratificari, teſte Cag. *hic.*
n. 20. per l. bonorum. ff. rem ratam haberi. Cum autem
12 quæritur, quo † tempore ratificatio fieri ſoleat &
debeat? Reſpondetur ex prædictis, generaliter acci-
piendũ hoc eſſe cum laxamento & amplitudine &
cũ quodã ſpatio tẽporis, nec minimo nec maximo,
quod magis intellectu quã elocutione exprimi po-
teſt,

Digitized by Google

teſt, teſte Oldendorp. *in princ. huius Reg.* III. Procedit 13
† ſi ratificatio non fit in alterius præiudicium, quia
in alterius præiudicium ratificatio facta non valet,
l. ſi partem. §. fin. ff. quemadm. ſeruit. amit. Dec. *hic nu.* 15.
IV. Procedit † quoad effectum. In effectu n. rati- 14
habitio mandato ſimilis eſt: Item quoad fictionem
Iuris, non quoad veritatem. Nam † veritate inſpe- 15
cta differunt mandatum & ratihabitio: cum mãda-
tum ſemper antecedat negocium: ratihabitio verò
ſequatur. II. Cum † aliena negocia poſſint mandari, 16
nõ autem per ratihibitionem comprobari. Ratum
n. quis habere nõ poteſt, quod eius nomine geſtum
non eſt, *d. c. ratum. de R. I. in 6.* Procedunt † etiam ver- 17
ba Regulæ de ratihabitione in delictis. Nam ſicut
mandans delictum & mandatarius pari pœna ple-
ctũtur, *l. iſte damnum. & l. hoc Iure. §. in maleficio. Inf. h. t.*
Ita & ratificãs delictum ſuo nomine factum, in pari
cum principali hæret culpa, *l. 1. §. deieciſſe verſ. ſed et ſi.
ff. de vi & vi ar.* Vt ſi quis deiecit aliquem de poſſeſſi-
one ſua meo nomine, & ego id ratum habeo, perin-
de teneor interdicto vnde vi, ad poſſeſſionem reſti-
tuendam & alia damna illata, ſicut tenerer, ſi ab ini-
tio mandaſſem, *l. 1. §. ſed et ſi. ff. de vi & vi ar. l. hoc Iure.
§. deiicitur. Inf. h. t.* Eodem modo ſi quis vulnerauit
clericum meo nomine, & ego id ratum habeo, per-
inde ſum excommunicandus, ac ſi principio man-
daſſem, *c. cùm quis de ſententia excomm. lib. 6.* Ad † hoc 18
tamen tria requiruntur. I. Ut delictum ſit perpe-
tratum nomine ratificantis, quia ratum quis habe-
re non poteſt, quod ipſius nomine geſtum non eſt,
c. ratum quis. de R. I. in 6. II. Ut illud ratificet, tan-
quam ſuo nomine factum, teſte gloſſa *in d. §. deie-
ciſſe. ff. de vi & vi arm.* III. Ut ſit tale delictum, quod
poſſit

Digitized by Google

poſſit per alium committi, teſte Dyno *in c. ratihabitionem. de R.I. in 6. num. 3.* Quomodo † autem Rati-
19 ficatio inducatur & probetur, breuiter oſtendit Bald. *in l. obſeruare. num.* 10. *ff. de off. proconſ.* inquiens *Ratihabitationem probari ſignis, indiciis, coniecturis, voce, geſtibus & factis.*

SUMMARIA.

In L. Domum ſuam.

1 *Origo & conuenientia Legis.*

2 *Quilibet poteſt reficere ædes ſuas, modò non officiat alteri, in quo nil iuris habet.*

3 *Aſpectus vrbis per ruinam ædium deformari non debet.*

4 *Cuilibet licet iure ſuo uti, niſi lege vel ſeruitute prohibeatur.*

5 *Decii, Accurſii & reliquorum intellectus huius Regulæ.*

6 *Naturaliter quiſq; in ſolo ſuo ius imponendi in infinitum habet, & ædificandi ad cœlum uſq;.*

7 *Fallit Regula, ſi vicinus habeat ius vel ſeruitutem, ratione cuius nobis integrum non eſt, in noſtra re facere quod volumus.*

Ibid. Ius alteri ſemel acquiſitum non debet eidem inuito auferri.

8 *Fallit item, ſi in refectione veterem formam non obſeruamus.*

REGVLA LXI.

Domum ſuam reficere unicuique licet, dum non officiat inuito alteri, quo ius non habet.

1 DEſumpta † eſt hæc Lex ex lib. 3. opinionum Vlp. Iuriſconſulti, & conueniunt cum ea *l. altius. C. de ſeruit. & aq. l. nemo videtur. ſupr. hoc tit. l. ſicuti. § . Ari-*
2 *ſto. ff. ſi ſeruitus vendicetur.* Docet † autem, quod quili-
bet

bet reficere poſſit ædas ſuas, modò non officiat alteri, in quo nihil Iuris habet. Ratio prima eſt, ne † a- 3
ſpectus vrbis per ruinam ædium deformetur, ob quod etiam à præſide prouinciæ olim Romæ inſpectis ædificiis Domini eorum ea reficere coacti fuerunt, vt teſtatur Ulp. Juriſconſultus *in l. 7. ff. de off. præſid.* Secunda eſt, quia † licet cuilibet vti re ſua, 4
vel iure ſuo pro libitu, vel etiam in ſuo ædificare, ædes ſuas altius tollere, deprimere, vel quid aliud in ſuo facere, niſi lege vel ſeruitute prohibeatur, *l. nullus dolo. Supr. eod. & l. altius. C. de ſeruit. & aq.* Ergo multò magis domum ruinoſam reficere permiſſum fuit etiam inuito altero, dummodo ei damnum non inferatur. Ut Titius locauit mihi ædes ſuas, quæ quoniam ruinam minantur, & refectione indigent, reficere eas decreuit, quæritur, an me inuito id facere poſſit? & reſpondetur ſecundum hanc Regulam, quod ſic: modò mihi conductori, in quo ius non habet, non officiat, nec me in iure meo habitationis turbet, *l. qui inſulam. in princ. ff. locati.* Et ita hanc Legem intelligit Cagn. *hic in princ.* cui aſtipulatur Jacob. Ræuard. *in hac l. noſtra.* Alii † vero, vt Decius, 5
Accurſius & reliqui hunc nolunt eſſe Regulæ ſenſum & intellectum, quod doceat cuilibet licere & permiſſum eſſe vti re ſua, vel iure ſuo pro libitu, dummodo id facere vel lege vel ſeruitute non prohibeatur. Ut ſi ego habeo domum, domui tuæ contiguam, poſſum in illa facere, quod volo: poſſum eam altius tollere, vel deprimere, etiamſi illa depreſſio, vel in altum ædificatio alteri noceat; niſi lege vel ſeruitute id facere impediar, *l. altius. C. de ſer. & aqu.* Naturaliter † n. in ſolo quiſque ſuo ius im- 6
ponẽdi habet in infinitum, & ędificandi ad cœlum

Digitized by Google

vſque, etiamſi inde lumina vicini obſcurentur, *l. cum eo l. Imperatores. ff. de ſeruit. urb. præd.* Sic ſi tignum immiſſum in vicini parietem habeo, & ædes meæ refectionem deſiderant, poſſum etiam inuito vicino, cuius paries debet hanc ſeruitutem, nouum tignum immittere & ædes meas inſtaurare, *l. 1. & l. hæc autem Iura, §. Item ſi tign. ff. de ſeruitut. urban. prædiorum.* Et † in hoc ſenſu accepta Regula
7 fallit. I. Si vicinus habeat Jus vel ſeruitutem, ratione cuius nobis integrum non eſt, in noſtra re facere quod volumus: Ut, ſi vicinus habet in ædibus noſtris ſeruitutem luminum, vel altius non tollendi, non licet nobis, inuito vicino, altius tollere ædes noſtras, & lumina obſcurare. Ratio eſt, quia Jus alteri ſemel acquiſitum, non debet eidem invito auferri, *l. id quod noſtrum. ſupr. hoc tit. & l. 2.*
8 *ff. de his qui ſunt ſui vel alieni Iuris.* II. Fallit, † ſi in refectione & reſtauratione veterem formam, morem & conſuetudinem non obſeruamus, ſed aliquid innouamus quod antea non fuit, Deç. *hic, num.* 4. Cag. *num.* 3. Sicut is, qui iter vel actum reficere ex edicto laborat, permittendus quidem eſt ſed ita ut in priſtinam formam reducat, hoc eſt, ne dilatet, producat, deprimat, vel exaggeret, *l. etſi fortè. §. modus autem. ff. ſi ſeruit. vendicetur & l. unde etiam. §. reficere ſic accipimus. ff. de itinere actuq; priu.* Unicuique igitur re ſua uti licet, etiamſi aliis noceat, modo id facere, vel lege, vel veteri forma, & conſuetudine, vel ſeruitute non prohibeatur.

SVMMA-

SVMMARIA.

In L. Hæreditas nihil aliud.

1 *Origo & concordantia Legis.* 2. *& 3. Hæreditatis definitio.*
4 *Iuriſconſulti definire ſolent abſtracta per abſtracta.*
5 *Hæreditas interdum nomen ſuum amittit.*
6 *Cur vox Vniuerſum in Reg. addatur.*
7 *Qui hæreditatē habet, nō in aliquibus, ſed in omnibus ſuccedit.*
8 *Cur Ius addatur.*
9 *Viuentis nulla eſt hæreditas.*
10 *Simul atq; adita eſt, deſinit appellari hæreditas, & confunditur cum patrimonio hæredis.*

REGVLA LXII.

Hæreditas nihil aliud eſt, quam ſucceſſio in uniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis.

DEſumpta † eſt hæc Lex ex lib. 6. Juliani Juriſconſulti, & habet concordantes tex. *in l. hæreditas. 50. & in l. ei qui. 54. ff. de petit. hæred. in l. nihil aliud.* 1
24. ff. de V. S. Proponit † autem nobis definitionem hæreditatis, & monſtrat quid ſit hæreditas; nimirum nihil aliud, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit, mortis tempore. Dicitur † autem in definitione, qnod hæreditas ſit ſucceſſio, ſcilicet ex teſtamento vel ab inteſtato, quæ vox loco generis ponitur, & idem eſt, ac ſi dixiſſet Julianus: *Hæreditas eſt ius ſuccedendi.* Gaudent † enim Juriſconſulti abſtracta definire per abſtracta, deducto argumento à coniugatis. Nam quemadmodū nuptias contrahere eſt coniungi: Ita nuptiæ definiuntur, quod ſint coniunctio maris & fœminæ, *in princ. Inſtitut. de patria poteſtate. & l. 1. ff. de ritu nupt.* 2 3 4

Et vt ſerui conſtituti ſunt Iure gentium: ita ſeruitus definitur Iuris gentium conſtitutio, §.1. *Inſtit. de Iure perſon. & l. libertas. §. ſeruitus. ff. de ſtatu hominum.* Denique vt hæredem fieri eſt ſuccedere: ita hæreditas *hic & in l. nihil aliud. ff. de V. S.* definitur, quod ſit ſucceſſio in vniuerſum ius. Quoniam in concretum, vt Dialectici loquuntur, ſunt reſoluenda, hoc modo: Nuptiæ ſunt coniunctio maris & fœminæ, id eſt, ius coniungens marem & fœminam. Seruitus eſt conſtitutio Iuris gentium, h. e. Ius conſtitutum à Iure gentium. Hæreditas eſt ſucceſſio, h. e. Ius ſuccedēdi in locum defuncti, quod tātiſper nomen ſuum retinet,
5 donec adeatur, §. *nondum a. I. de hæred. inſt.* Poſt † aditionem n. cōfuſum cum bonis adeuntis amittit nōmen hæreditatis, & nō amplius nudum ius, ſed perſona hæredis incipit locum defunctæ perſonæ te-
6 nere. Additur † In vniuerſum: ad differentiam earum ſucceſſionum, quæ fiunt in res particulares, vel ſingulares, titulo aliquo, vel modo ſingulari vel ſpeciali: legato ſcilicet, fideicommiſſo, dona-
7 tione, vel ſimili. Qui † enim hæreditatem habet, non in quibuſdam rebus ſaltem hæreditariis ſuccedit, ſed in omnibus corporalibus & incorporalibus: Ita vt teneatur ſoluere debita defuncti, & ipſi quoque credita defuncti econtrà præſtentur. Dici-
8 tur † Jus: quia hæreditatis appellatione non veniunt res ipſæ corporales, ſed ipſa ſucceſſio, ſeu Jus ſuccedendi, vt probatur *Inſtit. de reb. corporal. & incorporal. verſ. nec ad rem pertinet. & l. hæreditatis. ff. de V. S.*
9 Annectitur † denique: Quod defunctus habuit: quia viuentis nulla eſt hæreditas, *l. vlt. C. de pact. l. 1.*
10 *ff. de hæred. vend.* Sicut † etiam, ſimul atque adita eſt, deſinit appellari hæreditas, & cōfunditur cum patrimo-

trimonio hæredis, *l. ſed ſi plures. §. ſi filio. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut.* qui deinceps locum & perſonam defuncti repræſentat. Vide Alciat. *de hac Regula, in l. nihil aliud. 24. ff. de V. S.*

SVMMARIA.

In L. Qui ſine dolo.

1 *Origo & conuenientia legis.*

2 *Ille excuſatur à mora, qui iuſtam habet cauſam differendæ ſolutionis.*

3 *Qui credit, ſe non debere, vel neſcit, quantum debeat, & cui ſoluere teneatur, ſed mauult litigare, quàm ſoluere, in mora non eſt.*

4 *Debitor regulariter, qui loco & tempore opportuno interpellatus, ſolutionem eius quod debet differt, dicitur eſſe in mora, vel moram committere. Et quomodo hoc procedat.*

5 *Procedit Regula, quando quis habet iuſtam cauſam litigandi, vel ſolutionem differendi.*

6 *Procedit ſecundo, ſi quis prouocat ante moram commiſſam, ſiue ante diem ſolutionis.*

7 *Procedit tertio, ſi quis legitima exceptione ſe tueri poteſt.*

8 *Legitima exceptio eſt, quæ non poteſt ope replicationis elidi.*

REGVLA LXIII.

Qui ſine dolo malo ad Judicium prouocat, non videtur moram facere.

IUliani † Iuriſconſulti eſt h. l. deſumpta ex libro 1
eius 17. Digeſt. & conueniunt cum ea *l. non poteſt videri. c. non eſt in mora. de R. I. in 6. l. ſciendum. cum 3. ſeqq. & l. mora. ff. de vſur. l. qui in ius. § fin. Inſ. h. t.* Docet † a. 2
quod is excuſetur à mora, qui iuſtam habet cauſam differendæ ſolutionis. Qui † n. credit, ſe non debe 3

re, vel neſcit quantum debeat, & cui ſoluere teneatur, vel aliàs legitimam habet exceptioné, nec ſoluit eo tépore, quo ſoluere debebat, ſed mavult litigare, quam ſoluere, in mora non eſt, ut teſtatur Iurisconſultus in hac Regula noſtra, cum inquit: *Qui ſine dolo malo ad Iudicium prouocat, non videtur moram facere.* Et ideo nec ad uſuras nec damna nec Intereſſe tenetur, quæ omnia ſoluere cogitur is, qui dolo malo differt ſolutionem, vel temerè litigat, ut probatur *in §. hæc autem omnia. Inſtitut. de pœna temere litigant.* & ibi à Mynſingero
4 in verbo: *& impenſas, num.* 5. Etſi † enim debitor, qui loco & tempore oportuno iuterpellatus ſolutionem eius, quod debet, differt, regulariter dicatur eſſe in mora, vel moram committere, *l. mora. cum ibi notat. ff. de uſur.* Ob quod etiam ad Intereſſe tenetur, Bart. *in l. Paulus. ff. de ſolution.* Item ad omne periculum, *l. quod te. ff. ſi cert. pet.* tamen hoc verum eſt, ſi debitor ſcit & intelligit, ſe dare oportere: ſcit etiam quantum dare debeat, & cui ſoluere teneatur, nec iuſtam habet cauſam differendi ſolutionem, ſed mala fide doloue malo in ſoluendo ceſſat, fruſtrandique venditoris gratia mauult litigare quàm ſoluere, *l. nemo* 82. *ff. de V. O.* Verum quando debitor interpellatus, non dolo malo, non defraudandi animo, ſolutionem differt, ſed bona fide, quia ignorat ſe debere, vel quantum debeat, vel cui ſolvere teneatur, aut exceptione legitima ſe tutum exiſtimet eſſe, probabiliter credit, ſe amplius non debere, neq; mauult litigare, & iudicium ſuſcipere quàm ſoluere, non dicitur eſſe in mora debitor. Et ideo non tenetur ad uſuras, intereſſe, aut de periculo re intercempta, ut probatur

hic

Digitized by Google

hic in Reg. noſtra. & in l. non poteſt improbus. 90. infr. eod. & in c. non eſt in mora, de R. I. in 6. & in l. ſciendum. cum trib. ll. ſeqq. ff. de uſur. dicitur, quod is moroſus debitor non ſit, qui ignorat ſe debere, & ob id differt ſolutionem: ut, vendidi patri tuo agrum pro 100. florenis eo vel eo die ſoluendis. Antequam autem dies ſolutionis exiſtit, pater tuus moritur, tu quoniam ſuccedis patri in uniuerſum Jus, ignoras patrem mihi debere 100. & ideo differs ſolutionem, nec ſoluis ſtatuto & determinato die. Quæritur igitur, an dicaris eſſe in mora, cum non ſolueris iuſto tempore, & an tenearis ad intereſſe, & damna? Et reſpondetur, quod non, quia tu hæres non dolo malo diſtuliſti ſolutionẽ, ſed quia ignorabas vinculum obligationis. Sic excuſatur à mora, qui non ſoluit debitum incertum & illiquidum, cũ in mora non dicatur eſſe is, qui ignorat quantum ſoluere debeat, ut probat *l. non poteſt videri. 99. inf. h. t.* Procedit † Regula, quando quis habet iuſtam cauſam 5
litigandi vel differendi ſolutionem, ut in præcedẽtibus dict. eſt, Dec. *hic nu. 2.* Secundò † procedit, ſi 6
quis prouocat ante moram commiſſam, id eſt, ante diem ſolutionis: Secus ſi poſt moram. Tunc enim mora per prouocationem non purgatur, *l. fin. ff. de condict. furt.* Dec. *hic nu. 2. in fine.* Cagn. *num. 3.* Tertio procedit † ſi quis legitima exceptione ſe tueri po- 7
teſt, *c. non eſt in mora. de R. I. in 6.* Legitima † exceptio 8
dicitur, quæ non poteſt ope replicationis elidi. Nã ſi obſtaret replicatio, haberetur pro non legitima, cùm paria ſint, nullam habere exceptionem; vel habere quidem, ſed talem, quæ poteſt per replicationem elidi, argumento *l. nihil intereſt. infr. hoc tit.*

SUMMARIA.

In L. Ea quæ raro.

1 *Vnde deſumpta ſit Lex hæc, & quanam alia cum illa conveniant.*

2 *Eorum non ſolet haberi ratio, quæ raro vel nunquam accidunt.*

3 *Vox Temere hic pro fere ſeu facile capitur.*

4 *Illa, quæ nunquam aut rarò accidunt, vix in mentem legumlatoribus veniunt.*

5 *Satius eſt, valde noua & inaudita, publica ſcriptura non comprehendi, ne populum in nouas & alienas cogitationes inducat.*

6 *Rarum contingens Legislatorem aut Iuris interpretem mouere non debet, quo minus legislationem in genere proponat, cum iura non in ſingulas perſonas, ſed generaliter ſint conſtituenda.*

7 *Quod rarò accidit, miraculum eſt.*

8 *An is, qui furti poſtulatus, & grauem ſententiam paſſus, funiq; alligatus, vt longa litera fieret, per lictorem, de ſcalis aut fracto fune in terram cecidit ſemimortuus, liberetur, an verò denuo ſecunda vice furca ſit alligandus?*

9 *Num Lazarus reſuſcitatus à mortuis bona ſua iure poſtliminij ab hæredibus, illa tenentibus, recuperare potuerit*

10 *ICti ex bono & æquo Leges interpretari, & ad alios ſimiles caſus accommodare debent.*

11 *Procedit Regula in iis, quæ rarò fiunt, & in ſe habent miraculum: ſecus ſi naturaliter contingant.*

12 *Leges conſtituunt pœnam in parricidas, licet id delictum rarò committi ſoleat.*

13 *Leges interdum etiam rarò euenientes caſus determinant.*

REGVLA LXIV.

Ea quæ rarò accidunt, non temere agendis negotiis computantur.

Iuliani

JUliani † Juriſconſulti eſt hæc Lex, deſumpta ex 1
lib. eius 29. D. & conueniunt cum ea *l. iura conſti-
tui. 3. l. ex his. 4. l. nam ad ea. 5. Item l. 6. & l. Iura. 8.
ff. de LL.* Docet † autem, quod eorum non ſolent 2
haberi ratio, quæ raro vel nunquam accidunt, ſed
eorum, quæ ſemper & frequenter fiunt. Rarum
enim contingens non curant legislatores, hoc eſt,
quod leges non de illis caſibus, quæ rariſſimè vel
nunquam accidunt, ſed de illis quæ ſemper & fre-
quenter fiunt, latæ ſint, ut probatur *in l. 3. ff. de LL.*
Item *Lege 5. & 6. ff. de LL.* Et hoc etiam vult præſens
lex. Nam † vox Temere hic capitur pro ferè ſeu 3
facilè, ut euidẽter oſtendũt Jacob. REuard. & Pet.
Fab. *in hac reg.* partim LL. textibus, partim authori-
tate probatorum ſcriptorum, ut Liuii, Feſti, Sue-
tonii, & aliorum: Quibus & illud Quintiliani ad-
di poteſt: Illud ingeniorum velut præcox genus
non temerè peruenerit ad frugem, h. e. non facilè
vel nunquam. Sic igitur legi poteſt hæc Reg. Ea,
quæ rarò accidunt, non facile in negotiis agendis
computantur, h. e. non facilè à legumlatoribus
obſeruantur; vel, quod idem eſt, à legumlatori-
bus contemnuntur, ut *in l. 6. ff. d. LL.* extat. Ratio † 4
autem eſt, quia illa, quæ nunquam, aut rarò acci-
dunt (hæc enim æquiparantur, *c. communia. extr. de
off. deleg.*) vix veniunt in mentem legumlatoribus.
II. Quia † ſatius eſt valde nova & inaudita, publi- 5
ca ſcriptura non comprehendi, ne populum in no-
vas & alienas cogitationes inducat, teſte Plutarcho
in vita Solon. III. Quia † rarum contingens legis- 6
latorem aut Juris interpretem mouere non debet,
quo minus legislationem in genere proponat: Cũ
Jura non in ſingulas perſonas, ſed generaliter ſint

Digitized by Google

7 conſtituenda, *l. Iura. ff. de Legibus*. IV. Quia, † quod raro accidit, miraculum eſt, vt dicit *tex. in Auth. de*
8 *Conſul. §. quantūcunq;*. Et † huc pertinet illa quæſtio: An is, qui furti poſtulatus, & grauem ſententiā paſſus, funiq; alligatus, ut longa litera fieret per lictorem, de ſcalis aut fracto fune in terrā cecidit ſemimortuus, liberetur, an verò denuo ſecūda vice furcæ ſit alligādus? Hic n. caſus perrarò accidit, & ideo Legumlatores nihil de eo ſcripſerunt. Doctores tamen vt Joh. Ferrarius *hic* & Tiraq. *in tract. de pœnis. c. vlt*. Deç. *in l. fauorabiliores. inf. hoc tit. n.* 8. volūt, quod ſi damnatus ad mortē laquei, laqueo rupto cadat in terram incolumis, liberari debeat, quamuis Cag.
9 *in d. l. fauorabiliores*, contrarium ſtatuat. Non † diſſimilis eſt & illa de Lazaro, num Lazarus reſuſcitatus à mortuis, à Domino noſtro Jeſu Chriſto, bona ſua iure poſtliminii ab hæredibus, illa tenētibus recuperare poſſit. Nam & hoc de caſu leges nihil dicūt: gl. tamen *in l. ex iis. 4. ff. de LL.* concludit, quod poſſit recuperare, quia Lazarus non videatur mortuus, cū tam citò ſit reſuſcitatus, *l. 3. ff. de diuort.* Idem ſentit etiam *Bart. in l. eam ad ea. ff. de LL. n.* 1. Et ſic quotidiè multa emergunt, de quibus nihil eſt conſtitutū in LL. quorū tamen ex aliis locis veriſimilibus peten-
10 da eſt deciſio. Juriſconſulti † n. ex bono & æquo LL. interpretari & ad alios ſimiles caſus accommodare debent, *l. non poſſunt. 12. & l. nam ut Pedius. 13. ff. de LL.*
11 Procedit † Regula noſtra in iis, quæ rarò fiunt, & in ſe habent miraculum, ſecus ſi naturaliter contingant. Quia & rara contingentia inueniuntur, quæ LL. comprehenſa ſunt, veluti ea ſunt, Primum quæ maximè naturalia ſunt, ut teſtatur Dec. *hic nu.* 2. *&* *Caj. n.* 7. *&* 8. Ut ſi mulier quinquagenaria prolem

parit,

Digitized by Google

patit, licet id raro ſiat, tamen ſi ſit, conſtitutum eſt LL. ut ſit legitima proles, & ſuccedat parentibus ab inteſtato, non aliter atq; alii liberi, *l. ſi maior C. de leg. hæred.* Sic ſi mulier 7. menſe partum edit, conſtitutū eſt, ut ſit legitimus partus, licet id rarò fiat. Plærumque enim vel nono vel decimo menſe eduntur, *l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu hominum.* Sic de monſtro, quod editur à fœmina, quamuis rarò fiat, conſtitutum tamen eſt, ne ſuccedat parentibus, ſicuti reliqui liberi, *l. non ſunt liberi. 14 ff. de ſtatu hominum.* Sic leges † conſtituũt pœnam in parricidas, licet id de- 12
lictum rarò committi ſoleat, ut teſtatur etiam Cicero *in orat. pro Sexto Roſcio.* Leges † igitur interdum etiã 13
rarò euenientes caſus determinant. Sed quando rariſſime ſeu miraculoſè eueniunt, non eſt mirum, cur curam de illis nullam habeant, ſed ſeſe referant ad ea, quæ vt plurimum & frequenter fieri conſueuerunt, teſte Cag. *hic num. 9.*

Summaria.

In L. Ea eſt natura.

1 *Lex hæc vnde deſumpta ſit, & quanam alia cũ illa conueniãt.*
2 *Cauillari quid ſit, & cauillatio quomodo fiat.*
3 *Vocabulum Cauillari multas habet ſignificationes.*
4 *Specialiter cauillari quis dicatur.*
5 *Exemplum cauillationis ſiue ſophiſmatis.*
6 *Exemplum aliud.*
7 *Cauillatio per breuiſſimas rerum non æquè acceptarum permutationes exurgit.*
8 *Breuiſſimæ mutationes vocantur, quando vel mutatis literis corrumpitur vocis ſignificatio, vel tranſpoſitis dictionibus aut commutatis aliorſum deriuatur orationis ſententia, vel denique rebus diſſimiliter acceptis.*
9 *Quotieſcunq; quis proponit argumenta vitioſa, toties in cauillationem ſeu ſophiſma incurrit.*
10 *Diuerſa huius Legis lectio.*

Regula LXV.

Ea eſt natura cauillationis, quam Græci σώφισμα appellant, vt ab euidenter veris, per breuiſſimas mutationes, diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, producatur.

1 DEſumpta † eſt hæc lex ex lib. 54. Digeſt. Juliani, & habet concordantem text. *in l. natura. ff.*
2 *de V. S.* Deſcribit † autem nobis naturam cauillationis & proprietatem, quid nimirū ſit cauillari, &
3 quomodo cauillatio fiat. Sciendum † autem ab initio eſt, vocabulum Cauillari multas habere ſignificationes, teſte Cagn. *hic num.* 1. & Pet. Rebuffo *in l. naturæ. ff. de V. S. in princ.* Calumniatur enim, qui calumnioſe agit: Cauillatur, qui breuiter & falſo aduerſarium ſermone captat aut irridet; Cauillatur, qui ſciens, vt ſuam ſententiam tueatur, falſa
4 prodit. Specialiter † vero, vt hoc loco, cauillari dicitur is, qui aſſumpto eo, quod euidenter verum eſt, diſſimiliter acceptis terminis, vel rebus, quod falſum eſt, infert, hoc eſt, qui ad alios decipiendos, fallendos & circumueniendos ab euidenter veris, mutatis terminis vel reb. falſa ratiocinatur & infert, vel qui vitioſa ppponit argumenta, in quib. vitium vel eſt in materia, vel forma, vel in vtroq;, vt Dialectici loquuntur. Eiuſmodi enim argumentationes Juriſconſulti vocant cauillationem vel ſophiſma:
5 Ut ſi ita argumentor: Pœnales † actiones in hæredem non tranſeunt, *l. ſicuti. Supr. eod.* Ergo nec illæ, quas defunctus cum aduerſario cōteſtatus eſt. Hic

enim

enim ex euidenter veris diſputatio ad euidenter
falſa deducitur, per breuiſſimas mutationes. Ve-
rum enim eſt antecedens, ſed conſequens non co-
hæret. Sic, † Quæ nullius in bonis ſunt occupanti 6
conceduntur, §. *feræ igitur beſtiæ. Inſt. de rer. diuiſ.* Sed
res ſacræ, ſanctæ & religioſæ ſunt nullius, §. *nullius
autem. Inſt. de rer. diuiſ.* Ergo occupanti concedun-
tur. Hic viciſſim ex euidenter veris falſa elicitur
concluſio, quia ſunt 4. termini in argumento. Ma-
ior ſiquidem loquitur de rebus, quæ ſingulorum
ſunt, & variis ex cauſis nobis acquiri poſſunt, Mi-
nor verò de diuinis rebus, quæ nullius ſunt, neque
dominio priuatorum ſubiici poſſunt. Apparet igi-
tur eſſe cauillationem ſeu σόφισμα in hoc argumé-
to, quæ † cauillatio per breuiſſimas rerum, non æ- 7
què acceptarum, permutationes exurgit, ut vult
hic Juriſconſultus noſter. Breuiſſimas † autem mu 8
tationes vocamus, quandò vel mutatis literis cor-
rumpitur vocis ſignificatio, vel tranſpoſitis dictio-
nibus aut commatis aliorſum deriuatur orationis
ſententia, ut fit in fallaciis in dictione, vel denique
rebus diſſimiliter acceptis, ut fit in fallaciis extra
dictionem, ut Dialectici appellant. Quotieſcunq;
† igitur proponimus argumenta vitioſa, toties in 9
cauillationem ſeu σόφισμα incurrimus, ut teſtatur
hæc Regula noſtra, *& l. natur. de V. S.* Porro † ſcien- 10
dum eſt, diuerſam eſſe huius l. lectionem. Quidam
enim legunt: *quam Græci σόφισμα appellant*: & ad
omnes fallacias transferunt, ſiue in dictione, ſiue
extra dictionem. Alciat. *in l. natur. ff. de V S.* Joh.
Ferrar. *in hac l. noſtra.* Quidam verò legunt: *quam
Græci σωρίτην appellant*, ut Dec. *hic*: quam lectionem
etiam Pandectæ Florentinæ approbant, & volunt,

de ea

de ea tantum hic agi fallacia & cauillatione, quæ fit per ſoritẽ vitioſum, cum à bono initio, per breuiſſimas mutationes, vt loquitur hic Iurisconſultus, ad falſa procedimus, cuius rei exempla quãplurima à Dialecticis tradũtur, quos conſulere poteſtis. Parũ autẽ refert, ſiue retineatur vox σόφισμα, & de omnibus fallaciis intelligatur Regula; ſiue de illis tantum, quæ vitioſe ſoritæ aliàs vocantur. Res enim eodem redit; ſiquidem per utrumque malæ connexiones & vitioſa argumenta denotantur, ut Teſtatur Alciat. quem videre poteſtis *in l. natur. ff. de V. S.*

Svmmaria.
In L. Marcellus ait.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam cum illa Leges conueniant alia.*

2 *Is deſinit eſſe debitor, qui exceptionem perpetuam & iuſtam nactus eſt, quam creditori petenti debitum opponere, eiusq; intentionem elidere poteſt.*

3 *Is debitor proprie dicitur, à quo inuito pecunia exigi poteſt.*

4 *Paria ſunt, omnino nihil debere quidem, ſed idonea, iuſta & legitima exceptione ſe tueri, & actorem repellere poſſe.*

5 *Creditor & debitor ſunt correlatiua, & ob id eadem eſt utriusq; ratio.*

6 *Creditor proprie dicitur is, qui exceptione perpetua ſubmoueri nequit.*

7 *Debitor proprie dicitur is, à quo inuito pecunia exigi poteſt, non qui exceptionem habet perpetuam, qua ſe tueri poſſit.*

8 *Exemplum.*

9 *Exemplum aliud.*

10 *Regula procedit primo, ſi opponitur exceptio, quæ alicui competit: ſecus ſi non opponitur. Tunc enim quis non deſinit eſſe debitor, etiamſi eidem competat exceptio.*

11 Pro-

Digitized by Google

11 *Procedit ſecundò, ſi exceptio iuſta eſt, nec ab aquitate abhorret.*

12 *Poteſt fieri, vt quis exceptionem habeat, eamq; opponat, & tamen non liberetur, quia fuit iniuſta.*

13 *Exemplum.*

REGVLA LXVI.

Marcellus ait; Deſinit debitor is eſſe, qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

DEſumpta † eſt hæc Reg. ex lib. 6. Digeſt. Iuliani Iuriſconſulti: & habet concordantes tex. *in l. debitor. ff. de V. S.* Item *in l. creditor autem. ff. eod. in l. non videtur cepiſſe. ſupr. hoc tit. in l. nihil intereſt. & l. ſi quis obligatione. §. non poteſt. infr. hoc tit.* Docet † autem breuiter, quod is deſinat eſſe debitor, 2 nec propriè nominari poſſit debitor, qui exceptionem perpetuam & iuſtam nactus eſt, quam creditori petenti debitum opponere, eiusque intentionem elidere poſſit. Ratio eſt, quia † is debitor pro- 3 priè dicitur à quo inuito pecunia exigi poteſt, *l. debitor. ff. de V. S.* vbi dicitur: Debitor intelligitur is, à quo inuito pecunia exigi poteſt: At ab eo, qui iuſta exceptione ſe tueri poteſt, nō poteſt exigi pecunia, Ergo nec debitor etiam nominandus eſt. II. Quia † paria ſunt, omnino nihil debere, vel debere 4 quidem, ſed idonea, iuſta & legitima exceptione ſe tueri, & actorem repellere poſſe, argumento *l. quoties ff. qui ſatisdare cogantur.* III. Quia † cre- 5 ditor & debitor ſunt correlatiua, & ob id eadem eſt vtriusque ratio. Sicut autem creditor † propriè dicitur is, qui exceptione perpetua 6 ſub-

ſubmoueri nequit, *l. creditor. ff. de V. S.* Ita eodem
7 modo debitor † propriè dicitur is, à quo inuito pecunia exigi poteſt, non qui exceptionem habet perpetuam: qua ſe tueri poſſit, ſecundum *l. debitor*
8 *ff. eod.* Ut † ſi Titius à Sempronio 100. ex mutuo accepit, debitor eſt & dicitur. Verum ſi ab eodem Sempronio pactus eſt Titius, ne peteret Sempronius 100. vel aliam exceptionem perpetuam, puta Jurisiurandi, rei iudicatæ, vel compenſationis nactus eſt, debitor eſſe deſiit, quia licet Sempronius creditor intendat actionem vel condictionem mutui, ad conſequenda 100. tamen per exceptionem pacti de non petendo, vel ſimilem repellitur, vt nihil intentata actio ei proſit, §. 1. *Inſt. de except. l.*
9 *Stichum. §. naturalis. ff. de ſolut.* Sic † qui alteri dedit chirographum ſpe futuræ numerationis, in quo fatetur ſe centum florenos mutuo accepiſſe, debitor eſt & dicitur, ratione chirographi ſui, ex quo obligatur, ut probatur *toto tit. Inſt. de literar. oblig.* Verum quoniam habet exceptionem non numeratæ pecuniæ, per quam intentionem actoris repellere poteſt, ſi intra biennium eam opponit, debitor eſſe deſinit, ut probatur *toto tit. C. de except. non num. pec. & in fine Inſtit. de literar. obligat.* Proce-
10 dit † Regula I. Si opponitur exceptio, quæ alicui competit: Secus ſi non opponitur. Tunc enim quis non deſinit eſſe debitor, etiamſi ei competat exceptio, *l. Titio. ff. de condit. & demonſt.* Cagnol. *hic nu. 2.* Dec. *hic nu. 1. verſ. & regula iſta.* II. Procedit,
11 † ſi exceptio iuſta eſt, nec ab æquitate abhorret, ut probatur hic in verbis: *Nec ab æquitate naturali abhorrentem:* quæ verba adduntur propter beneficiũ
12 replicationis. Poteſt † enim fieri, ut quis exceptionem

Digitized by Google

nem habeat, eamque opponat, & tamen non liberetur, quia fuit iniuſta, hoc eſt, per explicationem elidi potuit. Ut, ſi † quis pactus eſt primum cum creditore, ne pecuniam debitam exigeret, poſt deinde iterum pactus eſt, vt petere liceret, non profuerit debitori exceptionem pacti de non petendo prætendere, cum creditor aliud pactum, per quod petere ei licet, non obſtante priore pacto, adiuuandi ſui iuris gratia replicando obiicere poſſit. Non igitur deſinit eſſe debitor, licet habeat exceptionem, cum illa exceptio ſit iniuſta, & ab æquitate abhorreat, nec non per replicationem tolli queat; *l. exceptio. §. replicationes. ff. de exception. & toto tit. Inſtit. de replicationib.* 13

SUMMARIA.

In L. Quoties idem ſermo.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quanam cum illa alia Leges conueniant.*

2 *Quotieſcunque ſermo duplicem gignit intellectum & ſenſum, vel propter æquiuocationem, vel amphibologiam, vel compoſitionem & diuiſionem, &c. toties is accipiendus eſt, qui rei gerendæ vel actui, de quo ſermo eſt, magis congruit.*

3 *In ſermone ambiguo verba ſecundum ſubiectam materiam ſunt accipienda; & ita quidem, vt valeat potius, quam vt pereat actus.*

4 *In omnibus negotiis, quantum fieri poteſt, anniti debemus, vt valeat potius actus, quàm vt pereat.*

5 *Procedit Regula in contractibus, teſtamentis ſeu vltimis voluntatibus, cæteriſque actibus.*

6 *Exemplum.*

7 *Spurij in patria poteſtate eſſe non dicuntur.*

8 *Si vocabulum naturalium filiorum reperitur in materia ſucceſſionum, & additur, quod pater naturalibus liberis certam*

quantitatem relinquere poſſit, & dubitatio oritur, de quibus liberis naturalibus id intelligendum ſit, quid dicendum?

9 *Aliud exemplum.*

10 *In vltimis voluntatibus, ſi ſermo eſt de ambiguis, videndum eſt, quid voluerit teſtator vel cogitauerit.*

11 *Cum in teſtamento ambigue quid, aut perperam ſcriptum eſt, benigne interpretari debemus, & ſecundum id, quod credibile eſt, cogitatum eſſe*

12 *Quomodo inueniatur ille intellectus materiæ aptior & magis congruens?*

13 *Exemplum.*

14 *Si ex his decidi quæſtio dubia non poteſt, ſequi debemus ordinem.*

Regvla LXVII.

Quoties idem ſermo duas ſententias exprimit: ea potiſſimùm accipietur, quæ rei gerendæ aptior eſt.

1 DEſumpta † eſt hæc R. ex lib. 87. Dig. Iuliani Iuriſconſulti, & conueniunt cum ea *l. quoties. 80. ff. de V. O. l. vlt. C. quæ res pign. oblig. poſſ. l. 3. §. conditio. ff. de adim. leg. l. in ambiguo. 3. l. cum in teſtamento. 25. l. quoties. 12. ff. de reb. dub. l. ſemper in obſcuris. & l. ſemper in ſtipu-*
2 *lationib. Sup. h. t.* Docet † autem, quod, quotieſcunq; ſermo duplicem gignit & parit intellectum & ſenſum, vel propter æquiuocationem, vel amphibologiam, vel compoſitionem & diuiſionem, vel generalitatem nimiam, vel alternationé, vel aliud quippiam, toties is accipiendus ſit, qui rei gerendæ vel actui, de quo ſermo eſt, magis congruit & conuenit, & quem proferentem ſenſiſſe & voluiſſe magis con-
3 ſentaneum eſt, h. e. quod † in ſermone ambiguo verba ſecundum ſubiectam materiam ſint accipienda, & ita

ita quidem, vt valeat potius actus, quàm ut pereat: Id quod Iuriſconſultus *in l. quoties. 12. ff. de rebus dubiis* teſtatur inquiens: *Quoties in actionibus aut exceptionibus ambigua oratio eſt, commodiſsimum eſt, id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat, quàm pereat.* Et *in l. quoties. 80. ff. de V. O.* Ulpianus inquit: *Quoties ambigua oratio eſt, commodiſsimum eſt id accipi, quo res, de qua agitur, in tuto ſit.* Et *in l. 3. conditio. ff. de adim. leg.* habetur, iuſtum eſſe, voluntates contrahentium magis quàm verborum conceptiones conſiderare & inſpicere. Ratio eſt, quia † in omnibus negociis, 4
quantum fieri poteſt, aniti debemus, vt valeat potius actus, quàm vt pereat, vt *ſuprà citatis legibus* probatur. Procedit † autem Regula in contractibus, in 5
teſtamentis ſeu vltimis voluntatibus, cæteriſque actibus: vt ſi † in tractatu patriæ poteſtatis mentio 6
ſit naturalium liberorum, & dubitatio oritur, vtrũ de ſpuriis, qui naturales dicuntur, *in §. fin. Inſtit. de nupt.* an verò de legitimis & naturalibus ſimul, qui *in princ. Inſtit. de adopt.* ſimili modo naturales appellantur, accipiendum ſit? Monet hæc Reg. noſtra, vt illum ſenſum & intellectum quæramus, qui materiæ propoſitæ aptior videtur, & cum materia ſubiecta cõuenit, quod ſi facim⁹, inuenimus, eam ſignificationem magis materiæ & tractatui patriæ poteſtatis cõuenire, quæ docet, verba illa ambigua intelligi debere de naturalib⁹ & legitimis ſimul. Ratio eſt, quia † ſpurii in patria poteſtate eſſe nõn di- 7
cuntur, *§. fin. Inſt. de nupt.* Sic ſi † vocabulum natura- 8
lium filior. repitur in materia ſucceſſionum, & additur, ꝙ pater naturalib⁹ liberis certam quãtitatem relinquere poſſit, & dubitatio oritur, de quib⁹ liberis naturalibus id intelligendum ſit? dicendum eſt;

quod de ſpuriis accipi debeat, quia illa ſignificatio iuribus magis & materiæ congruit, *l.2. C.de natural.*
9 *liber.* Sic, ſi dicitur, quod † depoſitarius teneatur de dolo & culpa, & dubitatio oritur, de qua ſpecie culpæ id accipiendum ſit, an de lata, leui & leuiſſima? quærenda eſt ſignificatio, quæ huic materiæ aptior eſt, & magis conuenit, & cum hac materia minimè pugnat, vt eſt ea, quæ docet, quod de lata culpa ſit accipiendum vocabulum, cùm depoſitarius regulariter non niſi de dolo, & lata culpa te-
10 neatur, vt *ſupr. in l.contractus.23.* dictum eſt. Sic, in † vltimis voluntatibus, ſi ſermo eſt de ambiguis, videndum eſt, quid voluerit teſtator vel cogitauerit. Sic enim inquit Iuriſconſultus *in l.cum in teſtamento*
11 *ff. de reb. dub.* Cum † in teſtamento ambiguè quid aut perperam ſcriptum eſt, benignè interpretari debemus, & ſecundum id, quod credibile eſt, co-
12 gitatum eſſe. Cum † autem quæritur, quomodo inueniatur ille intellectus materiæ aptior & congruens? reſpondetur, quod id fiat, ſi conſideratur natura ſeu vis actus & contractus, vel materia ſub-
13 iecta, de qua ſermo habitus eſt. Ut, ſi † contrahentes locuti ſunt de libertate, de dote, de emptione, locatione, mutuo, depoſito, vel ſimili contractu, verba etiam ambigua ſecundum naturam cuiuslibet contractus accipienda ſunt: cum ſemper verba ſecundum ſubiectam materiam accipi debeant.
14 Quod ſi † verò nec ex his decidi quæſtio dubia poteſt, ſequi debemus ordinem *in l.ſemper in obſcuris. & l.ſemper in ſtipulationibus. Supr. hoc tit.* nobis traditum & monſtratum.

SUMMA-

Digitized by Google

Summaria.

In L. In omnibus cauſis.

1 *Regula hac vnde deſumpta ſit, & quænam cum illa aliæ Leges conueniant.*

2 *Quædam priuilegia tranſmittũtur ad hæredes, quædam v. non.*

3 *Quædam priuilegia ſunt perſonarum, quædam actionum, quædam locorum, quædam denique rerum & cauſarum.*

4 *Priuilegia perſonarum ſunt, quæ certæ cuidam perſonæ data & conceſſa ſunt.*

5 *Priuilegium mariti.*

6 *Priuilegium donatoris.*

7 *Priuilegium ſocio, patrono, parenti & militi conceſſum.*

8 *Priuilegium mulieribus indultum.*

9 *Priuilegia ſeu beneficia perſonalia, in quibus perſonæ conditio locum facit, cum perſona pereunt & extinguuntur, nec ad hæredes tranſmittuntur.*

10 *Maritus id beneficij vel priuilegii habet, vt in id, quod facere poteſt, conueniatur.*

11 *Socius, patronus, pater, donator id habent priuilegium, vt in id, quod facere poſſint, condemnentur, non a. ipſorum hæredes.*

12 *Ceſſante cauſa priuilegij ceſſat quoq; ipſum priuilegium.*

13 *Procedit Regula, ſi perſona eſt proxima & immediata cauſa priuilegii, non ſi remota.*

14 *Item in beneficio reſtitutionis in integrum.*

15 *Priuilegia actiõum ſunt, quæ actiõi alicui data & cõceſſa ſunt.*

16 *Priuilegia rerum ſunt, quæ rebus data & conceſſa ſunt.*

17 *Priuilegium, quod loco vel ciuitati conceditur, ad omnes ibi habitantes extenditur.*

18 *Procedit niſi aliud in conceſſione priuilegii à concedente & permittente dictum vel conſtitutum ſit.*

Regula LXVIII.

In omnibus cauſis id obſeruamus, vt vbi perſonæ conditio locum facit beneficio: ibi deficiente ea, beneficium quoq; defi-

deficiat. Vbi verò genus actionis id deſiderat: ibi ad quemuis perſecutio eius diuenerit, non deficiat ratio auxilii.

1 PAuli † Juriſconſulti eſt hæc Regula noſtra, deſumpta ex lib. eius ſingulari de dotis repetitione, & conueniunt cum ea *l. priuilegia quædam. inf. h. t. c. priuilegium perſonale. de R. I. in 6. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſt. l. forma. §. quanquam. ff. de cenſib.* Lo-
2 quitur † autem de beneficiis ſeu priuilegiis, & docet, quod quædam priuilegia transmittantur ad hæredes, quædam verò non transmittantur ad hæ-
3 redes. Quia, ut † dextrè & plenè intelligamus, ſciẽdum eſt, quædam priuilegia eſſe perſonarum, quædam actionum, quædam locorum, quędam deniq;
4 rerum & cauſarum. Priuilegia † perſonarum ſunt quæ certæ cuidam perſonæ data & conceſſa ſunt, vel ratione ætatis, vel ratione fragilitatis ſexus, vel ratione reuerentiæ, vel ratione dignitatis & hono-
5 rum, ut † eſt priuilegium, quod marito datum eſt, ne ultra id, quod facere poteſt, in repetitione dotis
6 conueniatur, *l. maritum. ff. ſoluto matr.* Item † priuilegium donatori conceſſum, qui ſimili modo ultra id, quod facere poteſt, non condẽnatur, ut pro-
7 batur *in l. Diuus pius. ſup. h. t.* Huc † pertinet etiã priuilegium ſocio, patrono, parenti, & militi datum, propter quod ſimilis conditionis cum donatore & marito cenſentur, ut probatur *in §. ſunt prætere a. Inſt. de act. & in l. in condemnatione. inf. h. t.* Nam nec prædictæ perſonæ ultra id, quod facere poſſunt, conue-
8 niuntur. Eiuſdem † farinæ eſt priuilegium, mulieribus indultum, propter quod in dotis repetitione præferuntur omnibus mariti creditoribus, & anteriorem,

tiorem hypothecā habentibus, *l. aſſiduis C. qui potior.* Et † de his priuilegiis ſeu beneficiis perſonalibus, in 9
quib. perſonę conditio locum facit, ut loquitur hic JCtus noſter, dicitur quod cum perſona pereant & extinguantur, nec ad hæredes transmittantur, vt probat hæc Regula noſtra. Maritus † n. tantū habet 10
id beneficii vel priuilegii, ut in id, quod facere poteſt, conueniatur: Non autem hæredes & fideiuſſores eius. Illi enim in ſolidum tenentur, & integram dotem mulieri ſoluere coguntur, *l. etſi. ff. de re iud. l. exceptiones. ff de except.* Sic † ſocius, patronus, pater, 11
donator, tantum habēt id priuilegiū, ut in id, quod facere poſſint, condemnentur, non autem ipſorū hæredes, *d. l. exceptiones. ff. de except.* quod idem etiam dicendum eſt in priuilegio, ad mulieres pertinēte, ipſis n. tantum mulieribus & non ipſorum hæredibus competit, *l. unica. C. de priuileg. dot.* & ſic de cæteris perſonalib. priuilegiis ſentiendum eſt. Perſonā n. ſequuntur & cum perſona extinguuntur, *c. priuilegium. de R. I. in 6. & l. priuilegia quædam. inf. eod.* Ratio eſt, quia † ceſſante cauſa priuilegii ceſſat quoq; 12
ipſum priuilegium, & mutata perſona, quæ eſt immediata cauſa priuilegii, mutatur etiam & extinguitur priuilegium, *l. Paulus.* vbi Bart. *ff. de acquir. hæred.* Procedit † autem hæc pars, ſi perſona eſt 13
proxima & immediata cauſa priuilegii, non ſi eſt remota cauſa, ut in beneficio Senatusconſulti Velleiani. Itē in † beneficio Reſtitutionis in integrum. 14
Hæc n. beneficia licet videantur perſonalia, tamen tranſeunt in hæredes, quia eorū remota cauſa ſunt perſonæ, proxima verò immediata cauſa damnum & læſio harum perſonarum. Minores enim uti his priuilegiis non poſſunt, niſi ſufficientes

probent, ſe eſſe enormiter læſos, teſte Dec. *hic n. 4.*
15 Dyn. *in c. priuilegium de* R. I. *in* 6. *cum tribus ſeqq.* Priuilegia † actionum ſunt, quæ actioni alicui data & conceſſa ſunt: vt eſt priuilegium, quod ſit actio de conſtituta pecunia. *l. 2. C. de conſtit. pec.* Item: priuilegium actionis funerariæ, qua repetuntur impenſæ factæ in funus, exequias, morbum & valetudinem debitoris defuncti, *l. pen. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Item ſi quis crediderit pecuniam ad refectionem ædium, vel aliarum rerum, *l. Interdum ff. qui potior. in pig. hab.* Beneficio enim horum priuilegiorum illi, qui habent has actiones priuilegiatas, cæteris creditoribus præferuntur. Et de his & ſimilibus actionum priuilegiis inquit hic Juriſconſultus, quod ad hæredes tranſeant nec extinguantur cum perſona, quæ habuit actionem: Sicut illud ipſum etiam probatur *in l. interdum. ff. qui potior in pign. hab.* Hæc enim beneficia inhærent actioni, & cum ea
16 ad quemcunque tranſeunt. Priuilegia † Rerum ſunt, quæ rebus data & conceſſa ſunt, vt ſi priuilegium datum eſt fundo, ædificio, horto, vel ſimili rei, ne ſcilicet ſeruituti, vel oneri cuidam ſit res obnoxia. Illud priuilegium res ipſas ſequitur & ad hæredes tranſit, qui eodem Jure uti poſſunt, quo uſus eſt anteceſſor ipſorum, ut probatur *in l. priuilegia quædam. inf. hoc tit. & in l. forma. §. quanquam. ff. de cenſib. & in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quotid. & æſt.* Si-
17 mili † modo, priuilegium, quod ciuitati vel loco conceditur, quod cum ſemper idem populus videatur, *l. proponebatur. ff. de Iudic.* ita concedi videtur vt ad omnes, vel in eadem ciuitate, vel loco, ſucceſſiue habitantes perpetuò extendatur, *l. forma. §. quanquam ff. de cenſib.* Dyn. *in c. priuilegium de* R. I. *in* 6.
quem

quem videre. Procedunt † prædicta, niſi aliud in 18
conceſſione priuilegii à concedente & permitten-
te dictum vel conſtitutum ſit, *teſtib. DD. in hoc loco.*

SUMMARIA.

In L. Inuito beneficium.

1 *Origo & concordantia Legis.*
2 *Beneficium inuito dari nequit.*
3 *In donatione requiritur utriuſq; conſenſus.*
4 *Vni e filiis parter aſſignare poteſt ius patronatus, vt is ſolus habeat illud poſt mortem eius.*
5 *Inuitus emancipari vel legitimari non poteſt.*
6 *Contra voluntatem uſufructuarii res per proprietarium in ſtatum meliorem commutari non poteſt.*
7 *Procedit reg. quando agitur de utilitate & intereſſe eius, cui beneficium conferendum eſt.*
8 *Pro inuito ſoluere quis poteſt,*
9 *Procedit item, quod directò non poſſit beneficium inuito dari, ſecus per obliquum.*
10 *Fallit in appellatione, quia pro inuito appellationem interponere poſſumus.*

REGULA LXIX.

Inuito beneficium non datur.

PAuli † Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta 1
ex lib. eius ſingulari de aſſignatione libertorũ,
habetque concordantes tex. *in l. hoc iure. §. non poteſt
ff. de donat. in l. Inuitus nemo. § fin. infr. eod. in l. nec emere.
C. de Iure deli. c. geſta. diſt.* 84. Docet † autẽ breuiter, 2
quod beneficium inuito dari non poſſit, & quod
liberalitas innolentem exerceri nequeat. Nam ſi

in inuitum quid confertur, perdit illud nomen beneficii & liberalitatis, deſinitq; eſſe beneficium, ut probatur, *in l. Inuitus. §. fin. inf. h. t. & in l. hoc Iure. §. non poteſt. ff. de donat.* Item Arcad. & Honorius Impp. reſcripſerunt: neminem compelli ad donatum aſſequendum, *l. nec emere. C. de Iure delib.* & vulgo dici ſolet, inuito quidem auferri aliquid, dari autem non
3 poſſe. Ratio eſt, quia † in donatione, quæ contractus inſtar eſt, requiritur utriusque conſenſus, tàm donatoris, quàm donatarii, *l. 2. ff. de act. & obl.* Verũ, quando inuito quid donatur, non adeſt utriusque conſenſus: Ergo nec donatio dici poteſt, vel liberalitas, vel beneficium, *l. filiusfam. §. ſecundò. ff. de pro-*
4 *curat.* Et † *in tit. Inſtit. de aſsig. libert.* dicitur, quod pater uni ex filiis aſſignare poſſit Jus patronatus, vt is ſolus habeat illud poſt mortem eius. Cum autem hæc aſſignatio ſit ſingularis quidam honos & beneficium, vtpote, per quod filio Jus patronatus acquiritur, quæritur an etiam filio ſpernenti & repudianti illud acquiri poſſit? Et reſpondetur, quod non, adeo ut etiam filius recuſans libertum ſibi aſſignatum ſuſcipere, compelli ad id non poſſit:
5 Cum inuito beneficium non detur. Hinc † etiam eſt quod quis inuitus emancipari vel legitimari
6 non poſſit, *l. pen. C. de emancip. liber.* Hinc † etiam eſt, quod contra voluntatem vſuarii res per proprietarium in ſtatum meliorem commutari non poſſit, *l.*
7 *fin. ff. de uſu & habit.* Procedit † autem hæc Regula, quando agitur de utilitate & intereſſe eius, cui conferendum eſt beneficium: Secus ſi de Intereſſe, vel publico, vel alterius priuati agatur. Tunc enim in inuitum beneficium confertur, ſicuti inuitis dantur tutores & curatores, quia ibi agitur de inter-

intereſſe publico & priuato ſimul. Sic propter publicam utilitatem etiam in inuitum conferuntur honores, & ad officia publica etiam inuiti eliguntur, ut probatur *toto tit. ff. de munerib. & hon.* II. Fallit † in ſolutionibus. Nam pro inuito ſoluere quis poteſt, illumque liberare, quia hoc non tàm reſpicit utilitatem debitoris, quàm creditoris, & ſic alterius, *l. ſolutionem. & l. ſoluere. ff. de ſolut. & in princ. Inſt. quibus modis toll. oblig.* ibi. *vel inuito eo ſolutio fiat.* III. Procedit † quod directò non poſſit beneficium inuito dari, ſecus per obliquum ſeu in conſequentiam, vel per interpoſitam perſonam, *l. etiam inuitis. ff. de acquir. rer. dom.* Vbi ſervus acquirit domino, etiam inuito, quicquid acquirit, *§. item nobis. Inſtitut. per quas perſonas cuique acquiratur*, & illud fit ratione propriæ vel dominicæ poteſtatis, Cagn. *hic num.* 11. IV. Fallit † in appellatione, quia pro inuito & reluctante appellationem interponere poſſumus, quia expedit & Reipublicæ intereſt, homines innocentes conſeruari, *l. non tantum. ff. de appellat.*

8 9 10

SVMMARIA.

In L. Nemo poteſt gladii.

1 *Origo & concordantia Regulæ.*

2 *Poteſtas gladii ad alium transferri, alteri demandari, vel delegari non poteſt.*

3 *Proconſules, peregre abeuntes an Legato ſummum imperium, hoc eſt, animaduerſionem in facinoroſos demandare potuerint.*

4 *Mandata iuriſdictione modicam etiam coercitionem mandari verum eſt.*

5 *Meruin-*

5 *Merum imperium & poteſtas gladii competunt alicui iure priuilegii perſonalis. Quæ autem eiuſmodi ſunt, ad alium transmitti non poſſunt.*

6 *Si alia quædam, quæ meri imperii non ſunt, mandare & delegare non licet, ergò multò minus ea demandari poſſunt, quæ meri ſunt imperii, & plus habent præiudicii.*

7 *Cauſæ meri, & mixti imperii hodie indiſtinctè delegantur, etiam quoad pœnam vltimi ſupplicii.*

8 *Sine modica coercitione iuriſdictio nulla eſt.*

9 *Fallit Regula in cauſa neceſſitatis.*

Regula LXX.

Nemo poteſt gladii poteſtatem ſibi datam uel cuiuslibet alterius coercitionis ad alium transferre.

1 VLp. † eſt hæc Regula deſumpta ex lib. eius 19. de off. proconſ. & conueniunt cum ea *l. ſolet. & l. ſi quid erit. ff. de officio proconſ. l. 1. §. fin. ff. de off. eius cui mand. eſt Iuriſd l. Imperium. & l. 2. ff. de Iuriſd. omnium*
2 *Iud.* Docet † autem, quod poteſtas gladii, hoc eſt, animaduerſio in facinoroſos homines, quæ alicui ſpeciali lege, SCto, vel à principe conceſſa eſt, ad alium transferri, alteri demandari, vel delegari non poſſit: Sicut nec poteſtas alterius cuiusdam coërcitionis quæ adimit libertatem & ciuilitatem. Id quod Juriſconſultus *in l. 1. ff. de off. eius cui mand;* probat his verbis: *Merum Imperium, quod lege datur, non poteſt tranſire.* Poteſtas autem gladii & merum Imperium ſunt unum & idem, ut probatur *in l. Imperium. ff. de Iuriſd. omnium Iud.* vt, habebant olim Romani in prouinciis conſules, quibus ſummum Imperium, ſumma poteſtas decernendi quid in caput

put & perniciem hominis delinquentis, conceſſa erat, ut probatur *in l.ſi in aliquam. in fine, & in l. nequicquam.ff.de off.proconſ.l. illicitas.§.qui uſuras.ff.de off. præſid.* Hi ſibi adiunctos habebant legatos, quibus prouinciæ adminiſtrationem aliò proficiſcentes demandabant, teſte *l.legatus.cum l.ſeq.ff.de off.proconſ.* Quæritur † igitur nunc, an etiam proconſules, peregrè abeuntes, legato ſummum Imperium, hoc eſt, animaduerſionem in facinoroſos demandare potuerint? Et reſpondet hic Vlp. quod nemo gladii poteſtatem vel alterius coercitionis ſibi datam, ad alium transferre poſſit, vel alteri demandare. Legato igitur etſi proconſules Jurisdictionem demandabant, non tamen transferebant ſimul in eum pleniſſimam Jurisdictionem ſeu poteſtatem gladii, hoc eſt, liberam mortis quoquo modo irrogandæ facultatem, vel alterius coercitionis magnæ, ſed quicquid magnum erat, ad proconſulem mittere tenebatur legatus. Vt probatur *in l.ſi quid.ff. de off. proconſ.* Facit huc quoque *l. unica.C. de off. proconſ.* Quod † etiam Juriſconſultus hic inquit: *Vel alterius coercitionis*: intelligendum eſt de grauiore & atrociore coercitione, ſecundū *l. ſi quid. ff.de off.pro conſ.* Nō verò de modica coercitione ſine qua iurisdictio nulla vel eſt, vel exerceri nequit, & perinde mandata iurisdictione, hanc transmitti & mandari verius eſt, *l.ult.ff.de off.eius cui mandat.eſt Iurisd.* Ratio † autem, cur merum Imperium vel poteſtas gladii delegari non poſſit, eſt, quia merum Imperium & poteſtas gladii competunt alicui iure priuilegii perſonalis, quæ autem eiuſmodi ſunt, ad alium transmitti non poſſunt, ut probatum eſt *in l. in omnibus cauſis.ſupr.hoc tit. & in l. 1.ff.de conſtit.princ.*

Item

Item *in l. ea quæ. ff. ad municipal. & de incol.* Secunda
6 † eſt, ſi alia quædam, quæ meri Imperii non ſunt, mandare & delegare non licet, vt puta, in quibus perſonæ induſtria eſt electa & fides, Ergo multo minus ea demandari poſſunt, quæ ſunt meri Im-
7 perii, & plus habent præiudicii. Quod † autem hic dicitur, I. Non procedit de conſuetudine. Nam cauſæ meri & mixti Imperii indiſtinctè hodie delegantur, etiam quoad pœnam vltimi ſupplicii,
8 teſte Cagnolo *hic num.* 7. II. Non † procedit in modica coërcitione, ſine qua Juriſdictio nulla eſt, *l. 1. ff. de Iuriſdict. omnium Iud.* III. Fallit † in caſu neceſſi-
9 tatis, teſte Matth. VVeſemb. *in paratit. de eo, cui mandata fuit Iuriſd. num.* 3.

SVMMARIA:

In L. Omnia quæcunq; cauſæ.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam aliæ Leges cum illa conueniant.*

2 *Illæ cauſæ, vel controuerſiæ, quæ altiorem indaginem poſtulant, per libellum, id eſt, ſummariè vel ſine cauſæ cognitione expediri non poſſunt.*

3 *Rem per libellum expedire, nihil eſt aliud, quàm viſis iſtis petitoriis literis, quæ libelli vice funguntur, rem ſtatim ſine aliquo examine præcedente determinare ſiue diiudicare.*

4 *Sicut ea, quæ notoriam & manifeſtam habent æquitatem, per libellum expediri poſſunt: ita quæ cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri nequeunt.*

5 *Vbicunq; cauſæ cognitio eſt, ibi prætor deſideratur.*

6 *Si tutor vel curator vult vendere bona immobilia minoris, non ſufficit porrigere libellum magiſtratui, in quo petit, ut venditio permittatur: ſed neceſſe habet, ut apud acta, coràm Iudice, cauſis venditionis probatis, decretum ſolenniter interponatur.*

7 Tutor

Digitized by Google

7 *Tutor per libellum ſe excuſare non poteſt, ſed oportet illum, adire iudicem, & excuſationis cauſam pro tribunali allegare & probare.*

8 *Alia huius materiæ exempla.*

Ibid. Vbi de præiudicio irreparabili agitur, neq; leuiter conſultandum, neq; temere, cauſa nondum perfecte cognita, quicquam decernendum eſt.

9 *Fallit Regula, ſi magna & urgens ratio id ſuadet, veluti ſi crimen eſt atrox, notorium & manifeſtum, nec indiget probatione.*

10 *Fallit item, ſi res moram non patitur.*

11 *Fallit deniq; in cognitione iudicis publica, non autem priuata.*

REGVLA LXXI.

Omnia, quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.

DEſumpta † eſt hæc lex ex lib. 2. de off. proconſ. 1 Vlp. & habet concordantes tex. *in l. ubicunq; cauſa cognitio. infr. hoc tit. & in l. nequicquam. §. ubi decretum. ff. de off. proconſ. in l. 2. §. ſi dies. ff. quis ordo in bon. poſ. ſer. l. 3. ff. de bon. poſſ.* Docet † autem breuiter, quod 2 illæ cauſæ, lites vel controuerſiæ, quæ ventilationem requirunt coram iudice, vel quæ cognitionem, ſeu ut DD. loquuntur, altiorem indaginem poſtulant, (ut ſunt res intricatæ, arduæ & dubiæ,) per libellum, id eſt, ſummariè, ſine diligenti examine & ſine cauſæ cognitione, expediri non poſſint, hoc eſt, quod cauſæ intricatæ, arduæ & dubiæ, quæ cauſæ cognitionem requirunt, non poſſint de plano & ſimplici, & ſine Judiciorum ſtrepitu, oblato ſaltem libello ſupplice componi vel decidi, ſed quod in iis ſeruandus ſit Judiciarius proceſſus. Et hic eſt verus intellectus huius

huius regulæ, teſte Oldendorp. & Ræuard. *in hac Regula noſtra*, licet alii mi è ſe torqueant in eius explicatione, pluresque & varios afferant intelle-
3 ctus. Nam † ut libellus inter cætera ſignificat ſchedulam ſupplicem, qua quis poſtulata & deſiderium ſuum principi ſeu magiſtratui exponit: Ita rem expedire per libellum nihil eſt aliud, quam viſis iſtis petitionis literis, quæ libelli vice funguntur, rem ſtatim ſine aliquo examine præcedente, & ſine altiore rerum, cauſarum & Jurium utriusq; partis indagine definire, determinare, & diiudicare, vel ut Juriſconſultus *in l. 5. ff. de bon. poſ.* inquit, de ſimplici, & de plano, vel ſummario procedere
4 & rem definire. Sicut † igitur ea, quæ notoriam & manifeſtam habent æquitatem, per libellum expediri poſſunt, *l. nequicquam. §. de plano. ff. de off. procon.* Ita quæ cauſæ cognitionem deſiderant, ſeu, ut DD. loquuntur, alteriorem indaginem, ventilationem ordinariam, diligens examen poſtulant, datione libelli ſeu per libellum, hoc eſt, ſummariè ac de plano expediri nequeunt, teſte hac Regula noſtra, & *l. ubicunq; infr. eod.* vbi dicitur: Vbicunque
5 † cauſæ cognitio eſt, ibi prætor deſideratur, hoc eſt, prætoris diligens inquiſitio, diligens examen, ſeu ibi opus eſt, ut cauſa à iudice pro tribunali exactè
6 cognita & examinata decidatur, ut ſi † tutor vel curator vult vendere bona immobilia minoris, nõ ſufficit porrigere libellum magiſtratui, in quo petit, ut venditio permittatur, ſed neceſſe habet, vt apud acta, id eſt, coram iudice, cauſis probatis, quæ venditionis neceſſitatem inferunt, decretum ſolenniter interponatur, *l. minorem. C. de prædiis & a-*
7 *liis reb. minorum.* Sic † tutor per libellum ſe excuſare

ſare non poteſt, *l.excuſare.ff de excuſat. tutor.* Sed oportet tutorem, adire Judicem, & excuſationis cauſam pro tribunali allegare & probare, *l.ſcire.§. multa.ff.de excuſ.tutor.* Idem † etiam verum eſt in 8
multis aliis Juris articulis, ut in danda bonorum poſſeſſione, *l.3.§.ſi cauſa cognita.ff.de bon.poſſ.* In reſtitutione minorum, *l.in cauſæ.§.cauſa enim.ff. de minor.* Item in cauſis criminalibus & capitalibus, ubi non ſtatim ad inſtantiam unius, alter eſt condemnandus; ſed utraque pars eſt audienda, res examinanda & diligenter inquirenda. Ratio eſt, quia ubi de præiudicio irreparabili, veluti de habenda quæſtione, vel pœna vitæ imponenda agitur, neque leuiter conſultandum, neque temerè, cauſa nondum perfectè cognita, quicquam decernendum eſt. Vnde apud Martian. *in l.1.ff.de requirend.damnand.* Diui Seuer. & Antonin. reſcripſerunt, ne quis abſens puniatur, vel inaudita cauſa damnetur. Fallit
† Regula, ſi magna & vrgens ratio id ſuadet, veluti ſi crimen eſt atrox, notiorum & manifeſtum, nec indiget probatione, *l. 9. & 11.ff.de probat.* II. Fallit, 9
† ſi res moram non patitur, ut , quia timetur ne 10
euadat, vel eripiatur reus, dum amplius inquiritur. Nam quoties periculum ex mora extimeſcendum eſt, receditur à communis Juris regulis, Jaſ. *in l.naturaliter.§.nihil commune.ff de acquir.poſſ. nu.* 174.
III. Fallit † Regula in cognitione Judicis publica, 11
non autem de priuata, cuius mentionem facit tex. *in l.ſcire etiam.§.quinquaginta.ff.de excuſat. tutor.*

SVMMARIA.
In L. Fructus rei eſt.

1 *Regula hac vnde deſumpta ſit, & quanam aliæ cum illa Legis conueniant.*
2 *Pro fructu & vtilitate rei reputatur, ſi cui rem, quam habet & poſſidet, oppignorare licet.*
3 *Vocabulum Fructus non tantum ex ipſa re ſeu corpore naſcentes complectitur, ſed quamcunq; vtilitatem, quam occaſione rei vel propter rem ex re percipimus.*
Ibid. Id quod intereſt agentis, à ſeruitute non arceri, fructus ſeruitutis vocatur.
4 *Exemplum Regulæ.*
5 *Regula quomodo procedat.*

REGVLA LXXII.

Fructus rei eſt, vel pignori dare licere.

1 IAuoleni † Iuriſconſulti eſt hæc Regula deſumpta ex lib. eius 3. & habet concordantes textus *in l. fin. ff. de vſur. & fruct. in §. pecudum. Inſtit. de rer. diuiſ. in l. fructus. & in l. ſi nauis. ff. de rei vendicat. in l. fructus. ff. ſolut. matrimon. in l. mercedes plane. ff. de petit. hæredit.*
2 Docet † autem breuiter, quod pro & vtilitate rei reputemus, ſi nobis rem, quam habemus & poſſidemus, oppignorare licet, hoc eſt, quotieſcunque de fructibus rerum diſſerimus, & hoc illis annumerandum eſt, quod poteſtatem habemus, rem pignori opponere, & pecuniam vrgente neceſſitate comparare, cum debitor, niſi habeat pignus, de facili non reperiat pecuniam mutuo, *§. fin. Inſtitut. quibus modis re contrah. obligat.* Inter vtilitates igitur & fructus, quos ex rebus noſtris percipimus,

Digitized by Google

mus, etiam hoc commodum reſerimus, quod li-
ceat nobis rem pro arbitrio oppignorare, vt teſta-
tur *hæc Regula, & l. fin. ff. de vſur.* Ratio eſt, quia † vo- 3
cabulum Fructus non tantum ex ipſa re ſeu cor-
pore naſcentes complectitur: ſicut fructus arbo-
ris ſunt, pyra, poma, ceraſa, fructus pratorum, gra-
mina, fructus fundorum, frumenta, fructus pe-
cudum, agni, hœdi, ſuculi, lac, pili, §. *pecudum. In-
ſtitut. de rerum diuiſion. l. fructus. ff. de vſur. l. fructus. ff.
ſolut. matrimon.* ſed quamcunque vtilitatem, quam
occaſione rei, vel propter rem, ex re percipimus,
hoc eſt, omne intereſſe, omne commodum. Qua
in ſignificatione etiam reditus, penſiones, & quod
nobis licet rem locare, vel pignori obligare, & ſi-
milia veniunt, *l. mercedes. ff. de petition. hæreditatis.*
Hinc id, quod intereſt agentis, à ſeruitute non ar-
ceri, fructum ſeruitutis vocamus, *l. loci corpus. § in
confeſſoria actione. ff. ſi ſeruitus vendicetur.* Hinc eſt,
quod in fructu amicitiæ computatur delectio,
& officia, quæ habemus ex amicitia. Hinc Mar-
cianus ait *in l. ſtatuæ & imaginis ff. de vſufruct. & quem-
admodum quis vtatur*: Statuæ & imaginis vſumfru-
ctum poſſe relinqui, magis eſt: quia & ipſæ ha-
bent vtilitatem, ſi quo loco opportuno ponan-
tur. Unde † ſi quis ſine titulo poſſideret mala fide 4
rem meam, quam ego interea pignori dare potuiſ-
ſem, & commodum aliquod inde percipere, ſi poſ-
ſum recuperare rem, poſſum etiam ad illud inter-
eſſe, ſeu in fructum oppignorationis agere, *l. litiga-
tores, C. de fructib. & litium expenſ.* Sic computatur
in fructus, quanti locare potui rem, quam tu mala
fide poſſediſti, vt probat *l. videamus. § præterea Gallus.
ff. de vſuris & fructibus.* Procedit † Regula, vocabulo 5

Digitized by Google

Fructus in generali ſignificatione accepto, pro fructibus, cauſis, & omnibus rerum acceſſionibus. Sicut *in tit. de uſuris*, ex quo hæc l. deſumpta eſt, accipi ſolet: Secus ſi ſpecialiter ſumitur tantum pro fructibus ex re naſcentibus, *l. intereſt. C. de uſufr.*

SUMMARIA.

In L. Quo tutela.

1 *Origo Legis, partes, & conuenientia.*
2 *Is debet hæres eſſe pupilli inter agnatos, ad quem ex l. duodecim tabularum, teſtamentariis tutoribus deficientibus, tutela delata eſt.*
3 *Pleruncq; ubi ſucceſſionis eſt beneficium, ibi & tutelæ onus eſſe debet, & econtra.*
4 *Fallit Regula in fœmina vel conſanguinea. Ratio, quia*
5 *Tutela eſt ciuile munus & officium; quod ad fœminas non pertinet, ſed à quo fœminæ arcendæ veniunt.*
6 *Fallit etiam in minore, quia tutor eſſe non poteſt.*
7 *Inciuile eſt, eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egent, aliorum tutelam vel curam ſubire.*
8 *Fallit deniq; in tutela datiua & teſtamentaria.*
9 *Procedit Regula tantum in legitima tutela.*

REGVLA LXXIII.

Quo tutela redit, eo & hæreditas peruenit, niſi cum fœminæ hæredes intercedunt.

1 QUinti Mutii Scæuolæ † eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius ſingulari, habetque multas partes, cũ quarum prima conueniunt *§. fin. Inſtit. de legit. patron. tutel. l. 1. ff. de legit. tutor. l. ſecundum naturam. ſupr.* hoc

hoc tit. c. rationi congruit. & c. qui ſentit. ex. cod. in 6.
Docet † autẽ, quod is debeat eſſe hæres pupilli in- 2
ter agnatos, ad quem ex l. 12. tab. teſtamentariis
tutoribus deficientibus tutela delata eſt. Sic enim
inquit Juſtin. *in princ. Inſt. de legit. agnat. tut.* Quibus
autem teſtamento tutor datus non eſt, his ex l. 12.
tab. agnati ſunt tutores, qui vocantur legitimi.
Ratio eſt, quia † plærumque, ubi ſucceſſionis eſt 3
beneficium, ibi & tutelæ onus eſſe debet. & con-
tra, ubi eſt tutelæ onus, ibi & ſucceſſio ſperari de-
bet. Idem probatur & *in l. 1. ff. de legit. tutor. his verb.*
Legitimæ tutelæ l. 12. tab. agnatis delatæ ſunt &
conſanguineis: item iis, qui ad legitimam hæredi-
tatem admitti poſſunt, & rationem reddit, inqui-
ens: Hoc ſumma prouidentia factum eſt, ut qui
ſperarẽt ſucceſſionem, iidem etiam tuerentur bo-
nà pupillorum, ne dilapidarentur. Cum iuri natu-
ræ conueniens ſit, ut qui ſentit commodum, ſen-
tiat etiam onus, *c. qui ſentit. de R. I. in 6.* Fallit † tamẽ 4
hoc in fœmina vel conſanguinea. Licet enim ea
tanquam proxima agnata ad hæreditatem pupilli
admittatur, tamen tutelam gerere non compelli-
tur, ſed ea deuoluitur ad agnatum próximè ſequẽ-
tem, ut probatur hic in verbis: *niſi cum fœminæ hære-
des intercedunt: & in §. 1. Inſt. de legit. patron. tutel.* vbi
dicitur: *Ideo autem diximus plærumq́, quia ſi à fœmina
impubes manumittatur, ipſa ad hæreditatem vocatur, cum
alius ſit tutor.* Et *in l. 1. §. interdum. ff. de legit. tutor.* dici-
tur: *Interdum alibi eſt hæreditas, alibi tutela, &c.* Quod
† autem ad fœminas non deuoluatur tutela, cum 5
tamen ad hæreditatem admittantur, propterea fit,
quia tutela eſt ciuilé munus & officium, quod ad
fœminas non pertinet, ſed à quo fœminæ arcendæ

veniunt, *l. tutel. plærumque. & l. vlt. ff. de tutel. & l. 2.*
6 *Supr. hoc tit.* II. Fallit † in minore, ſecundum Regulam *hic per text. in l. fin. C. de legit. tutel.* quia minores tutores eſſe non poſſunt, ſed ipſi adhuc ſub tutela eſſe coguntur, & auxilio aliorum indigent. Inciuile
7 igitur † eſſet, eos, qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam vel curam ſubire, §. *item maior*
8 *LXX. annis. Inſtit. de excuſat. tutor.* Fallit III. in tutela †
9 datiua & teſtamentaria. Procedit † enim hæc Regula tantum in legitima tutela, non autem in reliquis, Cagn. *hic num.* 1.

SVMMARIA.

In §. Nemo poteſt tutorem.

1 *Legis huius conuenientia.*

2 *Nemo in ſuo teſtamento tutores dare poteſt illis, quos non habet in ſua poteſtate, cum moritur.*

3 *Ratio, quare permiſſum ſit parentibus liberis ſuis in teſtamento tutores dare eſt, quia præſumuntur liberis ſuis conſulere & proſpicere ex paterno affectu.*

4 *Poſthumis tutores dari poſſunt, quia illi pro iam natis habentur, quoties de eorum commodo agitur.*

5 *Vt parens in teſtamento liberis ſuis tutores valide dare poſſit, requiritur primo, vt filij ſint impuberes.*

6 *Secundo, vt ſint in poteſtate parentum.*

7 *Tertio, vt poſt mortem eius in alterius poteſtatem non ſint recaſuri*

8 *Si pater naturalis efficaciter in teſtamento filiis ſuis tutores dare vult, neceſſe eſt, vt poſt ipſius mortem non ſint in aui paterni poteſtate, ſed efficiantur ſui iuris poſt mortem eius.*

9 *Procedit Regula primo, in tutore, qui teſtamento recte datur, non autem in curatore.*

10 *Secundo, in patre, qui in poteſtate filios ſuos habet, non in matre, quæ filios ſuos in poteſtate non habet.*

11 *Tertio, ſi poſt mortem patris nō ſunt recaſuri: ſecus ſi reciderit.*

§. Nemo

Digitized by Google

§. Nemo poteſt tutorem.

Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei, quem in ſuis hæredibus, cum moritur, habet, habiturusue eſſet, ſi vixiſſet.

Secunda † pars huius legis, cum qua conueniũt 1
l. verbis legis. ff. de V. S. l. 1. ff. de teſtament. tut. §. permiſſum eſt. & §. cum autem. Inſt. de tutel. docet, quod † nemo 2
in ſuo teſtamento tutores dare poſſit iis, quos non habet in ſua poteſtate, cum moritur, vel habiturus fuiſſet, ſi vixiſſet, ſed iis ſaltem, quos in poteſtate habet tempore mortis ſuæ: ut ſunt filii, filiæ, nepotes, neptes, non recaſuri in alterius poteſtatem poſt mortem, vel quos habiturus fuiſſet in ſua poteſtate, ſi vixiſſet, ut ſunt poſthumi. His enim rectè tutores quilibet dare poteſt in ſuo teſtamento, *§. permiſſum. Inſtitut. de tutelis. & in §. cum autem. eod. tit.* Idem probatur *in l. 1. ff. de teſtamentaria tutela.* Ratio autem, quare permiſſum ſit parentibus liberis ſuis in teſtamento tutores dare, eſt, quia † 3
præſumuntur optimè liberis ſuis conſulere & proſpicere ex paterno affectu, *l. ult. C. de curatore furioſi.* Poſthumis † autem ideo dari poſſunt, 4
quia illi pro iam natis habentur, quoties de eorum commodo agitur, *l. qui in utero. ff. de ſtatu hominum.* Sicut igitur iam natis parentes tutores dare poſſunt, ita & naſcituris, quia loco natorum habentur, *d. l. qui in utero & l. quod dicimus. ff. de V. S.* Vt † autem parens in teſtamento li- 5
beris ſuis tutores validè dare poſſit, requiritur. I. Vt

filii ſint impuberes. Puberibus enim non tutores, ſed curatores dantur, qui teſtamento dari nequeunt, §. *permiſſum eſt*, in verbis: *liberis impuberibus.*
6 *Inſt. de tutelis. & in princ. Inſt. de curator.* II. Vt † ſint in poteſtate parentum. Emancipatis enim non validè dant parentes tutores, niſi accedat Iudicis cõfirmatio, §. *fin. Inſt. de tutel. &* §. *permiſſum*, verbo: *quos*
7 *in poteſtate habent. Inſt. eod.* III. Vt † poſt mortem eius in alterius poteſtatem non ſint recaſuri. Quare ſi auus nepotibus vult dare tutores, neceſſe eſt, ne nepotes poſt mortem eius in alterius, h.e. in patris naturalis cadant poteſtatem, ſed efficiantur ſui
8 Iuris. Sic ſi † pater naturalis efficaciter in teſtamento filiis ſuis tutores dare vult, neceſſe eſt, ut poſt ipſius mortem non ſint in aui paterni poteſtate, ſed efficiantur ſui iuris poſt mortem eius, ut probatur *in d.* §. *permiſſum eſt. verſ. Itaq; ſi filius tuus mortis. Inſtit.*
9 *de tutel. & l. 1. ff. de teſtamentaria tut.* Procedit † igitur R. in tutore, qui teſtamento rectè datur: Non
10 autem in curatore, §. *fin. Inſt. de tutel.* II. Procedit † in patre, qui in poteſtate filios ſuos habet, non in matre, quæ filios in poteſtate ſua non habet, ut
11 probatur *in* §. *fœmina. Inſt. de adopt.* III. Procedit, † ſi poſt mortem patris non ſunt recaſuri in alterius poteſtatem, ſecus ſi reciderent, ut probatur *in l. 1. ff. de teſtam. tut.*

Summaria.

In §. Vi factum.

1 *Quænam aliæ Leges cum hoc* §. *conueniant.*
2 *Vim facit is, qui illud facit, quod facere eſt prohibitus.*
3 *Exemplum* §. *huius.*
4 *Prohibere per ſemetipſum neceſſe non eſt, ſed & ſi quis per ſer-*

uum

uum ſuum vel procuratorem prohibuerit, recte videtur prohibuiſſe.

5 *Procedit Regula primò, non tantum in eo, qui ipſe vim fecit, ſed & qui iuſſit fieri.*

6 *Secundò, in eo, qui, cum ſciret ſe prohibendum, per vim molitus eſt, ne prohiberetur.*

7 *Tertiò, in eo, qui prohibitus deſtitit agere, poſtea verò rurſus opus aggreſſus eſt.*

8 *Quartò in eo, qui alieno nomine quid contra denunciationem facit, non tantum qui ſuo nomine.*

9 *Fallit Regula primò, ſi is, qui contra prohibitionem, ſeu denunciationem quid facit, paratus eſt in iudicio ſe defendere: tunc enim vim facere non videtur.*

10 *Secundò, ſi quis ſatisdationem de damno infecto præſtare paratus eſt.*

11 *Tertiò, ſi permiſſu principis vel magiſtratus contra prohibitionem quid facit.*

12 *Quartò, ſi pars poſtea in ſuo permiſit ædificare.*

§. Vi factum.

Vi factum videtur id eſſe, quod de re quis, cum prohiberetur, fecit.

Tertia † pars, cum qua conueniunt *l. 1. §. quæſitum. l. 3. l. aut qui aliter. §. hæc verba. & §. vlt. l. ſi ego. ff.* 1
quod vi aut clam. Docet † breuiter, quis dicatur vim facere, nimirum is, qui id facit, quod facere eſt 2
prohibitus, vel qui aliquid facit contra prohibitionem, & denunciationem ſibi ab alio factam. Sic enim inquit Iuriſconſultus *in l. 1. §. quid ſit vi factum. ff. quod vi aut clam.* Vi factum videri Quintus Mutius ſcripſit, ſi quis contra, quam prohiberetur, fecerit. Et eodem in loco dicitur: Sed & ſi quis contra teſtationem denunciationemque fecerit, idem eſſe Caſcellius & Trebatius putant, quod & verum

3 eſt: Vt, Si † te ædificantem in meo prohibuero, &
tu nihilominus contra prohibitionem ædificas,
vim facere videris, quia feciſti, quod facere es pro-
hibitus, *l. 1. §. quid ſit vi. ff. quod vi aut clam.* & ideo
interdicto unde vi teneris, *d. l. 1. §. hoc interdictum.*
ff. quod vi aut clam. Simili modo, ſi quis in ſolo
meo, contra prohibitionem quid facit, Interdicto
vnde vi tenetur. Vim ſiquidem feciſſe videtur,
eo, quia fecit, quod facere eſt prohibitus, *l. ſi alius.*
§. notauimus. & l. 1. §. hoc Interdictum. ff. quod vi aut
4 *clam.* Prohibere † autem non utique per ſemet-
ipſum neceſſe eſt, ſed & ſi quis per ſeruum ſuum
vel procuratorem prohibuerit, rectè videtur pro-
hibuiſſe. Idem eſt & ſi Mercenarius eius prohi-
buit, *l. prohibere autem. 3. ff. quod vi aut clam.* Proce-
5 dit † Regula primum non tantum in eo, qui ipſe
vim fecit, ſed & qui iuſſit fieri, *l. aut qui aliter. §.*
hæc verba. & §. ult. ff. quod vi aut clam. II. Procedit
6 † & in eo, qui, cum ſciret ſe prohibendum, per vim
molitus eſt, ne prohiberetur, *l. 1. §. ſed & Ariſto. ff.*
7 *quod vi aut clam.* III. Procedit † & in eo qui pro-
hibitus deſtitit agere: poſtea verò rurſus opus ag-
greſſus eſt, *l. 1. §. Item Labeo dicit. ff. quod vi aut clam.*
8 IV. Procedit † in eo qui alieno nomine quid con-
tra denunciationem facit, non tantum qui ſuo no-
mine, *l. aut qui aliter. §. hæc verba. verſ. idem ait. ff.*
9 *quod vi aut clam.* Fallit † Regula I. Si is, qui con-
tra prohibitionem ſeu denunciationem quid fa-
cit, paratus eſt in iudicio ſe defendere: tum enim
vim facere non videtur, *l. 3. §. ſed etſi. ff. quod vi aut*
10 *clam.* II. Fallit, ſi quis ſatisdationem de damno
infecto præſtare paratus eſt, *d. l. 3. §. ſed etſi. ff. eod.*
11 III. Fallit † ſi permiſſu principis vel magiſtratus cō-
tra

Digitized by Google

tra prohibitionem quid facit, *d. l. 3. §. ſed etſi à principe. ff. eod.* IV. Fallit, † ſi pars poſtea permiſit in ſuo 12 ædificare, *d. l. 3. §. ſed ſi permiſerit.* Porro quid ſit vis, quotuplex ea ſit, & quod modis committatur, docet Schneidew. *in §. quadrupl. Inſtitut. de action. nu. 23. ſub tit. de action. quod met. cauſa.* Et idem *in tit. de vi bon. rapt. num. 2.*

Summaria.

In §. Clam quod quiſque. Item In §. Quæ in teſtamento. Item In §. Nec paciſcendo.

1 *Quænam aliæ Leges cum hoc §. conueniant.*
2 *Quis dicatur aliquid clam agere.*
3 *Exemplum huius rei.*
4 *Procedit non tantum in eo, qui ipſe clam fecit, ſed & qui iuſſit.*
5 *Item in eo, qui celandi animum habuit eum, quem prohibiturum ſe intellexit.*
6 *Fallit Regula primo, ſi ſciente & non contradicente aduerſario fecit.*
7 *Secundo, ſi celandi animum non habuit is, qui fecit.*
8 *Tertio, ſi non dominus, ſed ſeruus, qui fecit, controuerſiam timuit: tunc enim magis domini, quam ſerui perſona conſideranda eſt.*
9 *Quarto, ſi denunciauit aduerſario, & notum ei fecit.*
10 *Aliquid clam fieri multis modis dicitur, vt,*
11 *Qui aliter fecit, quàm denunciauit, clam feciſſe dicitur. Item,*
12 *Qui denunciando decepit aduerſarium.*
13 *Qui eo die denunciauit, quo impoſſibile fecit aduerſario occurrere ad prohibendum.*
14 *Exemplum de matrimonio clam facto.*
15 *Exemplum aliud de inſtrumento clam facto.*

In §. Quæ in teſtamento.

16 *Conuenientia huius §.*

17 *Illud,*

17 *Illud, quod in teſtamento ita ſcriptum eſt, vt intelligi non poſſit, perinde habetur, ac ſi ſcriptum non eſſet.*

Ibid. *Paria ſunt, aliquid non eſſe, & non apparere.*

18 *Regula procedit, quatenus ex aliis coniecturis & præſumptionibus, vel alio quocunq; modo mens teſtatoris haberi vel colligi non poteſt.*

In §. Nec paciſcendo.

19 *Conuenientia §. huius.*

20 *Pacta, contractus & ſtipulationes neq; proſunt neq; nocent illis, qui non contraxerunt, ſed ſaltem contrahentes obligant.*

21 *Res inter alios acta tertio non præiudicat.*

22 *Generaliter traditum eſt, alteri per alterum non quæri.*

23 *Obligationes ad hoc inuenta ſunt, vt ſibi unuſquiſq;, quod ſua intereſt, acquirat.*

24 *Fallit Regula primò, in his, qui alterius iuri ſubiecti ſunt.*

25 *Secundò, ſi promittens alteri dare, iuramento confirmat promiſſionem.*

26 *Tertiò, in piis locis & in pauperibus, quibus quilibet ſtipulari poteſt.*

27 *Quartò, in procuratore, & alio quolibet legitimo adminiſtratore, tutore, curatore, ſyndico & aliis.*

28 *Quinto, ſi ſtipulatori intereſt, id, quod in ſtipulationem deductum eſt, præſtari.*

29 *Sexto, ſi pœna adiecta eſt ſtipulationi.*

§. Clam quod quiſq;.

Clam quod quiſque, cum controuerſiam haberet, habiturumue ſe putaret, fecit.

§. Quæ in teſtamento.

Quæ in teſtamento ita ſcripta ſunt, vt intelligi non poſſint, perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent.

§. Nec

Digitized by Google

§. Nec paciſcendo.

Nec paciſcendo, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere poteſt.

Quarta † pars, cum qua conueniunt *l. prohibere. §. clam facere. l. Seruius. & l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam.* Docet, † quis dicatur clam aliquid facere, nimirum is, qui, dum metuit ſibi controuerſiam vel litem ab aduerſario inferri, clam eo, vel eo ignorante & neſciente, ſine ulla determinatione, id quod voluit, fecit. Sic enim inquit Juriſconſultus *in l. 3. §. fin. ff. eod.* Clàm facere videri Caſſius ſcribit eum, qui celauit adverſarium, neque ei denunciauit: ſi modo timuit eius controuerſiam, vel timere debuit. Et *in l. clam poſsidere. ff. de acquir. poſs.* clam fieri dicitur, quod ita fit, ut non poſſit venire in noticiam eius, cuius intereſt. Veluti, ſi † vicinus meus in ædibus ſuis vult ædificare furnum, per quem fumus in ædes meas immittitur; verum quia timet, vel timere debet, ne ei controuerſia moueatur, vel coram Judice vel extra Judicium, me inſcio & ignorante, ſine vlla denunciatione ædificat, clam igitur ædificaſſe dicitur, & ideo interdicto vnde vi vel clam tèetur, *l. 3. §. fin. ff. eod.* Simili modo is, qui furtiuè ingreſſus eſt in poſſeſſionem, ignorante eo, quem ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur, & ne id faceret, timebat, clam poſſidere dicitur, ut probatur *in l. clam poſsidere. in princ. ff. de acquir. poſs.* Sic ſi quis me ignorante & inſcio agrum arauit, vel foſſam in eo fecit, clam araſſe & foſſam feciſſe dicitur, *l. 1. §. fin. ff. quod vi aut clam.* & ideo in-

inter-

terdicto quod vi aut clam tenetur. *d. l. 1. §. hoc Inter-*
4 *dictum. ff. eod.* Procedit † Reg. non tantum in eo, qui
ipſe clam fecit, ſed & qui iuſſit, *l. aut qui aliter. §. hæc*
5 *verba. ff. quod vi aut clam.* II. Procedit † & in eo, qui
celandi animum habuit eum, quem prohibiturum
ſe intellexit, *l. 3. §. clam facere. ff. quod vi aut clam.*
6 Fallit † Reg. I. Si ſciente & non contradicente ad-
uerſario fecit. Hoc enim caſu, quamuis controuer-
ſiam metuit ſciens, non tamen clam feciſſe vide-
7 tur, *l. 7. §. ait Iulianus. ff. eod.* II. Fallit, † ſi celandi
animum non habuit is, qui fecit, *l. aut qui aliter. §.*
8 *ſed Seruius. ff. quod vi aut clam.* III. Fallit, † ſi non Do-
minus, ſed ſeruus, qui fecit, controuerſiam timuit,
tunc enim magis domini, quàm ſerui perſona con-
9 ſideranda eſt, *l. 3. §. 1. ff. quod vi aut clam.* IV. Fallit †
ſi denunciauit aduerſario, & notum ei fecit: niſi
forte eo die denunciauerit, quo impoſſibile fuit
aduerſario, negotio occurrere, ut probatur *in l. aut*
10 *qui aliter. in princ. & in l. ult. §. fin. ff. eod.* Porro † & a-
liis multis & variis modis aliquid clam fieri dicitur,
11 ut qui † aliter facit, quam denunciauit, clam feciſ-
ſe dicitur, *l. aut qui aliter. in princ.. ff. quod vi aut clam.*
12 Vel † qui denunciando decepit aduerſarium, *d. l.*
13 *aut qui aliter. ff. eod.* Vel † qui eo die denunciauit,
quo impoſſibile fuit aduerſario occurrere ad pro-
hibendum, *l. aut qui aliter, in princ. §. ſi quis denuncia-*
14 *uerit. ff. eod.* Sic † matrimonium clam factum vide-
tur & dicitur, quod eſt factum coram duobus te-
15 ſtibus, cum publicè fieri debebat. Sic clam † fieri
dicitur illud, de quo factum eſt inſtrumentum, ſi
iniungatur Notario & teſtibus vt rem ſecretam te-
neant, teſte Dec. *hic nu. 2. verſ. & dicitur clam.* Quæ
omnia hincinde in DD. poſita notare poteſtis.

§. Quæ

Digitized by Google

§. Quæ in teſtamento.

Quinta † pars, cum qua conueniunt *l. 2. ff. de iis, quæ pro non ſcriptis habentur. l. duo ſunt. ff. de teſtament. tutel. l. ita fidei, circa finem ff. de Iure Fiſci. l. 3. §. ſi duobus. ff. de adim. legat.* docet, † illud ipſum, quod in teſtamento ita ſcriptum eſt, vt intelligi non poſſit, perinde haberi, ac ſi ſcriptum non eſſet. Ratio eſt, quia paria ſunt, aliquid non eſſe, & non apparere, *l. in lege. ff. de contrahend. empt.* Ut, ſi duo ſunt Titii, pater & filius: & in teſtamento Titius tutor datus eſt, nec ſatis apparet, de quo teſtator ſenſerit, an de patre vel filio: neuter tutor erit. Etſi enim conſtat, vnum eorum datum eſſe, tamen cum ignoretur, vter is ſit, tutelæ quoque ex teſtamento locus non eſt, ſed perinde habetur, ac ſi in tabulis de tutore nihil ſcriptum eſſet, *l. duo ſunt Titii. ff. de teſtamentar. tutel.* Sic Pamphilus fecit teſtamentum, & in eo Titium hæredem inſtituit, eumque rogauit, vt adita hæreditate Stichum ſeruum manumitteret. Cum autem Pamphilus teſtator multos Stichos haberet, nec ſatis appareret, de quo ſenſerit, quæſitum fuit, cui libertas ſit attribuenda? Et reſponſum eſt, quod nulli; ſed quod perinde haberi debeat, ac ſi nihil de manumiſſione dictum, vel cogitatum fuerit, *l. 2. ff. de iis, quæ pro non ſcript. habentur.* Pari ratione ſi legatum relictum eſſet maximo natu filio, duo autem pares eſſent ætate: vel, ſi Sempronio amico teſtator quid reliquerit, duo a. ſint, æqua caritate cõiuncti, ita vt ignoretur, ad quem legatum pertineat, dicẽdum eſt, ꝙ nulli legatum præſtandum ſit,

quia

16 17

quia neuter eorum probare poteſt, de ſe ſenſiſſe vel locutum eſſe teſtatorem, *l. ſi ita fuerint.* 11. *& l. ſi*
18 *quis.* 28. *de rebus dubiis.* Procedit † Regula, quatenus ex aliis coniecturis & præſumptionibus vel alio quocunque modo mens teſtatoris haberi vel colligi non poteſt: Secus, ſi apparet de mente & voluntate teſtatoris, vel ex coniecturis, vel ex præſumptionibus, vel ex antecedentibus, vel ex conſequentibus, quam reſtrictionem addit *l. in tempus. ff. de hæred. inſtit. & l. ſemper in ſtipulationibus. ſupr. h. t.*

§. Nec paciſcendo, nec legem dicendo.

Sexta pars, cum † qua conueniunt *l. ſi ſtipulatio.*
19 *§. alteri. ff. de V. O. §. ſi quis alii. & §. alteri ſtipulari. Inſt. de inutil. ſtip. l.* 1. 2. 3. *C. res inter alios act.* Docet, † quod
20 nemo alteri ſtipulari poſſit, h. e. ſtipulando vel alio contractu, vel nudo pacto aliquid acquirere, ſeu quod pacta, contractus, & ſtipulationes neque proſint, neque noceant illis, qui non contraxerunt, ſed ſaltem contrahentes obligent, vel ad eorum obſeruantiam, vel ad pœnam. Ratio. I. eſt, quia † res inter alios acta aliis neque nocet neque
21 prodeſt, *tot. tit. C. res inter alios.* II. Quia † generali-
22 ter traditum eſt, alteri per alterum non quæri, *l. ſolutum. §. per liberam. ff. de pig. act.* III. Quia † ad hoc
23 inuentæ ſunt obligationes, ut ſibi unusquisque, quod ſua intereſt, acquirat, *§. alteri ſtipulari. Inſt. de inutil. ſtip.* Vnde, ſi dico ad Titium: Dabis Seio 100. & ille reſpondet, dabo, inutilis eſt ſtipulatio, cùm nec actio Seio ex hac ſtipulatione, nec aliud quid acquiratur, quia ego alteri ſtipulari nequeo, maximè ſi mea nihil intereſt, Seio centum ſolui. Ad hoc enim inuentæ ſunt ſtipulationes & contra-

ctus

Digitized by Google

ctus, vt ſibi quiſq; per illos acquirat, non alteri, vt probatur *in §. ſi quis alii. & §. alteri. Inſt. de inut. ſtip. & in l. ſtipulatio iſta §. alteri. ff. de V. O.* Eodem modo, ſi cum fratre tuo parentibus ſucceſſiſti, frater autem tuus pro portione tua cum debitorib⁹ hæreditariis pactus eſt, non tamen tua voluntate de non ſoluẽdo debito, dicẽdum eſt, quod pro hæreditaria parte tibi quæſitam obligationem frater ſuis pactis & conuentionibus tollere nõ potuerit, h. e. quod fratris pactum, cum debitoribus factum, de non ſoluendo debito, tibi nihil noceat, *l. 3. C. res int. alios act.* quia res inter alios acta nemini, niſi contrahentib⁹, nocere vel prodeſſe debet. Fallit † I. in his, qui alterius Juri ſubiecti ſunt: vt ſunt filius & ſeruus. Hi n. patri vel domino ſtipulari & per ſtipulationem aliquid acquirere poſſunt, quia cẽſentur pro vna perſona, & vox filii dicitur vox patris, *d. §. ſi quis. & §. alteri.* item *§. ei verò. Inſt. de inut. ſtip.* II. Fallit, † ſi promittens alteri dare iuramẽto confirmat promiſſionem. Omne enim iuramentum, quod abſq; interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, ſeruãdum eſt, *c. cum contingat. extr. de Iureiur.* III. Fallit † in piis locis, & in pauperibus, quibus quilibet ſtipulari poteſt: veluti Dabis pauperibus in illo loco centum, Bald. *in l. illud. C. de SS. Eccl.* IV. Fallit † in procuratore, & alio quolibet legitimo adminiſtratore, & tutore, curatore, Syndico, & aliis, *l. ſi procuratori. ff. de procur.* V. Fallit, † ſi ſtipulatori intereſt, id, quod in ſtipulationem deductum eſt, præſtari, *§. ſed ſi quis. Inſtit. de inut. ſtip.* VI. Fallit, † ſi adiecta eſt pœna ſtipulationi, *§. alteri. Inſtit. de inut. ſtip.* Plures fallentias videte *in gl. d. §. ſi quis alii. Inſtit. de inutil. ſtipul.*

24 25 26 27 28 29

Summaria.

In L. Non debet alteri.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Nemo alteri recta via nocere, nec cum alio talia tractare debet, vnde tertius aliquis incommodum ſentiat.*
3 *Nulli imputandum malum, cuius author non extitit.*
4 *Alterius dolus vel deſidia mihi nocere non debet.*
5 *Pupillo non poteſt iniqua conditio per tutorem inferri.*
6 *Nemo puniendus eſt propter delictum alterius.*
7 *Fallit Regula in crimine laſa maieſtatis, vbi filii odio alterius, h. e. patris grauantur.*
8 *Fallit item in crimine hæreſeos.*
9 *Fallit in magiſtratu vel iudice, qui authoritate publica, iuſta & rationabili cauſa aliquid facere poteſt.*
10 *Fallit deniq; ſi iuſta & rationabili de cauſa alteri per alterum iniqua conditio infertur.*

Regula LXXIV.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.

1 PApiniani † Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex libro eius primo quæſtionum: & conueniunt cum ea *l. cohærentibus.17.C.famil.herciſc. l.ſi unus.27.§.ante omnia.ff.de pact.l.neq; interdicto.198. & l.factum cuiq; ſuum.155.Infr. hoc.tit. c. non debet aliquis.22.& 25.de R.I.in 6.* Docet † autem, quod ne-
2 mo alteri recta via noceat, nec cum alio quiſquam talia tractet, vnde tertius aliquis incommodũ ſentiat, nec denique, quod quis deliquerit, in alium, quàm in authorem reciprocet, ſed quilibet ex ſuo facto & delicto commodum vel incommodum percipiat: id quod & *in l.neq; inf.h.t.*probatur.*& in l. factum cuiq; ſuum. Inf.h.t.& in c.non debet aliquis.de R.I. in 6.& in c.mora.eod.tit.& in l.in condemnatione.§.uni* cuiq;

cuiq. inf. h. t. nec diſſimile quid dicitur *in c. delictum perſonæ. de R. I. in 6.* Et ratio horum dictorum eſt, quia natura docet neminem eſſe lędendum, *§. Iuris præcepta. Inſt. de Iuſt. & Iur.* Nulli † imputandum malum, 3
cuius author non extitit, nec alteri iniquam conditionem eſſe inferendam, quod fieret, ſi alterius conditionem deteriorem facere liceret, quam tamen meliorē potius reddere debeamus, *l. ſeruus. 3. & l. filius. 23. C. de pact.* Vt ſi vel procuratoris, vel coloni dolo malo, aut deſidia quis in fundi mei poſſeſſionem irrepſit, mihi præiudicare non debet, ne ex malignitate alterius damnũ mihi emergat, vel per alterum mihi conditio iniqua inferatur, contra hanc Regulam noſtram. Alterius † n. dolus vel deſi 4
dia mihi nocere non debet, *l. electio. 26. §. ſi abſentem. ff. de noxal. action. & l. ex libris. C. de acquir. poſ.* Sic facta diuiſio inter cohęredes abſenti nõ præiudicat, quo minus ſuam portionem in omnibus rebus cõmunibus & retinere & fructus arbitrio familiæ herciſcundæ petere & percipere poſſit, *l. cohæredibus. 17. & l. non eſt ambiguum. C. famil. herciſ.* Eodem modo ſi tutor paſciſcendo vel tranſigendo aliquid donat, aut remittit de reb⁹ pupillaribus, nõ nocet id pupillo, nec ipſum impedit, quo minus donationē reuocare, aut, ꝙ minus tutori ſolutum eſt, exigere poſſit, *l. Lucius. 21. §. ult. ff. de admin. tutor.* Ratio eſt, quia † pu- 5
pillo non poteſt iniqua conditio ꝑ tutorem inferri, i. pupilli res non poſſunt reddi deteriores per factũ tutoris: vel factum tutoris nõ debet nocere ipſi pupillo. Procędit † R. etiam in delictis. Nã nemo pu- 6
niendus eſt ꝓpter delictũ alterius; ſed pœna debet manere ſuos authores, *l. ſancim⁹ C. de pœn.* Sic delictũ vel macula matris non debet nocere filiis, *§. ſufficit.*

Inſtit. de Ingen. vbi dicitur: *Calamitas matris non deb nocere ei, qui in vtero eſt.* Sic crimen vel pœna patern nullam debet maculam filio infligere, *l. crimen. ff. d pœn.* I. Fallit † tamen hoc in crimine læſæ Maieſta
7 tis, vbi filii alterius odio, hoc eſt, patris grauantur
8 *l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.* II. Fallit † in crimine hæ
9 reſeos, *l. Manichæus. C. de Hæret. & Manich.* III. Fallit in magiſtratu vel Iudice, qui authoritate publica iuſta & rationabili cauſa aliquid facere poteſt, teſte
10 Cagn. *hic num.* 1. IV. Fallit, † ſi iuſta & rationabili de cauſa alteri per alterum iniqua conditio infertur. Bart. *in l. fin. §. fin. ff. de pig. act.* Videatur de hac Regula Dynus *in c. non debet aliquis. & in c. ſine culpa. de R. I. in 6.*

SVMMARIA.

In L. Nemo poteſt mutare.

1 *Origo & conuenientia Regulæ huius.*
2 *Quod ſemel nobis placuit, amplius diſplicere non debet, maxime ſi inde alteri iniqua conditio infertur.*
3 *Etſi cuilibet integrum eſt, Chamæleonte mutabiliorem eſſe, tamen id eatenus ferendum eſt, quatenus alteri non incommodat.*
4 *Exemplum.*
5 *Exemplum aliud.*
6 *Exemplum tertium.*
7 *A contractu, iure & legitime facto, non poteſt vna pars, altera inuita, nolente & diſſentiente, recedere, etiamſi ab Imperatore reſcriptum impetrauerit.*
8 *Fallit Regula primo, in illis, in quibus de ſui natura non oritur vltro citroq; obligatio.*
9 *Secundo, in communione & ſocietate.*
Ibid. *Nemo in ſocietate inuitus detineri debet.*
10 *Tertio, in contractibus innominatis.*
11 *Quarto, ſi conſilium, mens & voluntas mutari poteſt ſine detrimento & damno alterius.*

REGUL

Regula LXXV.

Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius iniuriam.

Eiusdem † Papin. Juriſconſulti eſt h. Reg. de- 1
ſumpta ex lib. eius 3. quæſtionum, & conveniunt cum ea *l. nonnunquã. 8. ff. de collat. bon. l. prætoreos. 13. § fin. ff. de vacat. & excuſ. mun. l. fin. ff. de inoff. teſtamento. l. in diem. 9. ff. de aqu. pluu. arcend. c. mutare conſilium. & c. quod ſemel placuit. de* R. I. *in 6.* Docet † au- 2
tem, quod ſemel conceptam ſententiam, animum, voluntatem, mentem & placitum quis mutare non poſſit aut debeat in alterius incommodum & detrimentum: vel quod illud ipſum, quod ſemel nobis placuit, amplius diſplicere non debeat aut poſſit, maximè, ſi inde alteri iniqua conditio infertur, h. e. ſi alius inde incommodum ſentit & percipit. Etſi † enim concedendum eſt cuilibet, ut Chamæ- 3
leonte ſit mutabilior, & inconſtantior, aliudque ſtans, aliud verò ſedens velit, tamen id eatenus ferendum eſt, quatenus alteri non incommodat, quamuis etiam aliàs contra naturalem æquitatem eſſe videatur, mutare facilè animum, ut probatur *in l. 1. ff. de pact. & l. 1. ff. de conſtit. pec.* Vbi dicitur, quod nihil humanæ fidei tam conueniat, quam fidem ſemel præſtitam & datam ſeruare: Vt, verbi gratia, hæres † qui adiit hæreditatem ſeque adeundo ob- 4
ligauit non tantum creditoribus defuncti, ſed etiam legatariis, *§. hæres quoq; Inſtit. de obl. quæ ex q. cont. naſc.* non poteſt poſteà mutare ſuam ſententiam, & ſuum animum, & hæreditatem repudiare, ſiqui-

dem hoc vergeret ad iniuriam, damnum & detri-
mentum, tàm creditorum quam legatariorum, *l. ſi-*
5 *cut. 4. C. de repud. vel abſtin. hæredit.* Sic † ſi teſtator le-
gat alicui optionem quarundam rerum, non pote-
rit legatarius ſemel facta optione mutare ſuam vo-
luntatem, in hæredis iacturam & præiudicium, *l.*
6 *apud. ff. de optione Leg.* Eodem modo, ſi † iudex
ſemel reum in pœnam & quantitatem certam de-
finitiue condemnauit, amplius corrigere & muta-
re ſententiam nequit, ne victori ius ex ea ſententia
quæſitum auferatur, vel minuatur, *l. Iudex. cum ibi*
7 *notatis. ff. de re iudic.* Denique † ex hac Regula
concluditur, quod à contractu Jure & legitimè
facto, ſuſcepto & conſtituto, non poſſit una pars,
altera inuita, nolente & diſſentiente, recedere,
etiamſi ab Imp. impetrauerit reſcriptum, ut con-
tractus reſcindatur, *l. 3. C. de reſcindend. vendit. & l.*
8 *ſicut. C. de actionib. & obligationib.* Fallit † primum
in illis, in quibus de ſui natura non oritur ultro
citroque obligatio, ut in depoſito & precario, ſi-
quidem, deponens etiam depoſitario inuito &
nolente repetere poteſt depoſitum, *l. 1. § antepen. ff.*
depoſ. quod & in precario verum eſt, *l. 1. ff. de pre-*
cario. Quia hi non in aliorum iniuriam mutare
voluntatem & conſilium, ſed ſuo iure uti viden-
tur: Ideoque in hanc Regulam non peccant. II.
9 Fallit † in communione & ſocietate. Nam & in
illis licet voluntatem, animum & mentem mu-
tare, altera parte inuita. Ratio eſt, quia nemo
in communione inuitus detineri debet, *l. ult. C.*
communi diuid. cum communio pariat diſcordias
10 *l. cum pater. §. omnia. ff. de legat. 3.* III. Fallit † in
con-

Digitized by Google

contractibus innominatis. Nam & in his pœnitentiæ & mutationi locus eſt, neque ineſt implendi neceſſitas: Vt, ſi tibi dedero decem, ut facias aliquid, pœnitere & repetere, quod dedi, poſſum, *l. dedi. §. idem erit, & l. ſi pecuniam. §. 1. de condict. cauſa data.* Nulla enim æquitate tibi ſum obligatus, cum nihil à te mihi ſit præſtitum, cuius ratione æquum ſit, me tibi obligari. Iniuria ergo tibi nulla fit, nec damnum incurris vllum, præſertim, ſi res adhuc eſt integra: Secus, ſi non eſſet integra, *l. ſi pecuniam. ff. de condict. cauſa dato cauſa non ſec.*
IV. Fallit † ſi conſilium, mens & 11
voluntas mutari poteſt ſine detrimento & damno alterius, ut fit in mandato, re adhuc integra. Nam ſi non licet in alterius detrimentum mutare animum, vt hæc Regula noſtra docet. Ergo permiſſum eſt mutare mentem & animum, ſi de nullius hominis detrimento agitur, argumento ſumpto à contrario ſenſu, quod validum eſt in Jure, teſte Euerhardo *in top. in loco à contrario ſenſu.*

SVMMARIA.

In L. In totum omnia.

1 *Origo Legis huius & concordantia.*

2 *Omnes obligationes, actus & contractus, in quibus conſenſus omnium contrahentium requiritur, ex certa & vera ſcientia celebrari & perfici debent.*

3 *Etſi coacta voluntas voluntas dicitur, propriè tamen voluntas non eſt, nec dici poteſt.*

4 *Error vitiat actum, in quo conſenſus requiritur.*

Ibid. Non conſentiunt, qui errant.

5 *Qui ſcienter & volenter non contrahit vel agit, valide non obligatur.*

6 *Regula procedit primo, in vltimis voluntatibus.*

Ibid. *Qui de ſtatu ſuo dubitat, & errat, teſtamentum facere nequit.*

7 *Secundo, in aditione hæreditatis.*

8 *Tertio, in acquiſitione dominii.*

9 *Quarto, in matrimonio.*

10 *Quinto, in iudiciis.*

11 *Sexto, in donationibus cæteriſq; contractibus.*

12 *Fallit Regula primo, in indebito.*

Ibid. *Indebitum, per errorem ſolutum, obligat accipientem.*

13 *Secundo in pupillo, qui conditionem ſuam meliorem facere poteſt, ſine tutoris authoritate, licet conſenſum habere non videatur.*

14 *Tertio, in delictis.*

15 *Verum & proprium crimen dici nequit, quod non ex vera certaq; ſcientia proficiſcitur.*

16 *Illa adulterium commiſiſſe dici nequit, quæ cum alio, quem tamen maritum eſſe putauit, rem habuit.*

17 *Qui alium per errorem lædit, licet quodammodo obligetur, tamen ordinaria pœna non punitur.*

18 *Doctorum concertatio de his duobus poſterioribus caſibus.*

REGVLA LXXVI.

In totum omnia, quæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt.

1 DEſumpta † eſt hæc Regula ex lib. 24. quæſtion. Papin. Iuriſconſulti: & conueniunt cum ea *l. 1. C. ad l. Corn. de ſicar. l. in commodato. 17. §. ſicut. ff. commodati. l. non omnis. 19. ff. ſi cert. pet. l. nec ignorans. 10. C. de donationibus l. qui in teſtamento. 14. cum l.*
2 *ſeq. ff. de teſtamentis.* Docet † autem, quod omnes obligationes, actus & contractus, in quibus conſenſus

ſenſus contrahentium requiritur, (prout ferè omnes, ſi non principaliter, tamen minus principaliter) ex certa & vera ſcientia celebrari & perfici debeant, hoc eſt, ſponte, & ſine errore: Vel quod in omnibus actibus, in quibus mens, voluntas, propoſitum & conſenſus partium requiritur, voluntas debeat eſſe libera, non vi vel metu coacta, nec etiam erroribus agitata. Ratio I. eſt, quia, † etſi 3
coacta voluntas voluntas dicitur *in l. ſi cum exceptione. §. eum. ff. quod met. cauſa*, propriè tamen voluntas non eſt, nec dici poteſt. II. Quia Julianus ſcribit, quod † error vitiet actum, in quo conſenſus 4
requiritur, rationem addens hanc: Non enim conſentiunt, inquit, qui errant, & nihil tam contrarium eſt conſenſui, quam error, qui imperitiam detegit, *l. ſi per errorem. ff. de Iuriſd. omnis Iud.* Niſi † 5
igitur quis ſcienter & volenter, hoc eſt, certa ſcientia, propoſito, deliberatione & deſtinatione animi aliquid agat, vel faciat, maximè, quod illos actus attinet, qui requirunt conſenſum, certam ſcientiam, deliberationem, propoſitum & προαίρεσιν, valide non obligatur, nec eo modo, quo obligari ſolet, ſi liberam habuiſſet voluntatem, certã ſcientiam & notitiam, vel ex propoſito & deliberatione quid feciſſet, ut *hic* probatur, & *Supr. citatis. ll.* Procedit † Regula primum in vltimis volunta- 6
tibus. Nam, qui de ſtatu ſuo dubitat & errat, teſtamentum facere nequit, *l. qui in teſtamento. 14. ff. de teſtamentis.* Ratio eſt, quia, cum teſtamentum certa animi deſtinatione & ſine errore fieri & condi ſoleat, *l. 2. ff. de teſtamentis.* ſequitur, quod teſtari volens, ſuæ conditionis certus eſſe, & an ſibi permiſſa ſit teſtandi facultas, nec ne, omnino ſcire de-

7 beat, *l. 4. ff. de teſtam.* II. In aditione hæreditatis, † quę cum ab animi deſtinatione & voluntate depēdeat, bona conſequentia per hanc R. infertur, ex vera & certa ſcientia illam fieri debere, & ob id non modo pupilli, ſed & alii, qui nihil ſcire, nihil diſcernere, nihil vera & certa ſcientia gerere poſſunt, hæreditatem acquirere valent ſine tutorum conſenſu, vt p-
8 batur *in §. neq; tamen. Inſt. de auth. tut.* III. Procedit † in acquiſitione dōinii, Etſi n. traditione dominium transfertur, *§. per traditionem. Inſt. de rer. diuiſ.* tamen ſi erratur in re, vel corpore: vt, ſi quis fundum Cornelianum tradere vult, & tradit Sempronianum: nulla eſt obligatio, *l. ſi procurator. ff. de acq. rer. dom.* Illo n. errore qui conſenſui eſt contrarius, dominii transla-
9 tio impeditur. IV. Procedit † in matrimonio. Nam ſi quis putat, ſe ducere Añām, & ducit Catharinam, cum erret, nihil agit, nec obligatur, modo res ad-
10 huc ſit integra, *c. 2. extr. de coniug. ſeruor.* V. Procedit † in Judiciis. Nam ſi quis non ſuum Judicem imprudens adiit, non videtur forum prorogaſſe, quapropter nō valebit, quod apud Judicem incompetentem abſq; conſenſu actum eſt. *l. ſi per errorem. ff. de Iu-*
11 *riſd. omn. Iud.* VI. In † donationibus, cæteriſq; contractib⁹. Nam & in his errans conuentionem annihilat, adeo, vt nec velle, nec contrahere intelligatur,
12 tur, *l. in omnibus ff. de act. & obl.* Fallit † primo, in indebito, ſiquidem indebitum per errorem ſolutum obligat accipientem, *§. is quoq;. Inſt. quib. modis re contrah. obl. §. item is cui. Inſt. de obl. quæ ex q. contr.* Dec. *hic*
13 *num. 2.* II. Fallit † in pupillo, qui meliorem ſuam cōditionē facere poteſt, ſine tutoris authoritate, licet conſenſum habere non videatur, vt probatur *in pr. Inſt. de auth. tut. & in §. ex contrario. Inſt. quib. alien. licet*

vel

vel non. III. Fallit † in delictis, quia ex illis quis obli- 14
gatur, licet ex propoſito & volũtate commiſſa non
ſint: nõ tamen ad ordinariam, ſed extraordinariam
pœnam: quia delicta ex affectione & animi deſtina-
tione, item propoſito & nocendi animo, potius æſti-
manda ſunt, quàm ex euentu, *l. Diuus. ff. ad l. Corn. de
ſicar.* Unde † verum & proprium crimen dici ne- 15
quit, quod nõ ex vera certaq; ſcientia proficiſcitur:
vt: ſi infans, vel furioſus hominem interficit, verè
deliquiſſe non dicitur, ſicut nec ille, qui nocendi
animum non habuit, & ideo eo modo non obliga-
tur, nec punitur, ſicuti aliàs, ſi ex vero propoſito
& maleuolo animo delictum eſſet profectum: 16
Unde illa † adulterium committere dici nequit,
quæ cum alio, quem tamen maritum eſſe putauit,
rem habuit, *c. in lectum. 34. quæſt. 2.* Sic, qui † alium 17
lædit per imprudentiam & errorem, licet quodam-
modo obligetur, tamen ordinaria pœna non pu-
nitur: vt, ſi putator ex arbore ramum deiiciens
prætereuntem interficit, §. 1. *Inſtit. ad l. Aquil.* item,
ſi quis volens Titium percutere Sempronium in-
terficiat: vel, ſi in rixa quis putat, ſe ferire aduer-
ſarium, & ferit eum, qui pugnam dirimere cona-
tus eſt. Quamuis † de his duobus poſterioribus 18
caſibus magna ſit DD. concertatio. Quidam e-
nim volunt ordinaria pœna eſſe plectendum,
Schneidewin. *in §. iniuria. Inſtitut. ad l. Aquiliam,
num. 3. & 4.* quidam extraordinaria, Matth. We-
ſembec. *in paratit. ad l. Cornel. de ſicar. num. 23.*
Julius Clarus *in §. homici-
dium. num. 6.*

SVMMA-

SVMMARIA.

In L. Actus legitimi.

1 *Lex hæc vnde deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa conveniant.*

2 *Actus legitimi, qui ſui natura diem & conditionem non admittunt, fieri & celebrari non poſſunt ſub conditione vel in diem, ſed purè, adeo vt ſi ſub conditione fiant, vitientur & pro nullis habeantur.*

3 *Actus illi legitimi ſunt, actus à lege deſcendentes, in quibus expediendis certæ ſolennitates, à quibus recedere non licebat, adhibebantur.*

4 *Emancipatio, tanquam actus legitimus, ſub conditione fieri nequit.*

5 *Idem eſt in adoptione.*

6 *Idem in hæreditatis aditione.*

Ibid. Semel factus hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres.

7 *Idem in ſerui optione & electione.*

8. 9. 10 *Idem in datione tutoris obſeruatur, quæ fit à magiſtratu.*

11 *Procedit Regula in expreſſa conditione, die & tempore, ſecus in tacita.*

Ibid. Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

12 *Procedit in conditionibus, quæ in facto conſiſtunt, non autem quæ in iure.*

13 *Procedit; ſi conditio reſpicit ſubſtantiam actus: ſecus, ſi eius eſt natura, vt magis admonitionis vel executionis vim habeat.*

REGULA LXXVII.

Actus legitimi, qui non recipiunt diem vel conditionem, veluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, datio tutoris, in totum vitiantur per

per temporis vel conditionis adiectionem. Nonnunquam tamen actus ſupra ſcripti tacitè recipiunt, quæ apertè comprehenſa vitium afferunt, nam ſi acceptum feratur ei, qui ſub cõditione promittit: ita demum egiſſe aliquid acceptilando intelligitur, ſi obligationis conditio extiterit, quæ ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

DEſumpta † eſt hæc lex ex lib. 28. quæſtion. Papin. Iuriſconſulti, & conueniunt cum ea *l.8.ff.de tutel.& ratione diſtrah.l. Labeo.ff. de V. S. l. cum actum.ff.de neg.geſt.l.cum ſeruus.ff.de condit. & demonſt. c.actus legitimi.de R.I. in 6.* Docet † autem, quod actus legitimi qui ſui natura diem & conditionem non admittunt, fieri & celebrari non poſſint ſub conditione, vel in diem: ſed purè adeò, ut ſi ſub conditione fiant, vitientur & pro nullis habeantur. Sunt † autem actus illi legitimi, actus à lege deſcendentes, in quibus expediendis certæ ſolennitates & ſolennes formulæ, à quibus recedere non licebat, adhibebantur: ceu, ſunt Actiones. In iis enim olim utendum erat conceptis verbis, ſine quibus actio non valebat, *l.2. §. deinde. ff. de orig. Iur.* Manumiſſio, in qua etiã certa & ſolennia verba obſeruabantur, item certæ ſolennitates *l.manũiſſio. ff.de manumiſſ. vind.* Emancipatio, quæ ſine certis ſolennitatibus non fiebat, *§.præterea.Inſt.quibus modis Ius pat. poteſtat. ſol.* Adoptio, teſtib. *l.1.& l. adoptio. C.de adoption.* Serui optio, *l.1.& 2.ff.de optione leg.*

Datio

Digitized by Google

Datio tutoris, *l. muto. §. ſub conditione. ff. de tutel.* Item acceptilatio, §. *Item per acceptilationem. Inſt. quibus mod. tol. obligatio.* Hæreditatis aditio, *l. cretionum. C. de Iure delib.* Item Juriſceſſio, uſurpatio, & ſimiles, teſtibus Jacobo Ræuard. & Oldend. *hic.* Et de his actibus legitimis dicitur, quod ſub conditione, vel in diē, vel ſub certo tempore celebrari vel contrahi non poſſint, ſed purè, adeò, ut ſi ſub condi-
4 tione, vel ex certo tempore fiant, vitientur. Nam † Emancipatio, quæ eſt actus legitimus, ſub conditione fieri nequit, ſiquidem pater filium emancipaturus, & à ſua patria poteſtate liberaturus, non niſi purè, ſine vlla diei vel conditionis annexione, facere id poteſt. Ratio eſt, quia ſicut filium quis ad tempus habere non poteſt, ita nec ſub conditione emancipare & dimittere. *l. Iura ſanguinis. ſupr. hoc tit.*
5 *l. quæſitum. ff. de adopt.* Idem † eſt in adoptione. Nam ſi quis vult ſibi adoptare filium, purè id facere debet, quia ſub conditione, vel ad certum tempus filium habere nemo poteſt, *d. l. quæſitum. ff. de adopt.*
6 Addit † Juriſconſultus etiam hæreditatis aditionem, ſiquidem & illa per adiectionem diei, ſeu conditionis vitiatur, ut, ſi dico: Adibo hæreditatem, ſi ſoluendo eſt, nec mihi nociua futura, *l. qui duobus. ff. de acquir. hæred.* Ratio eſt, quia ſemel factus hæres non poteſt deſinere eſſe hæres, *l. ait præ-*
7 *tor. §. ſed quid. ff. de minorib.* Idem † eſt in ſerui optione & electione. Nam, ſi habens optionem ſibi legatam dicat: Eligo hanc veſtem, ſi nauis ex Aſia venerit: vitiatur optio, quia purè fieri debet, *l. 1. &*
8 *2. ff. de opt. legat.* Idem † in datione tutoris obſeruatur, quæ fit à magiſtratu. Nam magiſtratus non poteſt pupillis tutores dare ſub conditione, vel

Digitized by Google

vel in diem, & ſi ita datus eſt tutor, ipſo Jure nulla eſt datio, ut probatur in hac Regula noſtra, *& in l.muto. §.ſub conditione.ff.de tutel.* Purè igitur creari debet tutor, idque fauore pupillorum, quorum intereſt, ſtatim & confeſtim accipere tutores, ne, antequam dies vel conditio exiſtat, bona & facultates eorum pereant, *l.vlt. ff. vbi pupil. educ. deb.* Procedit † hæc regula in his enumeratis & paucis ſi- 9
milibus actibus. Nam illi tantum fieri non poſſunt ſub conditione vel die, cæteri verò qui legibus etiã approbantur, vt eſt emptio venditio, & ſimiles, purè & ſub conditione fieri poſſunt, Dec. *hic, num.* 3.
II. Procedit † in datione tutoris, quæ fit à magiſtra- 10
tu, non autem in teſtamentaria. Teſtator enim in teſtamento filiis ſuis tutores dare poteſt ſub conditione, & in diem, *§. ad certum tempus. Inſt. qui teſtamento tutor. dari poſ.* Ratio diuerſitatis eſt, quia hoc caſu magiſtratus interim tutores vel curatores dare poteſt: illo vero caſu nemo eſt, qui poſſit conditionem ſupplere. III. Procedit † in expreſſa 11
conditione, die & tempore: ſecus in tacita. Nam ſupra ſcripti actus, etſi ſub expreſſa conditione fieri non poſſunt, tamen ſub tacita poſſunt, ut teſtatur hæc Regula. Ratio eſt, quia expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, *l. expreſſa. infr.eod.* IV.
Procedit † in conditionibus, quæ in facto conſi- 12
ſtunt, non autem quæ in Jure, quia valet aditio hæreditatis, ſi quis dicit, Adeo hæreditatem, ſi de iure poſſum, Dec. *hic num.* 6. V. Procedit, † ſi con- 13
ditio reſpicit ſubſtantiam actus: Secus, ſi eius eſt natura, ut magis admonitionis vel executionis vim habeat, Dec. *hic. nu.* 6. *verſ. Secundo limitatur.*

SUMMA-

Summaria.

In L. Generaliter.

1 *Origo Legis & concordantia.*
2 *Malæ fideipoſſeſſor non tantum de fructibus perceptis, ſed & de percipiendis tenetur.*
3 *Exemplum huius rei.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Ille, qui ratione fraudis conuenitur, tenetur de fructibus percipiendis.*
6 *Regula procedit in malæ fidei poſſeſſore, non autem in bonæ fidei.*
7 *Fallit in malæ fidei poſſeſſore, qui habet titulum.*

Regvla LXXVIII.

Generaliter cum de fraude diſputatur, non quid habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuerit, conſiderandum eſt.

1 Eiusdem † Papin. Iurisconſulti eſt hæc Regula, deſumpta *ex lib. eius* 3. *quæſtionum*, & habet concordantes tex. *in l. ad ea. §. ſemper. & l. parem eſſe conditionem, hoc tit. l. ſi nauis. § fin. ff. de rei vendic. l. prætor ait. §. per hanc. ff. quæ in fraud. cred. l. ſemper. §. hoc interdicto.*
2 *ff. quod vi aut clam.* Docet † autem, quod, quando de dolo, fraude vel mala ſide poſſeſſoris diſputatur, ſeu mala fides poſſeſſoris arguitur, & actor rem à malæ fidei poſſeſſore unà cum fructibus repetit, non tantum quid actor ipſo iure habeat, id eſt, accepiſſet quotannis communiter, ſed etiam quid percipere ex ſingulari induſtria potuiſſet, ſi per aduerſarium rem poſſidere licuiſſet, conſideran-

randum ſit, hoc eſt, quod malæ fidei poſſeſſor non tantum de fructibus perceptis; ſed etiam percipiendis teneatur, vt tradunt DD. *in §. ſi quis a non Domino. Inſtit. de rer. diuiſ.* Ratio eſt, quia, ſi quis malæ fidei poſſeſſor eſt, & in mora verſatur, non perpenditur, quid ipſe poſſeſſor acceperit, ſed quid petitor percipere potuiſſet, ſi per aduerſarium ei poſſidere rem licuiſſet, *l. ſi nauis. §. generaliter. ff. de rei vend.* Ut, ſi † quis mala fide meum agrum, vineam, vel 3
hortum meum per triennium vel quadriennium poſſedit, & fructus atque vtilitatem inde percepit, ſi poſtea ago ad eius reſtitutionem, non tantum compellitur poſſidens agrum, hortum, vel vineam vnà cum fructibus, quos ipſe inde percepit, mihi reſtituere, ſed etiam eos, quos fortè ego tanquam diligentior paterfamilias capere potuiſſem, ſi non caruiſſem; *l. videamus. §. præterea Gallus. ff. de vſur. l. ſi nauis. §. generaliter ff. de rei vendic.* Et hoc eſt, quod hic dicitur: *Non videndum, quid actor habeat, ſed quid habere potuiſſet*, id eſt, quos fructus percipere potuiſſet, ſi ipſe poſſediſſet, & non aduerſarius. Sic, ſi † quis 4
mala fide occupauit rem creditoribus oppignoratam, tenetur creditoribus non tantum de perceptis fructibus, ſed etiam de percipiendis, id eſt, de iis, quos actor percepiſſet, ſi fraus prædicta non interueniſſet, *l. ait Prætor. §. per hanc. ff. quæ in fraud. cred.* Ille † enim, qui ratione fraudis conuenitur, tenetur 5
de fructibus percipiendis, hoc eſt, qui per actorem percipi potuiſſent, ſi rem poſſediſſet, nec attenditur, an malæ fidei poſſeſſor fructus perceperit, ſed quomodo petitor re frui potuerit, ſi ei poſſidere licuiſſet: & ſic in fructibus percipiendis contra moroſum & malæ fidei poſſeſſorem habetur reſpectus

ad perſonam petitoris, non autem ad perſonam rei conventi: Quia mora & negligentia ſua ſibi, & non alteri, debet eſſe nociua, *teſte Cagn. hic. nu. 4. c. mora.*
6 *de R. I. in 6.* Procedit † Regula in malæ fidei poſſeſſore, non autem in bonæ fidei, qui fructus ex re perceptos pro labore & cura ſua lucratur, vt probatur *in §. ſi quis à non Domino. Inſtit. de rer. diuiſ. & in l. bona fidei. ff. de acquir. rer. dom. & in l. fructus. ff. de uſur.* Fallit †
7 in malæ fidei poſſeſſore, qui habet titulum. Ille enim à percipiendis fructibus excuſatur propter titulum, ſecundum DD. *& gl. opinionem in l. ſi fundum. ſuper verbo*: percepiſſe. *C. de rei vend.* Mynſing. *in §. ſi quis à non Domino. in verbo*: ei vero, *nu.* 10. *Inſtit. de rerum diuiſ.* Dec. *hic num.* 6.

SVMMARIA.

In L. Fraudis interpretatio.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Vt dolus vel fraus commiſſa dicatur, quæ requirantur.*
3 *Exemplum.*
4 *Actio Pauliana vel Reuocatoria, qua reuocantur ea, quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, datur creditoribus defraudatis re & propoſito ſimul.*
5 *Creditores proponere & probare debent, debitorem habuiſſe animum fraudulentum.*
6 *Fallit, ſi præſumptiones vrgentes ſunt contra debitorem.*
7 *Fallit item in libertatis donatione fideicommiſſaria.*

REGVLA LXXIX.

Fraudis interpretatio ſemper in iure Ciuili, non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideretur.

Eiuſdem

Digitized by Google

EIusdem † Papin. eſt hæc lex, decerpta ex lib. 1
eius 32. quæſtion. & conueniunt cum ea *l. in fraudem. ff. qui & à quibus manum. l. 2. ff. ſi quis in fraud. pat. §. in fraudem. & §. præualuiſſe. Inſt. ex quibus cauſis manum. non lic.* Docet † autem, quæ requirantur, vt 2
dolus vel fraus commiſſa dicatur, nimirũ duo, I. Animus & voluntas defraudandi. II. Euentus rei, id eſt, defraudatio. Primum enim omnium conſtare debet & probari, debitorem doloſo animo feciſſe, quicquid fecit. Secundò, manifeſtum eſſe oportet in excuſſione bonorum ſuorum, tantum in bonis non ſupereſſe, vnde creditoribus ſatisfiat: uno n. horum deficiente, fraus & dolus non dicitur commiſſus. Non igitur ex ſolo euentu, quando nimirũ defraudatur creditor, debitoris fraus & dolus eſt præſumendus, quia ſæpe homines de facultatibus ſuis amplius ſperant, quàm in illis eſt, *§. præualuiſſe. Inſt. quib. man. non licet,* neq; etiã ex ſolo animo (Vanus enim eſt & irritus ſine viribus & effectu conatus) ſed ex animo & euentu coniunctim, teſte Juſtin. noſtro *in d. §. præualuiſſe*, vt, debitor † ſciens ſe 3
eſſe obæratum nec bona ſuffectura creditoribus, nihilominus alienauit ea, ſeruisq; libertatem donauit, quæritur, an fraudem commiſiſſe dicatur? & reſpondetur quod ſic. Primum enim habuit animũ defraudandi creditores, quia ſciuit ſua bona non ſuffectura creditoribus. Deinde illum ipſum animum fraudulentum ſecuta etiam eſt ipſa defraudatio, ſiquidem creditoribus ſatisfacere non potuit, ſed damno & iactura eos affecit, fraudem igitur commiſiſſe dicitur alienando bona ſua creditoribus oppignorata, ob quod etiã à creditoribus reuocari poſſunt, *l. ait prætor. §. Ita demum. ff. quæ*

Digitized by Google

4 *in fraud.cred.* Et † hinc rectè infertur, actionem Paulianam vel Reuocatoriam, qua reuocantur ea, quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, dari creditoribus defraudatis re & propoſito ſimul, id eſt, euentu & conſilio: Non autem his, qui re duntaxat, & non ex propoſito, vel data ad hoc opera defrau-
5 dantur, *l. ait prætor.* §. 1. *cum ſeq. ff. eod.* Et † ideo creditores proponere & probare debent, debitorem animum fraudulentum & doloſum habuiſſe, vt probat Dec. *hic.* Item Papienſ. *in forma lib. in actione reali. nu.* 53. Schneid. & Ang. *in* §. *ſi quis in frau-*
6 *dem. Inſt. quibus ex cauſis alien. non licet.* Fallit † tamen hoc primum, ſi præſumptiones vrgentes ſunt contra debitorem, veluti, ſi quis ſciens, ſe obæratum eſſe, bona ſua, vel maximam partem, alienauit, vel ita diſſipauit, vt haud facilè ſit ea reperire, vel ſtatim poſt alienationem aufugit: tunc enim præſumitur doloſus animus, etiamſi non probatur à creditoribus, teſte Mynſing. *in d* § *in fraudem. Inſt. qui-*
7 *bus ex cauſis manu. nu.* 2. 11. Fallit † in libertatis donatione fideicommiſſaria. In ea enim tantum exitus & euentus conſideratur, teſte Mynſ. *in d.* §. *in fraudem. nu.* 4. Alios caſus, in quibus euentus & exitus ſufficit, quia propter enormem læſionem animus fraudulentus præſumitur, videant ſtudioſi *hic in gl.*

SVMMARIA.

In L. In toto iure.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Leges generales per minus generales reſtringuntur.*
3 *Procedit Regula in præſumptionibus.*

4 *Item*

4 *Item in probationibus.*
5 *Item in legatis.*
6 *Item in contractibus.*
7 *Item in reſcriptis.*
8 *Fallit primò, in priuilegiis.*
9 *Secundo, ſi diuerſo reſpectu vni genus, & alteri ſpecies legatur.*
10 *Tertiò, ſi aliter conſtat de mente legislatoris.*
11 *Quartò: ſi vni & eidem ſpecies & genus legata ſunt.*

REGVLA LXXX.

In toto iure generi per ſpeciem derogatur: & illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt.

EIusdem † Pap. Iurisconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 33. quæſt. & habet concordantem tex. *in c. Generi derogatur per ſpeciem. de R. I. in 6.* Docet autem, quod genus per ſpeciem limitetur; vel, generi per ſpeciem derogetur. Latè autem patet hæc Regula, & per totum ferè Jus ſeſe extendit, vt ipſemet Jurisconſultus *hic* fatetur. Et † I. quidem locum habet in ll. Nam leges generales per minus generales reſtringuntur, & generalibus per ſpeciales derogatur, *l. ſanctio. ff. de pœnis.* Vt, lex generalis eſt: Non occides, quod ſi contra feceris, capite puniendus eris, *l. 3. §. pen. ff. ad l. Cor. de ſicar. l. pen. C. eod.* Huic legi generali multæ ſpeciales ll. derogant, ut eſt lex, quæ populatorem agrorum occidere permittit; quem noctu vagantem per agros quis inuenerit, *l. 1. C. quando liceat unicuiq; ſe ſine Iud. l. 2. 3. & 4. C. ad l. Cor. de ſicar.* derogat huic Legi generali, ſiquidem permittit latronem & aggreſſorem, qui itinera obſidet, & viatores interficit, necare. Sic

l. marito. ad. l. Iul. de adult. permittit adulteram interficere, *& l. itaq́. ff. ad l. Aquil.* permittit furem nocturnum, qui ſe telo defendit, interimere. Sic etiã *l. fin. C. quando liceat unicuiq́, ſe vind.* deſertorem militiæ interficere non prohibet, ſed concedit & permittit. Omnes itaque prædictæ ll. generali legi derogant, ſtatuentes, quod interficiens non teneatur lege Cornelia de ſicariis, ſed vel nullam ob id factum calumniam, vel pœnam metuere debeat, vel exiguam ſaltem, non autem ordinariam, contra
3 legem generalem. II. Procedit † in præſumptionibus. Etſi enim generaliter & regulariter quis bonus & iñocens præſumatur, *c. ult. extra. de præſumpt. l. fin. C. ad l. Iul. rep* tamẽ generalis illa præſumptio tollitur per præſumptiones ſpeciales, in contrarium vrgentes, ex ratione huius Regulæ noſtræ. Veluti, ſi quis noctu in loco inſidiis apto cum enſe cruento, vel armis deprehenditur, vel, ſi apud aliquem adulterini nummi, & inſtrumenta, quibus cuduntur, inueniuntur, tum licet quis ſemper habitus fuerit bonus, tamen illæ præſumptiones ſpeciales eum onerant & grauant, adeo quidem, vt etiam tortura contra eum decerni poſſit, *per l. non omnes. §.*
4 *à barbaris. ff. de re milit.* III. Procedit † in probationibus. Speciales enim probationes præualent generalibus, & teſtes deponentes in ſpecie præferuntur deponentibus in genere, *Panor. & Felin. in c.*
5 *auditis. extra. de præſcrip.* IV. Procedit † in legatis, vt, cum uni genus, alteri ſpecies eſt legata: veluti, ſi teſtator in genere Titio leget penum, qua legata ſine dubio comprehenduntur vinum, & cætera omnia, quæ ad eſum & potum pertinent: Caio autem ſpecialiter vinum relinquat, dicemus vinum

non

non ad Titium, ſed ad Caium pertinere, licet illi penus ſit legata, quia ſpecies derogat generi, ut *hic & in l. 2. ff. de tritico, frum. & ol. leg.* V. Procedit † in 6
contractibus, ut, ſi primum Titio omnia bona generaliter ſint obligata, poſtea verò nominatim Caio, & in ſpecie fundus Tuſculanus, non poterit Titius primus creditor, qui generalem hypothecam habet, Caio ſecundo creditori ſpeciale pignus auferre: dummodo Titius ex aliis bonis debitoris vniuerſum debitum exigere vel percipere poſſit, *l. licet.* ubi Bart. *num.* 2. C. *qui potiores in pign. hab.* VI. Procedit † in reſcriptis. Quicquid enim per 7
principem ſpecialiter & nominatim eſt reſcriptum & mandatum, potius habetur, quã quod in genere, *c. 1. extra. de reſcr. & c. ſtuduiſti. extr. de off. deleg.* Fallit † I. in priuilegiis. Secundum n. priuilegiũ ſpeciale non 8
derogat primo generali, vel etiam ſpeciali, teſte Dec. *hic nu.* 20. *Cag.* 16. II. Fallit, † ſi diuerſo reſpectu uni genus, & alteri ſpecies legatur, vt, quia vni 9
legatur genus, reſpectu uſus, alteri ſpecies, reſpectu proprietatis. Tunc enim ſpecies non tollit genus, Dec. *hic nu.* 15. *Cagnol. nu.* 13. III. Fallit, † ſi aliter conſtat de mente legislatoris, veluti, ſi voluiſ- 10
ſet, ne ſpeciale deroget generali, Cag. *hic num* 9. IV. Fallit, † ſi vni & eidem ſpecies & genus legata ſunt: quia tunc in dubio ſpecies non derogat generi, ſed 11
videtur expreſſa tollendæ dubitationis gratia, *l. quæſitum. §. item ſi fundum. ff. de functo instructo.* Cag. *hic nu.* 15. Plures fallentias vide apud Dec. *hic.*

SUMMARIA.

In L. Quæ dubitationis.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Ea, quæ maioris ſecuritatis, cautionis, declarationis, vel tollendæ dubitationis gratia contractibus inſeruntur, non lædunt ius commune, nec vitiant actus vel contractus.*
Ibid. Abundans cautela non nocet.
3 *Exemplum.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Exemplum tertium.*
6 *Quæ extrinſecus, & nihil ad actum pertinentia adiiciuntur ſtipulationi, pro ſuperuacaneis habentur, nec vitiant ſtipulationem.*
7 *Regula non ſolum procedit in contractibus, ſed etiam in ultimis voluntatibus.*
8 *Item in iudiciis.*
9 *Fallit primò, ſi inſolitæ & exquiſitæ clauſulæ adiiciuntur, quæ dolum & fraudem facile præſumi faciunt.*
10 *Secundo, ſi illud, quod dubitationis tollendæ cauſa additur, eſt vitioſum.*
11 *Tertiò, in nimia verborum multiplicatione, quæ facile fraudi patrocinari videtur.*

REGVLA LXXXI.

Quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt.

1 DEſumpta † eſt hæc lex ex *lib. 3. reſponſorum Pap.* & conueniunt cum ea *l. qui mutuam. ff. mandati l. non ſolent. infr. hoc tit. l. teſtamentum. C. de teſtamentis. l. Iulianus. ff. de V. O. l. quæſitum. §. ſi quis fundum. ff. de*
2 *fundo inſtructo leg.* Docet † autem quod ea, quæ maioris

joris ſecuritatis, cautionis, declarationis vel tollendæ dubitationis gratia contractibus, vel vltimis voluntalibus inſeruntur, non lædant Jus commune, nec vitient contractus & actus, licet abundare videantur, & non neceſſaria iudicentur. Ratio I, eſt, quia iſtæ ſuperuacaneæ clauſulæ habent officium declarandi contractus, quod Jure communi probatur. II. Quia Ulp. ait *in l, teſtamentum. C. de teſtam.* quod ea, quæ ſuperabundant, ſcripturas non vitient; idem probatur *in l. non ſolent. Infr. eod.* & notum eſt tritum illud: Abundans cautela non nocet, *l. teſtamentum. C. eod.* Veluti, ſi † in cõtractu emptionis & venditionis exprimitur, venditorem euictionem præſtare debere, ſuperabundans cautela eſt: 3
Etſi enim euictionis nulla ſit mentio, tamen venditor ad euictionem tenetur, cum naturaliter emptionis contractui inſit, vt obligatus pro euictione maneat venditor; Illa tamen cautio ſuperflua non vitiat contractum, nec lædit Jus commune, vt oſtendunt exempla DD. *in l. non dubitatur. C. de euict. & in l. ex empto. ff de act. empt. & vend.* Sic † Proculus ſcribit, in eodem venditionis contractu ſolere hæc 4
verba exprimi: *Dolus malus à venditore abſit*: quæ etſi non adiicerentur, tamen abeſſe debet, cum emptio & venditio ſit bonæ fidei contractus, §. *actionum. Inſtit. de act. l. ſi cum. 68. ff. de contrah. empt.* Eodem † 5
modo ſuperuacuum eſt, ſi in pignoris contractu comprehenſum reperitur, vt ſoluta pecunia creditori, res pignori obligata debitori reddatur, quia ipſo Jure res ita ſe habet, imò ex natura illius contractus creditor cogitur, recepta pecunia, pignoris poſſeſſionem debitori reſtituere, quamuis de eo nominatum nihil ſit dictum vel actum, *l. ſi rem. l. debitor.*

Digitized by Google

bitor. §. fin. ff. de pig. act. Nec tamen propter eiuſmodi ſuperuacaneam & ſuperabundantē, vel minus neceſſariam cautelam iuris communis conditio vel conſtitutio mutatur. Quæ enim tollendæ dubitationis & maioris declarationis cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt, ut teſtatur *hac Regula.* Et Paulus Juriſconſultus ait: Non mutat ſubſtantiam rerum non neceſſaria verborum multiplicatio, *l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro &*
6 *arg. leg.* Imò † quod magis eſt, quæ extrinſecus & nihil ad actum pertinentia adiiciuntur ſtipulationi pro ſuperuacaneis habentur, nec vitiant ſtipulationem: vt, ſi dico, ſpondes mihi dare 100? Et tu reſpondens: Arma virumque cano, ſpondeo,
7 *l. quæ extrinſecus. ff de V. O.* Procedit † Regula non tantum in contractibus , ut modo oſtenſum eſt exemplis, ſed etiam in vltimis voluntatibus. Nam nec vltimæ voluntates adiectione ſuperfluorum infirmantur , cum neceſſaria tantùm prætermiſſa, vt contractibus, ita teſtatoris voluntati officere ſoleant, non abundans cautela , *d. l. teſtamenti. C. de teſtamentis.* & ibi Bald. qui inquit. *Non curandum eſt, quomodo loquatur teſtator, dummodo de mente eius appa-*
8 *reat.* Procedit † & in judiciis. Quia nunquam nocet, ordinem Judiciorum ſeruare , & quando o-
9 mitti poteſt, Cagn. *hic nu.* 3. Fallit † I. ſi inſolitæ & exquiſitæ clauſulæ adiiciuntur , quæ dolum & & fraudem facilè præſumi faciunt. Eiusmodi enim clauſulæ nonnunquam vitiant contractus & ſcripturas. Dec. *hic num. 3.* Bald. *in l. teſtamentū. C. de teſtamentis.*
10 *mentis.* II. Fallit, † ſi illud, quod dubitationis tollendæ cauſa additur, eſt vitioſum , id eſt, contra naturam actus & contractus, Dec *hic nu. 5. Cagn. 6. 8.*

III. Fal-

Digitized by Google

III. Fallit † in nimia verborum multiplicatione, 11
quæ facilè fraudi patrocinari videtur. Ad quam fraudis ſuſpicionem amouendam danda eſt opera, ne cautela & verborum ſuperfluitas modum excedat.

SVMMARIA.
In L. Donari videtur.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Quomodò propriè donatio fiat.*
3 *Exemplum.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Ex ſola liberalitate conſtat donatio, adeo, vt donator non poſſit cogi vlla actione, vel etiam per exceptionem retentionis ad eiuſdem rei, quam dat, ſolutionem.*
6 *Hinc donationes propter nuptias, item donationes ob cauſam, item donationes reciproca & remuneratoria, donationes propriæ non ſunt, ſed debiti ſolutio.*
7 *Fallit Regula primò in eo, quod ciuiliter tantum debetur, ſiquidem illud efficaciter peti non poteſt, imò cum ſoluitur, repeti poteſt.*
8 *Secundò in eo, quod naturaliter tantum debetur.*
9 *Sed hoc poſtremum à Cagnolo reiicitur.*

REGULA LXXXII.

Donari videtur, quod nullo Jure cogente conceditur.

Eiuſdem † Papiniani Juriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 9. Reſponſorum, & habet concordantes tex. *in l. donari. ff. de donat. in l. 2. ff. eod. in l. vnius. §. dona. de V. S. in l. nec ignorans. C. de don.* 1

Docet

2 Docet † autem, quid propriè loquendo ſit donatio, ſeu, quomodo propriè donatio fiat, nimirum cum ex mera animi benignitate & liberalitate, nulla neceſſitate cogente aliquid donando vel remittendo conceditur, *l. ſi quis. ff. de nouat. l. ſi donationis. C. de donat.* Cum quo conuenit & illud Iuliani *in l. 1. §.*
3 *1. ff. de donat. & in l. munus. 214. ff. de V. S.* Vt, Titius, † metuens mortem inſtantem, dat mihi fundum ſuũ Tuſculanum ea lege, ut, ſi quid humanitus ei contigiſſet, ego haberem. Sin autem ſuperuixiſſet, ipſe Titius repeteret. Donatio eſt & dicitur, quia Titius nullo iure, nulla neceſſitate cogente mihi donauit. Nulla enim actione ad fundum Tuſculanum donandum à me cogi potuit, ſed quicquid fecit, ex mera gratia, &, ut liberalitatem exerceret, fecit, ut probatur *in prin. Inſt. de donat. & in l. 1. ff.*
4 *de donatione mort. cauſa.* Sic † ſi tibi nullo iure obligatus, nulla obligatione obſtrictus, ſed ex mera liberalitate, gratia, & amicitia dono poculum, donatio propriè eſt & dicitur, quia donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, *l. donari. ff. de*
5 *donat.* Apparet † igitur ex his, ſola liberalitate conſtare donationem, adeò, vt donator non poſſit cogi ulla actione vel etiam per exceptionem retentionis ad eiusdem rei, quam dat, ſolutionem, *l. nec ignorans. C. de donat. l. in ædibus. ff. de donat.* Ob quod id, quod iure aliquo cogente & urgente datur, donatio propriè non dicitur, ſed potius debiti ſolutio, veluti, ſi quis naturaliter obligatus ſoluit. Is enim donare non dicitur, *l. hoc iure. §. ſi quis ſeruo. ff. de donat.* quia cum præſtat id, quod debet, certè nihil
6 donat. Sic † donationes propter nuptias, *de quibus in §. eſt & aliud. Inſt. de donat.* dicitur, item donationes

iones ob cauſam, *d.l.hoc Iure.§.Labeo ait. & §.ſed & a.ff.de donat.* item donationes reciprocæ & remuneratiæ, donationes propriè non ſunt, ſed debiti ſolutio, *l.ſed etſi.§.conſuluit.ff. de petit. hæred.* Dec. *hic nu.2.Cag.3.* Fallit † primò in eo, quod ciuiliter tantum debetur, ſiquidem illud efficaciter peti nō poteſt, imò cum ſoluitur, repeti poteſt, Dec. *hic n.1.* 7
II. Vult † Dec. *hic num.2.verſ. & ſecundum prædicta,* quod fallat etiam in eo, quod naturaliter tantum debetur. Verum † eius opinionem reiicit *Cag. hic num.1.&3.* 8 9

(*Nullo iure*) Siue ſit ius naturale, vel ciuile tantum, vel ciuile & naturale ſimul,

---

SVMMARIA.

In L. Non videtur rem amittere.

1 *Lex hac vnde deſumpta ſit, & quænam alia cum illa conueniant.*
2 *Nemo dicitur amittere id, quod ſuum non eſt.*
3 *Id amitti non poteſt, quod acquiſitum non eſt.*
4 *Non entis nulla ſunt qualitates, nulla accidentia.*
5 *Priuatio præſupponit habitum.*
6 *Exemplum primum.*
7 *Exemplum ſecundum.*
8 *Exemplum tertium.*
9 *Regula hæc procedit etiam in vltimis voluntatibus.*
10 *Furioſus & prodigus teſtamenti factionem non habent.*
11 *Habitus præcedere debet priuationem.*
12 *Regula procedit proprie loquendo; ſecus, ſi impropria & largo modo dicitur quis amittere id, cuius dominus non fuit, & quod nunquam habuit vel etiam conſequi potuit.*

REGV.

4 *in fraud. cred.* Et † hinc rectè infertur, actionem Paulianam vel Reuocatoriam, qua reuocantur ea, quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, dari creditoribus defraudatis re & propoſito ſimul, id eſt, euentu & conſilio: Non autem his, qui re duntaxat, & non ex propoſito, vel data ad hoc opera defrau-
5 dantur, *l. ait prætor.* §. 1. *cum ſeq. ff. eod.* Et † ideo creditores proponere & probare debent, debitorem animum fraudulentum & doloſum habuiſſe, vt probat Dec. *hic.* Item Papienſ. *in forma lib. in actione reali. nu.* 53. Schneid. & Ang. *in* §. *ſi quis in frau-*
6 *dem. Inſt, quibus ex cauſis alien. non licet.* Fallit † tamen hoc primum, ſi præſumptiones vrgentes ſunt contra debitorem, veluti, ſi quis ſciens, ſe obæratum eſſe, bona ſua, vel maximam partem, alienauit, vel ita diſſipauit, vt haud facilè ſit ea reperire, vel ſtatim poſt alienationem aufugit: tunc enim præſumitur doloſus animus, etiamſi non probatur à creditoribus, teſte Mynſing. *in d.* § *in fraudem. Inſt. qui-*
7 *bus ex cauſis manu. nu.* 2. 11. Fallit † in libertatis donatione fideicommiſſaria. In ea enim tantum exitus & euentus conſideratur, teſte Mynſ. *in d.* §. *in fraudem. nu.* 4. Alios caſus, in quibus euentus & exitus ſufficit, quia propter enormem læſionem animus fraudulentus præſumitur, videant ſtudioſi *hic in gl.*

SVMMARIA.

In L. In toto iure.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Leges generales per minus generales reſtringuntur.*
3 *Procedit Regula in præſumptionibus.*

4 *Item*

4 *Item in probationibus.*
5 *Item in legatis.*
6 *Item in contractibus.*
7 *Item in reſcriptis.*
8 *Fallit primò, in priuilegiis.*
9 *Secundo, ſi diuerſo reſpectu vni genus, & alteri ſpecies legatur.*
10 *Tertiò, ſi aliter conſtat de mente legislatoris.*
11 *Quartò: ſi vni & eidem ſpecies & genus legata ſunt.*

Regula LXXX.

In toto iure generi per ſpeciem derogatur: & illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt.

EIusdem † Pap. Iurisconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 33. quæſt. & habet concordantem tex. *in c. Generi derogatur per ſpeciem. de* R. I. *in* 6. Docet autem, quod genus per ſpeciem limitetur; vel, generi per ſpeciem derogetur. Latè autem patet hæc Regula, & per totum ferè Jus ſeſe extendit, vt ipſemet Jurisconſultus *hic* fatetur. Et † I. quidem locum habet in ll. Nam leges generales per minus generales reſtringuntur, & generalibus per ſpeciales derogatur, *l. ſanctio. ff. de pœnis.* Vt, lex generalis eſt: Non occides, quod ſi contra feceris, capite puniendus eris, *l. 3. §. pen. ff. ad l. Cor. de ſicar. l. pen.* C. *eod.* Huic legi generali multæ ſpeciales ll. derogant, ut eſt lex, quæ populatorem agrorum occidere permittit, quem noctu vagantem per agros quis inuenerit, *l. 1. C. quando liceat unicuiq; ſe ſine Iud. l. 2. 3. & 4. C. ad l. Cor. de ſicar.* derogat huic Legi generali, ſiquidem permittit latronem & aggreſſorem, qui itinera obſidet, & viatores interficit, necare. Sic

1 (margin, line 1 of paragraph); 2 (margin, at "Et † I. qui-")

l. marito. ad. l. Iul. de adult. permittit adulteram interficere, *& l. itaq;. ff. ad l. Aquil.* permittit furem nocturnum, qui ſe telo defendit, interimere. Sic etiã *l. fin. C. quando liceat unicuiq; ſe vind.* deſertorem militiæ interficere non prohibet, ſed concedit & permittit. Omnes itaque prædictæ ll. generali legi derogant, ſtatuentes, quod interficiens non teneatur lege Cornelia de ſicariis, ſed vel nullam ob id factum calumniam, vel pœnam metuere debeat, vel exiguam ſaltem, non autem ordinariam, contra
3 legem generalem. II. Procedit † in præſumptionibus. Etſi enim generaliter & regulariter quis bonus & iñocens præſumatur, *c. ult. extra. de præſumpt. l. fin. C. ad l. Iul. rep.* tamẽ generalis illa præſumptio tollitur per præſumptiones ſpeciales, in contrarium vrgentes, ex ratione huius Regulæ noſtræ. Veluti, ſi quis noctu in loco inſidiis apto cum enſe cruento, vel armis deprehenditur, vel, ſi apud aliquem adulterini nummi, & inſtrumenta, quibus cuduntur, inueniuntur, tum licet quis ſemper habitus fuerit bonus, tamen illæ præſumptiones ſpeciales eum onerant & grauant, adeo quidem, vt etiam tortura contra eum decerni poſſit, *per l. non omnes. §.*
4 *à barbaris. ff. de re milit.* III. Procedit † in probationibus. Speciales enim probationes præualent generalibus, & teſtes deponentes in ſpecie præferuntur deponentibus in genere, *Panor. & Felin. in c.*
5 *auditus. extra. de præſcrip.* IV. Procedit † in legatis, vt, cum uni genus, alteri ſpecies eſt legata: veluti, ſi teſtator in genere Titio leget penum, qua legata ſine dubio comprehenduntur vinum, & cætera omnia, quæ ad eſum & potum pertinent: Caio autem ſpecialiter vinum relinquat, dicemus vinum

non

Digitized by Google

non ad Titium, ſed ad Caium pertinere, licet illi penus ſit legata, quia ſpecies derogat generi, ut *hic & in l. 2. ff. de tritico, frum. & ol. leg.* V. Procedit † in 6
contractibus, ut, ſi primum Titio omnia bona generaliter ſint obligata, poſtea verò nominatim Caio, & in ſpecie fundus Tuſculanus, non poterit Titius primus creditor, qui generalem hypothecam habet, Caio ſecundo creditori ſpeciale pignus auferre: dummodo Titius ex aliis bonis debitoris vniuerſum debitum exigere vel percipere poſſit, *l. licet.* ubi Bart. *num. 2. C. qui potiores in pign. hab.* VI. Procedit † in reſcriptis. Quicquid enim per 7
principem ſpecialiter & nominatim eſt reſcriptum & mandatum, potius habetur, quã quod in genere, *c. 1. extra. de reſcr. & c. ſtuduiſti. extr. de off. deleg.* Fallit † I. in priuilegiis. Secundum n. priuilegiũ ſpeciale non 8
derogat primo generali, vel etiam ſpeciali, teſte Dec. *hic nu.* 20. *Cag.* 16. II. Fallit, † ſi diuerſo reſpectu uni genus, & alteri ſpecies legatur, vt, quia vni 9
legatur genus, reſpectu uſus, alteri ſpecies, reſpectu proprietatis. Tunc enim ſpecies non tollit genus, Dec. *hic nu.* 15. *Cagnol. nu.* 13. III. Fallit, † ſi aliter conſtat de mente legislatoris, veluti, ſi voluiſ- 10
ſet, ne ſpeciale deroget generali, Cag. *hic num* 9. IV. Fallit, † ſi vni & eidem ſpecies & genus legata ſunt: quia tunc in dubio ſpecies non derogat generi, ſed 11
videtur expreſſa tollendæ dubitationis gratia, *l. quæſitum. §. item ſi fundum. ff. de functo inſtructo.* Cag. *hic nu.* 15. Plures fallentias vide apud Dec. *hic.*

SUMMARIA.
In L. Quæ dubitationis.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Ea, quæ maioris ſecuritatis, cautionis, declarationis, vel tollendæ dubitationis gratia contractibus inſeruntur, non lædunt ius commune, nec vitiant actus vel contractus.*
Ibid. Abundans cautela non nocet.
3 *Exemplum.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Exemplum tertium.*
6 *Quæ extrinſecus, & nihil ad actum pertinentia adiiciuntur ſtipulationi, pro ſuperuacaneis habentur, nec vitiant ſtipulationem.*
7 *Regula non ſolum procedit in contractibus, ſed etiam in ultimis voluntatibus.*
8 *Item in iudiciis.*
9 *Fallit primò, ſi inſolitæ & exquiſitæ clauſulæ adiiciuntur, quæ dolum & fraudem facile præſumi faciunt.*
10 *Secundo, ſi illud, quod dubitationis tollendæ cauſa additur, eſt vitioſum.*
11 *Tertiò, in nimia verborum multiplicatione, quæ facile fraudi patrocinari videtur.*

REGVLA LXXXI.

Quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt.

1 DEſumpta † eſt hæc lex ex *lib. 3. reſponſorum Pap.* & conueniunt cum ea *l. qui mutuam. ff. mandati l. non ſolent. infr. hoc tit. l. teſtamentum. C. de teſtamentis. l. Iulianus. ff. de V. O. l. quæſitum. §. ſi quis fundum. ff. de*
2 *fundo inſtructo leg.* Docet † autem quod ea, quæ maioris

joris ſecuritatis, cautionis, declarationis vel tollendæ dubitationis gratia contractibus, vel vltimis voluntalibus inſeruntur, non lædant Jus commune, nec vitient contractus & actus, licet abundare videantur, & non neceſſaria iudicentur. Ratio I. eſt, quia iſtæ ſuperuacaneæ clauſulæ habent officium declarandi contractus, quod Jure communi probatur. II. Quia Ulp. ait *in l. teſtamentum. C. de teſtam.* quod ea, quæ ſuperabundant, ſcripturas non vitient; idem probatur *in l. non ſolent. Infr. eod.* & notum eſt tritum illud: Abundans cautela non nocet, *l. teſtamentum. C. eod.* Veluti, ſi † in cōtractu emptionis & venditionis exprimitur, venditorem euictionem præſtare debere, ſuperabundans cautela eſt: 3
Etſi enim euictionis nulla ſit mentio, tamen venditor ad euictionem tenetur, cum naturaliter emptionis contractui inſit, vt obligatus pro euictione maneat venditor; Illa tamen cautio ſuperflua non vitiat contractum, nec lædit Jus commune, vt oſtendunt exempla DD. *in l. non dubitatur. C. de euict. & in l. ex empto. ff de act. empt. & vend.* Sic † Proculus ſcribit, in eodem venditionis contractu ſolere hæc 4
verba exprimi: *Dolus malus à venditore abſit*: quæ etſi non adiicerentur, tamen abeſſe debet, cum emptio & venditio ſit bonæ fidei contractus, §. *actionum. Inſtit. de act. l. ſi cum. 68. ff. de contrah. empt.* Eodem † 5
modo ſuperuacuum eſt, ſi in pignoris contractu comprehenſum reperitur, vt ſoluta pecunia creditori, res pignori obligata debitori reddatur, quia ipſo Jure res ita ſe habet, imò ex natura illius contractus creditor cogitur, recepta pecunia, pignoris poſſeſſionem debitori reſtituere, quamuis de eo nominatim nihil ſit dictum vel actum, *l. ſi rem. l. de-*

Digitized by Google

bitor. §. fin. ff. de pig. act. Nec tamen propter eiuſmodi ſuperuacaneam & ſuperabundantē, vel minus neceſſariam cautelam iuris communis conditio vel conſtitutio mutatur. Quæ enim tollendæ dubitationis & maioris declarationis cauſa contractibus inſeruntur, ius commune non lædunt, ut teſtatur *hac Regula*. Et Paulus Juriſconſultus ait: Non mutat ſubſtantiam rerum non neceſſaria verborum multiplicatio, *l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro &*
6 *arg. leg.* Imò † quod magis eſt, quæ extrinſecus & nihil ad actum pertinentia adiiciuntur ſtipulationi pro ſuperuacaneis habentur, nec vitiant ſtipulationem: vt, ſi dico, ſpondes mihi dare 100? Et tu reſpondens: Arma virumque cano, ſpondeo,
7 *l. quæ extrinſecus. ff. de V.O.* Procedit † Regula non tantum in contractibus, ut modo oſtenſum eſt exemplis, ſed etiam in vltimis voluntatibus. Nam nec vltimæ voluntates adiectione ſuperfluorum infirmantur, cum neceſſaria tantùm prætermiſſa, vt contractibus, ita teſtatoris voluntati officere ſoleant, non abundans cautela, *d. l. teſtamenti. C. de teſtamentis.* & ibi Bald. qui inquit. *Non curandum eſt, quomodo loquatur teſtator, dummodo de mente eius appa-*
8 *reat.* Procedit † & in judiciis. Quia nunquam nocet, ordinem Judiciorum ſeruare, & quando o-
9 mitti poteſt, Cagn. *hic nu.* 3. Fallit † I. ſi inſolitæ & exquiſitæ clauſulæ adiiciuntur, quæ dolum & & fraudem facilè præſumi faciunt. Eiuſmodi enim clauſulæ nonnunquam vitiant contractus & ſcripturas. Dec. *hic num. 3.* Bald. *in l. teſtamentū. C. de teſta-*
10 *mentis.* II. Fallit, † ſi illud, quod dubitationis tollendæ cauſa additur, eſt vitioſum, id eſt, contra naturam actus & contractus, Dec *hic nu. 5. Cagn. 6. 8.*
III. Fal-

III. Fallit † in nimia verborum multiplicatione, quæ facilè fraudi patrocinari videtur. Ad quam fraudis ſuſpicionem amouendam danda eſt opera, ne cautela & verborum ſuperfluitas modum excedat. 15

SVMMARIA.

In L. Donari videtur.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Quomodò propriè donatio fiat.*
3 *Exemplum.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Ex ſola liberalitate conſtat donatio, adeo, vt donator non poſſit cogi vlla actione, vel etiam per exceptionem retentionis ad eiuſdem rei, quam dat, ſolutionem.*
6 *Hinc donationes propter nuptias, item donationes ob cauſam, item donationes reciproca & remuneratoria, donationes propriæ non ſunt, ſed debiti ſolutio.*
7 *Fallit Regula primò in eo, quod ciuiliter tantum debetur, ſiquidem illud efficaciter peti non poteſt, imò cum ſoluitur, repeti poteſt.*
8 *Secundò in eo, quod naturaliter tantum debetur.*
9 *Sed hoc poſtremum à Cagnolo reiicitur.*

REGULA LXXXII.

Donari videtur, quod nullo Jure cogente conceditur.

Eiuſdem † Papiniani Juriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 9. Reſponſorum, & habet concordantes tex. *in l. donari. ff. de donat. in l. 2. ff. eod. in l. vnius. §. dona. de V. S. in l. nec ignorans. C. de don.* 1

Docet

2 Docet † autem, quid propriè loquendo ſit donatio, ſeu, quomodo propriè donatio fiat, nimirum cum ex mera animi benignitate & liberalitate, nulla neceſſitate cogente aliquid donando vel remittendo conceditur, *l. ſi quis. ff. de nouat. l. ſi donationis. C. de donat.* Cum quo conuenit & illud Juliani *in l. 1. §.*
3 *1. ff. de donat. & in l. munus. 214. ff. de V. S.* Vt, Titius, † metuens mortem inſtantem, dat mihi fundum ſuũ Tuſculanum ea lege, ut, ſi quid humanitus ei contigiſſet, ego haberem. Sin autem ſuperuixiſſet, ipſe Titius repeteret. Donatio eſt & dicitur, quia Titius nullo iure, nulla neceſſitate cogente mihi donauit. Nulla enim actione ad fundum Tuſculanum donandum à me cogi potuit, ſed quicquid fecit, ex mera gratia, &, ut liberalitatem exerceret, fecit, ut probatur *in prin. Inſt. de donat. & in l. 1. ff.*
4 *de donatione mort. cauſa.* Sic † ſi tibi nullo iure obligatus, nulla obligatione obſtrictus, ſed ex mera liberalitate, gratia, & amicitia dono poculum, donatio propriè eſt & dicitur, quia donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, *l. donari. ff. de*
5 *donat.* Apparet † igitur ex his, ſola liberalitate conſtare donationem, adeò, vt donator non poſſit cogi ulla actione vel etiam per exceptionem retentionis ad eiusdem rei, quam dat, ſolutionem, *l. nec ignorans. C. de donat. l. in ædibus. ff. de donat.* Ob quod id, quod iure aliquo cogente & urgente datur, donatio propriè non dicitur, ſed potius debiti ſolutio, veluti, ſi quis naturaliter obligatus ſoluit. Is enim donare non dicitur, *l. hoc Iure. §. ſi quis ſeruo. ff. de donat.* quia cum præſtat id, quod debet, certè nihil donat. Sic † donationes propter nuptias, *de qui-*
6 *bus in §. eſt & aliud. Inſt. de donat.* dicitur, item dona-

tiones

Digitized by Google

tiones ob cauſam, *d.l.hoc Iure.*§.*Labeo ait.* & §.*ſed & ha.ff.de donat.* item donationes reciprocæ & remuneratiæ, donationes propriè non ſunt, ſed debiti ſolutio, *l.ſed etſi.* §.*conſuluit.ff.de petit. hæred.* Dec. *hic nu.* 2.*Cag.*3. Fallit † primò in eo, quod ciuiliter 7
tantum debetur, ſiquidem illud efficaciter peti nõ poteſt, imò cum ſoluitur, repeti poteſt, Dec. *hic n.*1.
11. Vult † Dec. *hic num.* 2. *verſ.* & *ſecundum prædicta,* 8
quod fallat etiam in eo, quod naturaliter tantum debetur. Verum † eius opinionem reiicit *Cag.hic* 9
*num.*1. & 3.

(*Nullo iure*) Siue ſit ius naturale, vel ciuile tantum, vel ciuile & naturale ſimul.

SVMMARIA.

In L. Non videtur rem amittere.

1 *Lex hac vnde deſumpta ſit, & quanam alia cum illa conueniant.*
2 *Nemo dicitur amittere id, quod ſuum non eſt.*
3 *Id amitti non poteſt, quod acquiſitum non eſt.*
4 *Non entis nulla ſunt qualitates, nulla accidentia.*
5 *Priuatio præſupponit habitum.*
6 *Exemplum primum.*
7 *Exemplum ſecundum.*
8 *Exemplum tertium.*
9 *Regula hac procedit etiam in ultimis voluntatibus.*
10 *Furioſus & prodigus teſtamenti factionem non habent.*
11 *Habitus præcedere debet priuationem.*
12 *Regula procedit proprie loquendo; ſecus, ſi improprie & largo modo dicitur quis amittere id, cuius dominus non fuit, & quod nunquam habuit vel etiam conſequi potuit.*

REGV.

Regvla LXXXIII.

Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit.

1 Eiusdem † Pap. eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 2. definit. & habet concordantes tex. *in l. non poteſt.* 208. *infr. hoc tit. in l. Titio. ff. de condit. & demonſt. in l. 1. §. 1. ff. quibus modis uſusf. amit. in l. manumiſ-*
2 *ſiones. ff. de Iuſt. & Iu. in l. decem. de V. O.* Docet † autem breuiter, quod nemo dicatur amittere id, quod ſuũ non eſt, vel, quod nemo dicatur rem amittere, quã non habuit, vel cuius Dominus non fuit. Ratio
3 eſt, quia id † amitti non poteſt, quod acquiſitum non fuit, nec deſiiſſe illud dicitur, quod nondum
4 incepit. Non entis † enim nullæ ſunt qualitates,
5 nulla accidentia, & priuatio † ſemper præſupponit habitum. Et quod quis habere non poteſt, re-
6 pudiare nequit. Quare † cum dicitur, quod uſusfructus morte uſufructuarii extinguatur, §. *fin. Inſt. de uſufr.* intelligendum id eſt de uſufructu conſtituto & poſſeſſo. *l. 1. §. 1. ff. quibus modis uſuſr. amitt.* nõ autem de eo, qui quidem legatus eſt alicui; ſed antequam legatarius eum ab hærede perciperet, legatarius deceſſit. Ille ſiquidem uſumfructum quidem legatum, ſed nondum adeptum atq; poſſeſſum amittere non potuit, cum nondum eum habuerit, *l. Sempronius. 26. ff. de uſufr. legato. l. Titio.* 95. *ff.*
7 *de condit. & demonſt.* Simili † modo non poteſt ille amittere rem, cuius poſſeſſionem neque corpore neque animo adeptus eſt, ſed tantum fuit in ſpe adipiſcendi, quia ſua non fuit, nec ſua dici potuit ea

Digitized by Google

ea res, cuius poſſeſſio vel proprietas nunquam ad eum peruenit, *l.* 1. §. *eũ qui neq; animo. ff. de vi & vi arm.* Sic, † ſi hæredi res ablatæ ſunt, quæ apud defunctũ fuerunt depoſitæ, defuncto commodatæ, precario datæ vel oppignoratæ, non dicitur eas amiſiſſe, quia eius propriæ non fuerunt. Procedit † hæc 9
8
Reg. etiam in vltimis voluntatibus. Nam pupillus, filiusfamilias, furioſus, prodigus ſine teſtamento decedentes non dicuntur inteſtati decedere: licet aliàs regulariter inteſtatus decedere dicatur is, qui ſine teſtamento moritur, §. 1. *Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. def.* Ratio eſt, quia † factionem teſtamenti non 10
habet. *l. quâ ætate. ff. de teſtamentis.* §. *præterea. Inſt. quibus non eſt permiſ. facere teſtamentum.* Ut igitur illis priuatio tribuatur, neceſſe eſt eis prius tribui habitum, id eſt, facultatem & licentiam teſtandi. Sed habitus eis tribui nequit, vt modo probatum eſt, ergo nec priuatio: quia habitus † præcedere debet 11
priuationem. Procedit † Regula propriè loquen- 12
do: ſecus ſi impropriè & largo modo dicitur quis perdere & amittere id, cuius Dominus non fuit, & quod nunquam habuit, vel conſequi etiam potuit, *teſte* Dec. *hic nu.* 5. Cag. 3.

SUMMARIA.

In L. Cum amplius.

1 *Origo & conuenientia Legis.*

2 *Quoties amplius ſolutum, quàm debetur, nec commode eius, quod ſolutum, diuiſio fieri poteſt, vt pars indebita repetatur, toties totum illud, quod ſolutum eſt, vt indebitum repeti poteſt, priſtina obligatione illæſa manente*

3 *Indebitum ſoluitur, quando id ſoluitur per errorem, quod omninò non, vel nullo iure debetur.*

4 *Ratio,*

rem ſoluo: vtrum totum illud, quod ſolutum eſt, an vero pars illa indebitè ſoluta, hoc eſt, quinque ſaltem repetantur, quæritur? & reſpondetur per diſtinctionem hoc modo: Si pars illa, quę ſupra debitum ſoluta eſt, commodè ſeparari & diuidi poteſt à debito, per conditionem indebiti repetitur, ita vt altera pars, debita ſcilicet, maneat penes creditorem, obligationem tollat, & debitorem liberet; Ut, ſi Titius 10. duntaxat debens, 15. per errorem ſoluit, putans eam quantitatem ſe debere. Hoc in caſu quoniam apparet, quid repeti debeat, nempe 5. aurei plus debito ſoluti, qui commodè à reliquis 10. diuidi & ſeparari poſſunt, non immerito dicimus non vniuerſum, quod ſolutum eſt, nempe 15. ſed tantum 5. indebitè ſolutos aureos repeti poſſe & debere, cæteros 10. inſeruire ſolutioni, tollere obligationem, & debitorem liberare. Idem ſentiendum eſt & in reliquis, quæ pondere, numero & menſura conſtant, in quibus commoda fieri poteſt ſeparatio & diuiſio debiti ab indebito; *l. ſi non ſortem. §. idem Marcellus. ff. de condict. indeb.* Si autem non reperitur portio, quæ repeti debeat aut poſſit, vt hoc in textu ponitur, id eſt, ſi commodè debitum ab indebito diuidi non poteſt, nec ſatis apparet, quæ pars indebitè ſoluta ſit, tunc fauore ſoluentis nō modo ſuperfluum, ſeu, quod amplius ſolutum eſt, ſed & vniuerſum, repetitur per condictionem indebiti, & ſic quicquid ſolutum eſt, id omne indebitum eſſe cenſetur: veluti, Debeo tibi 100. verum cum caream pecunia, in ſolutum tibi do fundum 200. aureorum, exiſtimans me tibi 200 debere. Hoc in caſu 100. indebitè ſunt ſoluti, & quidem vltra debitum: quæritur quid faciendum?

Et ſanè, quia non apparet, quæ pars fundi indebitè ſoluta ſit, & quæ commodè repeti poſſit, totius fundi repetitio competit, manente priore obligatione incorrupta, *l. ſi non ſortem. §. ſi centum debens. ff. de condict. indeb.* quod & Iuriſconſultus in hac Regula innuit, cum ait: *cuius pars non inuenitur quæ repeti poßit*, id eſt, ſi non appareat, quæ pars repeti poſſit, totum eſſe indebitum intelligitur, priore obliga-
4 tione manente. Ratio autem eſt, cur † integrum repetatur, quia, ſi non repeteretur, neceſſe eſſet, dantem vel accipientem inuitũ compelli ad communionem contra iura manifeſta, quæ negant, contra voluntatem aliquem ad communionem eſſe cogendum, *l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condict. indeb.* vel nolentem & inuitum in ea detinendum eſſe, *l. ult. C. communi diuid.* Cum communio diſcordias & rixas pariat, *l. cum pater. §. omnia. ff. de legat. 3.*
5 Et † hoc non tantum verum eſt in rebus corporalibus, ſed & etiam in incorporalibus, quæ in iure conſiſtunt: vt ſunt ſeruitutes, & alia Iura. Nam ſi quis iter debens viam ſoluat & concedat, quæ iter & actum in ſe continet, & ſic plus debito ſoluat, totum indebitè ſoluiſſe intelligitur, & perinde vniuerſum repetere per condictionem indebiti poteſt, priſtina de itinere obligatione ſalua nihilominus manente. Et id propterea, quia indiuiduæ ſunt ſeruitutes, quod etiam in præſtatione aliarum rerum indiuiduarum locum habet & obtinet.
6 Procedit † Reg. ſi per errorem indebitum ſolutum eſt; ſecus, ſi ſciens quis indebitum ſoluit, quia tum donaſſe creditur, nec repetit, *l. cuius per erro-*
7 *rem. ſupra, hoc tit.* II. Procedit, † ſi erratum eſt in ſumma debiti principalis: Secus, ſi erratum

fuit

ſuit in æſtimatione rei datæ in ſolutum, Dec. *hic num.* 3.

SUMMARIA.

In §. Is natura debet.

1 *§. huius conuenientia.*
2 *Is dicitur naturalis debitor, vel naturaliter obligatus, qui iure gentium obligatus eſt, & dicitur.*
3 *Ius gentium & ius naturale non rarò in iure pro uno & eodem ponuntur.*
4 *Naturalis vel Iuris gentium obligatio duo habet principalia Capita. I. eſt conſenſus. II. Naturalis æquitas in genere.*
5 *Proceditq; tribus modis. I. Ex eo capite naturalis æquitatis, quod vult maioribus eſſe obtemperandum.*
6 *Secundò ex alio capite naturalis æquitatis, quod monet, neminem debere locupletari cum alterius damno.*
7 *Tertiò, ex capite æquitatis naturalis, quod delicta punienda eſſe ſtatuit.*

§. Is natura debet.

Is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem ſecuti ſumus.

Secunda pars regulæ, cum † qua conueniunt *l. Iulianus.ff.de cond.indeb.§.ſingulorum.Inſt.de rer.diuiſ.c. ius naturale.diſt.*1.*l.*1.*ff.de conſt.pec.l.*1.*ff.de pact.* docet, 1
† quod is dicatur naturalis debitor, vel naturaliter 2
obligatus, qui Jure gentium obligatus eſt & dicitur. Sic n. inquit hic Paulus: *Is natura debet*: quaſi diceret: Is naturalis debitor eſt, vel naturaliter ad præſtandum aliquid obligatur, quem Jure gentiũ dare oportet, i. qui iure gentium obligatus eſt & dare cogitur. Et ſic pro vno & eodem ponit ius gentiũ, & naturale, licet videantur eſſe diuerſæ ſpecies, vt *in tit.Inſt.de iure* N. G. & C. docetur. Verum † ſcien- 3
dum eſt, quod non raro in iure pro uno & eodem

 ponan-

ponantur, ut *in d. §. ſingulorum Inſt. de rerum diuiſ. l. 1. ff. de conſtit. pecun. l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. l. Stichum aut Pamphilum §. naturalis obligatio. ff. de ſolut.* maximè ſi accipiuntur pro ratione honeſtatis, quæ ſimul cũ humano genere prodita eſt, & ab ipſo Deo omnibus hominibus inſita, vt promiſſa ſeruare, benefacienti ſe gratum exhibere, & ſimilia. Et ſic naturalis obligatio, iuris gentium obligatio, & e contra iuris gentium obligatio, naturalis obligatio rectè dicitur. Et eſt nihil aliud quam eiuſmodi obligatio, quæ ex conſenſu, vel alia naturali æquitate oritur, teſte Bart. *in l. Iulianus. verſ. Item dubitatur. ff.*
4 *de cond. indeb.* Et † ſic duo habet capita principalia naturalis vel Juris gentium obligatio, ex quibus naſcitur. Primum eſt conſenſus. Veluti, ſi quis aliquid promittit, in aliquid conſentit ſpontè & liberè. Etſi enim de iis ſcripta lex non eſt, tamen ratio ſuadet, pacta & conuentiones ſeruare; Cum nihil fidei humanæ tam congruum ſit, quam ea, quæ ſemel placuerũt, cuſtodire, *l. 1. ff. de pact.* Et ſic ex quocunque conſenſu vel pacto oritur naturalis obligatio, & per conſequens naturalis debitor. II. Eſt naturalis æquitas in genere: quotiescunque nimirum naturalis æquitas ſuadet quẽ obligari, etiamſi
5 expreſsè non conſentit, idque † tribus modis. Primò ex eo capite naturalis æquitatis, quod vult maioribus eſſe obtemperandum, vt Reus ex ſententia condemnatoria obligatur naturaliter, proptere a, quod magiſtratui eſt obtemperandum, *l. 3. de Iuſt. & iur.* licet non conſenſerit in ſententiam illã, & iudicium in inuitum redditum ſit, *l. inter ſtipulan-*
6 *tem. §. ſi Stichum. ff. de V. O.* II. Ex alio † capite naturalis æquitatis, quod monet, neminem debere locu-

ple-

Digitized by Google

pletari cum alterius incommodo, *l. iure naturæ. infr. hoc tit. c. locupletari, de* R. I. *in* 6. Quo pertinent negotiorum geſtio, & alii quaſi contractus, in quibus ii, quorum negotia geruntur, non tam ex conſenſu, quam propter naturalem æquitatem, quæ non patitur, quem locupletari cum alterius incommodo, naturaliter obligantur, & natura debitores efficiũtur. III. Ex † capite æquitatis naturalis, quod deli- 7
cta punienda eſſe ſtatuit. Nam delinquens naturaliter obligatur ad pœnam, non quidem ex conſenſu, quia nunquam conſentit in pœnam, ſed ex naturali æquitate, quæ ſuadet, delicta eſſe punienda. Et ſic omnes, qui vel ex conſenſu, vel pacto, vel aliàs ex naturali æquitate obligantur, Iure naturali vel gentium debitores ſunt, vt probatur *in hac Reg. noſtra.* Id quod verum eſt de Iure gentium primæuo, vt DD. vocant, quod à naturali nihil differt, ſecus de iure gentium ſecundario, Dec *hic num.* 4. Cagnol. *num.* 5.

SVMMARIA.

In L. In ambiguis, & eiusdem annexos §§.

1 *Origo & concordantia Legis.*
2 *In dubio iudicandum & pronunciandum eſt pro dote.*
3 *Expedit Reipublicæ, dotatas eſſe mulieres, ne diſſoluto matrimonio, & bonis mariti ad agnatos peruenientibus vxor egena & inops marito ſit dedecori.*
4 *Procedit Regula, tam in dote conſtituenda quàm repetenda.*
5 *Item in obſcuris & dubiis.*
6 *Item in aliis cauſis fauorabilibus, quæ doti æquiparantur.*

In §. Non eſt nouum.

1 *Concordantia §. huius cum aliis legibus.*
2 *Semel utiliter facta, & legitimè conſtituta, durant, nec diſſoluuntur, licet ſuperueniat caſus, à quo inchoari nõ potuiſſent.*

3 *Exemplum de teſtamento.*

4 *Exemplum de prodigo.*

5 *Exemplum de matrimonio.*

6 *Fallit primò, quando actus non fuit perfectus & conſummatus.*

7 *Secundò, quando res deuenit ad talem caſum, quod cauſa finalis deficeret.*

In §. Quoties æquitatem.

1 *Concordantia §. huius.*

2 *Quoties naturalis ratio ſuadet, vt rem iuſtis decretis temperemus, vel definiamus, recedendum eſt à iuris cómunis regulis.*

3 *Certi iuris eſt, tria onera tutelæ non affectata præſtare vacationem à quarta ſuſcipienda.*

4 *Exemplum.*

5 *Regula procedit, quando naturalis ratio, aut dubitatio iuris ſuadet, vt à communis iuris regulis recedatur.*

Regvla LXXXV.

In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt.

Non eſt nouum, vt quæ ſemel vtiliter cóſtituta ſunt, durent: licet ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt.

Quoties æquitaté deſiderii naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iuſtis decretis temperanda res eſt.

1 EIuſdem † Pauli Iuriſconſulti eſt hæc lex, deſumpta ex lib. eius 6. quæſt. habetq; tres partes, cum quarum prima conueniunt *l. in ambiguis. ff. de Iure dot. l. Caius. ff. ſol. matr. l. ſi ego. §. ſi res. ff. de Iure. dot. l.* 2 *fin. C. ad Senatusconſultum Velleianum.* Docet † autem, quod in dubio iudicandum & pronunciandum ſit

pro

pro dote, hoc eſt, quod in ambiguis pro dote reſpondendum ſit, non ut pereat, ſed vt conſeruetur; Vel, quod in ambiguis magis fauere debeamus dotibus, quam aliis rebus. Nam ſi talis offertur quæſtio, vt meritò dubitetur, utrum pro dote an verò contra dotem pronunciandum ſit? docet Regula, quòd potius pro dote, quàm contra doté iudicare debeamus. Ratio prima eſt, quia † expedit Reipublicæ, dotatas eſſe mulieres, ne diſſoluto matrimonio & bonis mariti ad agnatos peruenietibus, uxor egena & inops marito ſit dedecori, *l. 1. ff. ſol. mat. Auth. præterea. 1. C. vnde vir & vx.* aut parum honeſtè ſe gerat adducta inopia. II. Eſt, propter obſequium, quod maritis præſtare, & partus pericula, quæ ſuſtinere coguntur, *l. aſſiduis. §. hoc C. qui potior. in pign.* III. Eſt, vt marito in ſuſtinendis oneribus matrimonii eo facilius conſtitutione dotis ſuccurratur, *l. quamuis. 78. ff. de Iure dot.* Vt, ſi duo inſtrumenta eodem die confecta & exarata proferuntur, in quorum primo res in dotem, in altero verò eadem in pignus data ſcribitur, & dubitatio oritur: Vtrum dotis inſtrumentum prius ſit confectum, an verò pignoris? dicendum eſt, quod id, quod dotis cauſa ſcriptum eſt, præferendum ſit inſtrumento pignoris: Non ſolùm, quia mulier in pignore potior habetur, *l. aſſiduis. C. qui potior. in pig.* ſed & fauore dotis, *gl. in l. ſi ex plurib. §. fin. ff. de ſolut.* Procedit † Reg. tam in dote conſtituẽdá, quàm re- 4
petenda. In conſtituenda: v.t, ſi pater penes ſe habet bona materna filiæ ſuæ, ad quã ea bona iure ſucceſſionis & proprietatis pertinet, habet etiam propria ſua bona pater; ſi poſtea nuptui filiã elocet alteri, & promittat ei dare 100. pro dote, nec ſatis appa-

 ret,

ret, an de propriis bonis pater, an vero de bonis filiæ ſenſerit? pronunciamus in dubiis & ambiguis, quod pater potius ex ſua liberalitate & ſubſtantia promiſerit dotem, quàm ex bonis filiæ maternis, *l.vlt.C.de dot.promiſſ.* In repetenda dote: vt, ſi duo teſtamenta eodem die confecta reperta eſſent, quorum alterum doceret, maritum eſſe obligatum fiſco, atque eo nomine omnia ſua bona fiſco oppignoraſſe: alterum vero haberet obligationem pro dote. In hoc caſu, quia dubium eſt, an pro fiſco ſit pronunciandum, an vero pro dote? docet nos Regula, quod pro dote potius, quàm pro fiſco iudicare
5 debeamus. II. Procedit † Regula in dubiis & obſcuris: Non autem, quando conſtat expreſsè, quid
6 faciendum ſit. III. Procedit † etiam in aliis cauſis fauorabilibus, quæ doti æquiparantur, de quibus vide Dec. *hic num. 1. verſ. & quod dicitur de dote.*

§. Non eſt nouum.

1 Secunda pars huius Reg. cum † qua conueniunt *c.factum legitimè.de R.I.in 6. l.quod ab initio.ſupr.hoc tit.*
2 *l.1. §.caſuum.ff.de poſtul.* docet, quod † ſemel vtiliter facta & legitimè conſtituta durent, nec diſſoluantur, licet ſuperueniat caſus, à quo inchoari non potuiſſent: vel, quod actus ſeu contractus Iure factus non vitietur, licet ſuperueniat caſus, à quo initium habere non poſſit. Et conuenit hæc pars *cum Regula* 29. ſuprà tradita. Nam ſicut ea, quæ ab initio non valent, tractu temporis conualeſcere non poſſunt, *c. non firmatur. extr. eod. in 6.* ita & quæ ab initio valent & firma ſunt, ſemelque ritè & legitimè facta & conſtituta, infirmari non poſſunt per ſuperuenientem caſum, qui initium quidem vitiare potuiſſet,

vt,

Digitized by Google

vt, teſtamentum, quod † legitimè & vtiliter factum 3
eſt ab eo, qui eſt ſanæ mentis, & teſtamenti factionem habet, non vitiatur per ſuperuenientem furorem: licet furor talis ſit caſus, à quo initium teſtamentum capere non poſſit, *§. prætereà. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. facere teſtam.* Sic, prodigus † ſi contrahit, 4
priuſquam ei bonis interdicitur, validè contrahit, & obligatur ex illis contractibus, licet poſtea ſequatur interdictio bonorum. Illa enim non vitiat actus & contractus anteà firmiter factos & celebratos, licet ab eo initium capere non poſſunt; *d. §. prætereà. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. facere teſtam. & l. is cui. ff. de V. O.* Sic, matrimonium † ab integræ ſanæque 5
mentis hominibus legitimè contractum non diſſoluitur per alterius coniugis ſuperuenientem furorem, quamuis ab initio furor matrimonium impedire potuiſſet, *l. oratione. ff. de ritu nupt. & l. furor. ff. de ſponſal.* In quibus autem fallat hæc pars, docet Decius *hic*, & Dynus *in c. factum legitimè, de R. I. in 6.* nimirum, I. Quando † actus non fuit perfectus & 6
conſummatus, Dec. *hic num. 2.* Cag. *num. 2.* II. Quando † res deuenit ad talem caſum, quod cauſa fina- 7
lis deficeret, Dec. *hic. num. 3.* Dyn. *in d. c. num. 10.* vbi plæraque ſoluit argumenta, quæ huic parti opponi poſſunt.

§. Quoties æquitas.

Tertia pars Regulæ, cum † qua conueniunt *l. in-* 1
terdum. ff. de V. O. l. nihil peti. infr. hoc tit. l. qui cum hæreditate. ff. de act. & obligat. l. 2. ff. de except. rei iud. docet, quod, † quoties naturalis ratio ſuadet, vt rem iuſtis 2
decretis temperemus, vel definiam⁹, recedendum ſit à Juris communis regulis, h. e. quod interdum

iuſta de cauſa a regulis Juris communis recedere licet: vel, quod interdum ex iuſta cauſa à ſtricto Jure ſit recedendum propter æquitatem: ſeu, quod toties iuſtis decretis rem & controuerſiam explicare & decernere debeamus, quoties alicuius æquum deſiderium, naturalis aliqua ratio, vel dubitatio
3 Juris impedit & retardat: Ut, certi † Juris eſt, tria onera tutelæ non affectatæ præſtare vacationem a quarta ſuſcipienda, *l. 2. 3. 4. & 5. ff. de excuſat. tutor. §. tria onera tutelæ. Inſtit. eod.* Ab hac tamen Juris diſpoſitione interdum recedere ac iuſtis decretis rem temperare oportet & neceſſe eſt, quoties nimirum æquitatem deſiderat naturalis ratio, aut dubitatio Juris moratur & impedit. Ut, ſi Titius habens tres tutelas petit ſe excuſari a quarta, videbitur quidem æquum id, quod poſtulat, & deſiderium ipſius æquitate ſuſtentari: verùm, quia conſtat, dictas tres tutelas propediem finiri, naturalis ratio deſiderium Titii tutoris dati impediet, preces & poſtulationem eius retardabit, ac proinde Prætor ſuo decreto rem ita moderabitur, vt excuſationem Titii non admittat, ſed ad quartæ tutelæ onus eum quoque ſubeundum cogat, *l. non tantum. ff. de excuſ. tutor.* Sic etiam dubitatio Juris deſiderium moratur: Veluti,
4 ſi † Titius a ſecunda vel tertia tutela delata excuſari ſe deſiderat, propterea, quod earum admodum difficilis & perplexa ſit ratio & adminiſtratio. In hoc caſu videtur quidem Titius aliquid contra & præter Jus poſtulare, cum non a ſecunda vel tertia tutela, ſed a quarta ſaltem quis ſe excuſare poſſit, *l. tria onera. 3. & l. tria onera. 5. ff. de excuſ. tutor. §. item tria onera. Inſtit. eod.* Verum cum deſiderium Titii videatur æquum ex eo, quia ſæpè vna tutela perplexa,

Digitized by Google

plexa, difficilis, diffuſa & negocioſa loco trium tutelarum cenſeri poteſt. Iuſtis igitur decretis res eſt temperanda, ſicut & Paulus eam temperat, cum Titium excuſandum pronunciat, *l. ſi is. 31. §. fin. ff. de excuſ. tutor.* Procedit † Regula, quando naturalis 5 ratio, aut dubitatio Juris ſuadet, vt a communis Juris regulis recedatur: alias non, teſte Dec. *hic num. 1. & 3.* vbi dicit, quod propter metum periculorum & ſcandalorum magiſtratui recedere liceat a Legibus.

Svmmaria.
In L. Non ſolet. & In L. Nemo enim.

1 *Origo ll. & conuenientia.*
2 *Effectus litis cõteſtationis primus eſt, quod per eam litigantium cauſa non fit deterior, ſed melior.*
3 *Secundus eſt, quod per eam actio tàm perſonalis quàm realis perpetuatur.*
4 *Tertius, quod actiones pœnales poſt eam etiam hæredes obligent.*
5 *Quartus, quod Iuriſdictio incompetentis Iudicis per illam perpetuatur.*
6 *Quintus, quod interrumpit præſcriptionem.*
7 *Sextus, quod procurator fiat dominus litis.*
8 *Septimus, quod per eam poſſunt produci teſtes.*
9 *Octauus, quod per eam poſſeſſor, à quo res petitur, efficiatur malæ fidei poſſeſſor.*
10 *Regula procedit potiſſimum in actoribus.*
11 *Si plus petiit actor, ſiue cauſa, ſiue tempore, vel re, vel loco, poſt litis conteſtationem impunè pœnitere nequit.*
12 *Exemplum.*
13 *Quid ſit litis conteſtatio.*

REGV-

REGULA LXXXVI. & LXXXVII.

Non ſolet deterior conditio fieri eorum, qui litem conteſtati ſunt, quàm ſi non eſſent, ſed plerunque melior.

Nemo enim in perſequendo deteriorem cauſam ſed meliorem facit. Denique poſt litem conteſtatam hæredi quoque proſpiceretur, & hæres tenetur ex omnibus cauſis.

1 DEſumptæ † ſunt hæ ll. ex lib. 7. & 13. quæſt. Pauli Iuriſconſulti, & habent concordantes tex. *in l. pœnalia iudicia. in l. omnes actiones. in l. pupillum infr. hoc tit. & in l. alium. ff. de nouat. in l. ſi pluribus. §. fin. ff. de leg.* 1. *l. ſi. Titius. & l. ſi Inſulam. ff. de V. O.* Propo-
2 nunt † autem nobis effectus litis conteſtationis, quorum primus eſt, quod per litis conteſtationem litigantium cauſa non fiat deterior, ſed melior, vt probat Paulus *hic.* Ratio eſt, quia litis conteſtatione domini litis conſtituuntur, actor & reus, *l. 1. C. de ſentent. & interloc.* ob quod etiam fructuum, qui ex re litigioſa poſt litem conteſtatam proueniunt, domini efficiuntur, cum eorum ante litem conteſtatam nulla ratio haberi ſoleat, *l. videamus.* 38. §.
3 *ſi actionem. ff. de uſur.* II. Effectus † eſt, quod per litis conteſtationem actio tam perſonalis, quàm realis, quæ certo quodam tempore extinguitur, putà ſpatio unius vel 5. annorum, fiat perpetua & transmittatur ad hæredes, quæ aliàs de ſui natura non tranſiret, vt probatur *hic, in l. nemo enim: in verbis:* Deniq; poſt

Digitized by Google

poſt litem conteſtatam hæredi quoq; proſpicitur, vt, ecce actio iniuriarum, quæ Regulariter hæredi non datur, *§. non autem omnes. Inſt. de perpet. & temp. action.* per litis conteſtationem talis efficitur, ut etiã hæredi competat, *l. Iniuriarum. 13. ff. de Iniur.* III. Effectus † eſt, quod actiones pœnales, quæ in hæredes delinquentium regulariter non dantur, *l. ſicuti pœnæ. ſupra hoc tit. & l. pupillum. §. in hæredem. inf. eod. & §. non autem omnes. Inſt. de perpet. & temp. act.* poſt litis conteſtationem cum delinquente factam, etiã hæredes obligent, *l. pœnalia Iudicia. infr. hoc tit. ibi.* Pœnalia iudicia ſemel accepta (nimirum per litis conteſtationem) in hæredes transmitti poſſunt. Et *in l. omnis. ff. de act. & obl.* & hic probatur *in l. nemo. in verbis. & hæres tenetur ex omnibus cauſis.* IV. Perpetuatur † Jurisdictio incompetentis iudicis per litis conteſtationem, *l. vbi cœptum eſt. ff. de Iudic.* Si enim quis coram incompetente Judice accuſatus litem conteſtatur, is non poteſt poſtea exceptionem declinatoriam obiicere, & ab incompetente iudice recedere, quia per litis conteſtationem in incompetentem Judicem conſenſiſſe videtur, *l. exceptionem. C. de probat.* V. Eſt, † quod interrumpat præſcriptionem, *l. mora. C. de rei vindic. l. nec bona.* 10. *C. de præſcript. longi temp.* VI. Efficitur † procurator dominus, lite conteſtata, *l. poſt litem. ff. de procurat.* VII. Per litis † conteſtationem actor poteſt producere teſtes, inſtrumenta & probationes, *c. quoniam. extr. ut lite non conteſt.* VIII. Per litis † conteſtationẽ poſſeſſor, à quo res petitur, efficitur malæ fidei poſſeſſor, & ob id omnes fructus perceptos & percipiendos actori reſtituere cogitur, *l. certum eſt. C. de rei vend.* Procedit † autem potiſſimum Reg. in actoribus.

4 5 6 7 8 9 10

Digitized by Google

ctoribus. His n. patrocinari videtur litis conteſtatio, non reis, quibus propterea tot exceptionũ ſubterfugia, tot iudiciorum latebræ conceduntur, vt lite inconſultò conteſtata cauſam deteriorem, grauioremq; ſuſtinere cogantur, id eſt, quamuis interdum per litis conteſtationem actoris ius reddatur deterius, ob quod etiam Juriſconſultus hic non temerè & fruſtra collocauit vocem, *Plerumq;*, quo indicaret, non ſemper, ſed etiam interdum, & vt plurimum fieri meliorem conditionem actoris per litis conteſtationem, quod poſt litem conteſtatam amplius mutare, corrigere, vel emendare nequit libellum, etiamſi ſit adiecta clauſula: Saluo iure addendi, vel minuendi, *l. edita* C. *de edendo*. Dec. *hic. n.* 2.

11 II. Si † plus petiit actor ſiue cauſa, ſiue tempore, vel re, vel loco, poſt litis conteſtationem pœnitere ne-

12 quit impunè, *l. 1. C. de plus pet.* III. Si † quis tibi promitteret ſub pœna 100. floren. quod intra tres annos pecuniam debitam exigere non velit. Is autem non expectato triennio ſimpliciter petit, non incurrit in pœnam: Secus, ſi litem conteſtetur, *l. amplius non peti. ff. rem. rat. hab.* Et hæc de effectibus litis

13 conteſtationis dicta ſufficiant. Quid † autem ſit litis conteſtatio, nimirum nihil aliud, quam cum actor proponit ſuam actionem, & reus, ſiue affirmatiuè ſiue negatiuè reſpondet, ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo, *l. 1. in fine. C. de lit. conteſt.* Item quotuplex ſit, affirmatiua ſcilicet & negatiua: quæ cauſa efficiens, ſententia ſcil. interlocutoria, quæ forma, nimirum vt fiat ab utroque litigatore verbis affirmatiuis, vel negatiuis: item in loco Judicii.

Videte alibi apud DD. & interpretes hic.

SUMMA-

Digitized by Google

SUMMARIA.

In L. Nulla intelligitur.

1 *Origo & conuenientia Legis.*

2 *Is, contra quem nulla, vel non efficax actio inſtitui poteſt, in mora non eſſe dicitur.*

3 *Vox PETITIONIS hoc loco, ſicut & aliàs ſæpenumero pro actione ponitur.*

4 *Si pupillus ſine tutoris authoritate aliquid promiſit, & ob id fideiuſſorem dedit, ſi poſtea pupillus iuſto tempore non ſoluit promiſſum, non propterea dicitur eſſe in mora.*

5 *Procedit Regula in mora inducenda, ſecus in mora inducta.*

6 *Nulla mora, quæ antea non fuit, induci poteſt, vbi nulla eſt actio.*

7 *Dilatio lucrum afferre non debet.*

8 *In mora quis eſſe non dicitur, quando actionem iuſta & legitima exceptione elidere poteſt.*

9 *Paria ſunt in Iure, vel nullam habere actionem, vel habere quidem, ſed inefficacem.*

10 *Non dicitur quis in mora eſſe, qui ſine dolo malo prouocat ad iudicium.*

11 *Non dicitur ille eſſe in mora, qui iuſto tempore non ſoluit, ſi ignorat, quid & quantum, item cui ſoluere teneatur.*

REGVLA LXXXVIII.

Nulla intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio eſt.

DEſumpta † eſt hæc lex ex lib. 5. quæſt. Scæuolæ 1
Iuriſconſulti, & conueniunt cum ea *l. ſi pupillus ff. de V. O. l. lecta. ff. ſi cert. pet. l. non poteſt improbus videri. Infr. hoc tit. c. non eſt in mora. de R. I. in 6.* Docet † au- 2
tem, quis dicatur eſſe in nulla mora: vel, quis moram committere non cenſeatur, licet debito & iu-

& iuſto tempore non ſoluat quod erat ſoluendum, nimirum is, contra quem nulla, vel non efficax actio inſtitui poteſt. Sic enim inquit Juriſconſultus noſter *hic, & in l. ſi pupillus. ff. de V. O.* Nulla intelligitur mora fieri ibi, vbi nulla eſt petitio, id eſt, nulla
3 actio. Vox † enim petitionis hoc loco, ſicut & aliàs ſæpenumerò, pro actione ſumitur. Etſi igitur is, contra quem nulla competit actio, interpellatus ceſſat a ſolutione, nec ſoluit quod erat ſoluendum, moram tamen facere non videtur, quia efficaciter obligatus non fuit, nec actio contra eum efficaciter inſtitui poteſt: vt, ſi pupillus ſine tutoris authoritate aliquid promiſit, & ob id fideiuſſorem dedit: ſi poſtea pupillus iuſto & debito tempore non ſoluit promiſſum, non propterea dicitur eſſe in mora.
4 Ratio eſt, quia nulla † ibi fieri dicitur mora, vbi nulla eſt petitio, *l. ſi pupillus. ff. de V. O.* Sed contra pupillum, ſine tutoris authoritate ſe obligātem, nulla poteſt eſſe petitio vel actio, quia ciuiliter obligatus non eſt, ſed ſaltem naturaliter, quæ nullam Jure ciuili parit actiōem, *l. ſi pupillus. ff. de V. O. l. 1. ff. de nouat. toto tit. Iuſtit. de author. tutor.* Conſequens igitur eſt, nec in mora ipſum conſtitui, quamuis interpellatus eſſet præſtare id, quod promiſit. Et ſic non tenetur ad vſuras, vel de interitu rei, poſt moram extinctæ, neque de damno, ad quæ tamen omnia alias debitores ob moram tenentur, DD. *in l. mora.*
5 *ff. de vſur. & l. quod te. ff. ſi cert. pet.* Procedit † Regula
6 in mora inducenda, ſecus in mora inducta. Nulla † enim mora, quæ antea non fuit, induci poteſt, vbi nulla eſt actio vel petitio. Inducta autem mora
7 conſeruatur, nec extinguitur, quia dilatio † lucrum afferre non debet, Cagn. *hic num. 3. Dec. 3. per l. in*

fidei-

Digitized by Google

fideicommiſſi. ff. de vſur. Et hic eſt primus modus, per quem aliquis excuſatur a mora, vel beneficio, cuius aliquis moram committere non dicitur. Secundus modus eſt, quando † quis actionem iuſta & legiti- 8
ma exceptione elidere poteſt. Paria † enim ſunt in 9
Jure, vel nullam habere actionem, vel habere quidem, ſed inefficacem, *l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. l. nihil intereſt. hoc tit. c. non eſt in mora. de R. I. in 6.* Tertiò † 10
non dicitur quis in mora eſſe, qui ſine dolo malo prouocat ad iudicium, *l. qui ſine dolo malo ſupr. hoc tit.* vbi copioſius de hoc modo dictum eſt. Quartò † 11
non dicitur aliquis eſſe in mora, licet iuſto & debito tempore non ſoluat, ſi ignorat, quid & quantum item cui ſoluere debeat, *l. non poteſt improbus. Infrà, hoc tit.* Plura de natura moræ, quomodo nimirum contrahatur, quid excuſet a mora, & quæ ſit vis & effectus moræ, videre poteſtis apud Joh. Ramum *in lib. 2. Enchiridij ſui, cap.* 137. 138. *& ſeq.*

SUMMARIA.
In L. Quandiu poſſit.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Hæreditas ab inteſtato adiri non poteſt, ſi extat teſtamentum, in quo de hæreditate eſt diſpoſitum.*
3 *Magna vis eſt teſtamentorum.*
4 *Contra vltimas voluntates ſine iuſtiſſima cauſa querela de inofficioſo non admittuntur.*
5 *Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis.*
6 *Succeſſio ex teſtamento prior eſt, & anteſertur ſucceſſioni ab inteſtato.*
7 *Procedit regula, etſi inſtitutus non eſt capax totius hæreditatis.*

Digitized by Google

Regula LXXXIX.

Quandiu poſſit valere teſtamentum, tandiu legitimus hæres non admittitur.

1 PAuli † Juriſconſulti eſt hæc L. deſumpta ex lib. eius 10. quæſt. & conueniunt cum ea *l. quandiu. ff. de acquir. hæred. l antequam ſcriptus. C. communia de*
2 *ſucceſſ. l. ex teſtamento. C. vnde liberi.* Docet † autem, quod ab inteſtato hæreditas adiri non poſſit, ſi extat teſtamentum, in quo de hæreditate eſt diſpoſitum. Hæredes enim ab inteſtato locum no habent, ſi teſtamentarii hæredes adſunt. Ratio prima eſt,
3 quia † magna eſt vis teſtamentorum. Quicquid enim legitimè & ordinatè per teſtamentum cautum eſt, firmiſſimum eſſe debet, cum voluntatis illud vltimum elogium legis vim obtineat. II. Suadet id
4 etiam fauor vltimarum voluntatum, contra † quas ſine iuſtiſſima cauſa querelæ de inofficioſo non ad-
5 mittuntur, *l. ſi pars. ff. de inoff. teſtam.* III. Quia † prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, *l. 1. ff. de legit. tutor. l. vlt. C. de pact. conuent.* Verbi gratia: Titius fecit teſtamentum, & in eo Sempronium hæredem inſtituit; dum autem Sempronius deliberat, vtrum velit adire hæreditatem ex teſtamento, an non: alius defuncto agnatus ſeſe offert, hæreditatemque ab inteſtato adire conatur, quæritur, an poſſit? & reſpondetur ex hac Regula noſtra, quod non, quia, quamdiu teſtamentarius hæres adeſt, & teſtamentum valet, tamdiu ab inteſtato nullus hæres admittitur, *l antequam ſcriptus hæres. C. communia de ſucceſſ.*
6 *& l. ex teſtamento. C. vnde liberi.* Et † ſic ex hac Regula edoce-

Digitized by Google

edocemur ſucceſſionem ex teſtamento priorem eſſe, & anteferri ſucceſſioni ab inteſtato: id quod Imperator noſter Juſtinianus *in §. fin. Inſtit. per quas perſon. cuique acquir.* teſtatur inquiens: Et prius eſt, vt de his diſpiciamus, quæ ex teſtamento vobis obueniunt: Et Ulpianus *in l. quamdiu. ff. de acquir. hæred.* idem aſſerit. Sic etiam in ſimili dicitur de tutela, quod, quamdiu teſtamentariæ tutelæ locus eſſe poſſit, legitima vel datiua ceſſet, *§. quod autem. Inſtit. de legit. agnat. tutel. l. ſi quis. ff. de teſtamentar. tutel.* Procedit † Regula, etſi inſtitutus non eſt capax totius 7
hæreditatis, *l. antequam. C. communia de ſucceſſ.* Cagn. *hic num.* 1. Limitatur in duobus caſibus, teſte Dec. *hic, verſ. & limitatur.* item Cagn. *num.* 3. quos videre poteſtis.

SVMMARIA.

In L. In omnibus quidem.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quanam aliæ cum illa Leges conueniant.*

2 *In omnibus negotiis, cauſis, contractibus & actibus, maximè tamen in iure ſpectanda eſt æquitas.*

3 *Æquitas vocatur recta ratio, à Iure informata, quæ propter probabilem rationem à Iure recedit.*

4 *Summum Ius, ſeu ſtrictum Ius eſt, cum Leges ſeuere ſine mitigatione retinentur, etiam cum propter circumſtantiam aliquam probabilis ratio erat mitigationis.*

5 *Æquitas locum habet I. In contractibus.*

Ibid. Eius rei exemplum in fure.

6 *II. In teſtamentis.*

7 *III. In iudiciis & iudicialibus ſententiis.*

8 *IV. In Iure conſtituendo.*

Ibid. Nulla Lex nominari poteſt, quæ non perſperſa ſit ſale humanitatis & æquitatis.

9 *V. In conſtitutis iuribus & legibus, ex bono & æquo ad ſanam rationem & ſententiam accommodandis.*
10 *VI. in Legibus ampliandis, & ad ſimiles caſus, in iure non comprehenſos, producendis.*
11 *VII In ſolennitatibus actuum*
12 *Regula fallit primò, ſi æquitas non eſt ſcripta. Rigor enim ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ.*
13 *Secundò, ſi æquitas ſcripta eſt in genere, quia tunc rigor ſcriptus in ſpecie illi præfertur.*
14 *Tertiò, quando rigor ſcriptus eſt poſt æquitatem, ſiquidem tunc rigor attenditur.*

Regvla XC.

In omnibus quidem, maximè tamen in Iure, æquitas ſpectanda eſt.

1 Eiusdem † Pauli Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex libro eius 15. quæſt. & conuenit cum ea, *l. placuit. C. de Iudic. l. 1. C. de ll. l. qui filium. §. 1. ff. ad Senatuſconſultum Trebell. l. Imperatores. in fine. de*
2 *Appellat.* Docet † autem, quod in omnibus cauſis & negotiis, contractibus & actibus, maximè tamen in Iure, ſpectanda ſit æquitas, id eſt, quod ſemper in omnibus cauſis potiorem habere debeamus æquitatis, quàm ſtricti Iuris rationem. Sciendum autem & notandum eſt in hac Regula, I. quid ſit æquitas, quam in omnibus cauſis ſpectare debemus. Deinde II. quid ſtrictum Ius, cui præferenda eſt æquitas. III. In quibus cauſis maximè ſit atten-
3 denda. Et † I. quidem vocamus æquitatem rectam rationem, à iure informatam, quæ propter probabilem rationem à Iure recedit, *l. 1. C. de ll.* Vel vocamus mitigationem legis ſcriptæ in aliqua circumſtantia; vel, vocamus probabilem mitigationem ſummi

Digitized by Google

ſummi Juris in aliqua circumſtantia, præſertim in caſu, de quo lex principalis non loquitur. Sum- 4
mum † Jus ſeu ſtrictum Jus, quod & ſtricta ratio, ſtricta interpretatio, item rigor iuris vocatur, eſt, cum leges ſeuere ſine mitigatione retinentur, etiã cum propter circumſtantiam aliquam probabilis ratio erat mitigationis. Vel, ſignificat ſtrictum Jus propriè duram & malitioſam Juris interpretationem, τὸ ῥητὸν nimis acerbè vrgentem, non admiſſa ſententiæ & voluntatis quæſtione, aut circumſtantiarum conſideratione, quod ſignificanter Bald. expreſſit *in l. 1. num. 5. ff. de Iuſt. & Iur.* cum inquit, Rigorem iuris eſſe, quando generalis ordinatio vim habet in caſibus ratione differentibus, hoc eſt, cum leges ſcriptæ nimis ſeuerè & ſine vllo temperamento aut explicantur, aut traduntur per interpoſitionem ad caſus ſimiles, in quibus tamen ratione circumſtantiarum eſt aliqua diſſimilitudo, ita vt nimis verum exaudiatur tritum illud: *Summum ius ſæpè ſumma malitia & iniuria.* Cæterum etſi DD. *in d. l. placuit. C. de Iudiciis*, conantur oſtendere, vbi ſit adhibenda æquitas, quatenus & quibus in caſibus ſtricto iuri præferenda: tamen id certa regula comprehendi haud facilè poteſt. Latiſſimum ſiquidem eſt æquitatis officium, & in omnibus negotiis, vt hic Juriſconſultus loquitur, vim ſuam exerit. Verum † vt paucis res fiat dilucidior, & ap- 5
pareat, in quibus habeat locum, notandum eſt I. in contractibus propter diuerſitatem circumſtantiarum quærendam eſſe æquitatem: Verbi gratia, latro ſeu fur ſpolia, quæ mihi abſtulit, apud Titium, inſcium de malitia deponentis, depoſuit; Jam ſi quæritur, vtrum latroni, an verò mihi reſti-

tuēdum ſit depoſitum; dictitat ius ſcriptum, quod latroni: Verùm æquitas ſuadet, quod mihi Domino reſtituendum ſit. Quæ poſterior ſententia, licet aliquid de iure remittat, tamē ex æquitate deſumpta eſt, & ob id ſeruanda, vt probatur *in l. bona fides.*
6 *§. incurrit. ff. depoſiti.* II. In † teſtamentis. Nam & illa humaniꝰ interpretamur ex bono & æquo, licet ſubtilitas & rigor iuris interdum refragari videatur, *l. filio. ff. de iniuſto, rupto teſtamento.* vbi dicitur, quod licet de ſummo iure teſtamentum, in quo filius à patre eſt præteritus, ſit nullum, ſicut illud ipſum etiam *in hoc tit. Inſtit. de exhæred. lib.* probatur: Tamen ſi filius præteritus tacet, nec impugnat teſtamentum patris, teſtamentum ex bono & æquo
7 tuebitur. III. In † Iudiciis & iudicialibus ſententiis. Nam Iuriſconſultus inquit: *Si ſtipulatus ſum Epheſi dare, & quæratur, intra quem terminum & ſpatium temporis promiſſor implere cogatur pollicitationem? totam eam rem ad iudicem & bonum virum remitti oportere, qui adhibita æquitatis norma æſtimet, quanto tempore diligens paterfamilias iter conficere poſſit. l. continuus. §.*
8 *cum ita ff. de V. O.* IV. In † Iure conſtituendo, vt teſtatur hæc Regula noſtra. Nam in iure conſtituendo maximè æquitas ſpectāda eſt: Et hinc eſt, quod ſingulis legibus in iure noſtro ſua conſtet æquitas, & quod nulla lex nominari poſſit, quæ non perſperſa ſit ſale humanitatis & æquitatis. Vnde etſi per ſe eſt æquum & in genere iuſtiſſimum, vt vnusquiſque pacta ſeruet, promiſſionibus ſatisfaciat, fidem ſuam liberet, *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtit. pec.* nequaquam tamē legumlatoribus propter diuerſas circumſtantias & probabiles rationes hoc æquum viſum eſt in mulieribus, pupillis & minori-

bus

bus 25. annis, qui, quæue propter fragilitatem ſexus, imbecillitatem iudicii, facilè perſuaderi poſſunt. Hinc etiam eſt, quod licet coacta voluntas de rigore iuris ſit voluntas, *l. ſi mulier. §. ſi metum. ff. quod met. cauſ.* tamē ex æquitate prætor edicit: quod metus cauſa geſtum eſt, ratum non habebo, *l. 1. ff. eod.* V. Vera etiam eſt in † conſtitutis iuribus & ll. 9
ex bono & æquo ad ſanam rationem, & ſententiā accommodandis, *l. in ambigua oratione, infr. hoc tit.* ut, lex codicis eſt, quod nemo inuitus cogatur agere: Si verò quis incepit agere & poſtea vult deſiſtere, æquitas ſuadet, vt cogatur pertexere iudiciū non obſtante illa lege codicis, quia nō de incepta, ſed incipienda lite intelligenda. VI. Procedit † in ll. 10
ampliandis, & ad ſimiles caſus, in iure non comcomprehenſcs, producendis, vt, l. Julia inhibet nuptias ſenatorum cum perſonis vilibus, *l. Senatusconſultum. ff. de ritu nupt.* Quæritur igitur, an etiam ſponſalia videantur prohibita? & reſpondetur ꝙ ſic, *ex l. Oratio ff. de ſponſal.* etiamſi nihil de ſponſalibus dictum ſit. VII. Procedit † etiam in ſolennita- 11
tibus actuum vt, ſecundum rigorem Juris in teſtamento requiritur ſeptem teſtes. *§. ſed paulatim. Inſt. de teſtamentis ord.* Verum tempore peſtis, vbi nō tot haberi poſſunt, vel in pago, vbi non ſunt tot literati, receditur ab illo iure ſtricto, & declinamus ad æquitatem, & pauciores teſtes ſufficere dicimus, *l. vltima. C. de teſtamentis ord.* Fallit † Regula I. ſi æqui- 12
tas non eſt ſcipta, ſiquidem rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ, Dec. *hic n. 9.* Cag. *nu. 9.* Ph. Melan. *in Ethicis lib. 2. quæſtione*: an iudicandum ſit ex ſcripto Iure, an verò æquitas extra ſcriptū quærenda? II. Fallit, † ſi æquitas ſcripta eſt in genere, 13

 quia

quia tunc rigor ſcriptus in ſpecie illi præfertur,
14 Dec. *hic num.* 10. Cag. 11. III. Fallit, † quando rigor ſcriptus eſt poſt æquitatem: ſiquidem tunc rigor attenditur, Dec. *hic num.* 11. Cag. 15.

SVMMARIA.

In L. Quoties duplici.

1 *Lex hæc vnde deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa conueniant.*

2 *Per repudiationem unius iuris non tollitur alterum: & quando alicui plura competunt iura, ſi vnum remitit, aliud remanere intelligitur.*

3 *Vetus ius vocatur, quod antiquam & vetuſtam habet ex legibus 12. tabb. originem, ſemper & perpetuò durabilem.*

4 *Nouum ius eſt, quod nouam habet originem.*

5 *Qui duo habet iura, ex quibus hæreditatem poteſt adire, ſi repudiat hæreditatem, ex nouo iure ſibi competentem, non videtur propterea repudiaſſe hæreditatem ex veteri ſibi iure debitam.*

6 *Procedit Regula, ſi quis nouo iuri primum renunciat: tunc enim non videtur renunciaſſe veteri: ſecus, ſi quis renunciat veteri, tunc enim & nouo renunciaſſe præſumitur.*

7 *Fallit, ſi quis ſimpliciter renunciat hæreditati. Tunc enim ſi ex mille capitibus eſſet poſſibile, illum ſuccedere, omnibus renũciatum uideretur.*

8 *Procedit in pluribus iuribus ſeparatis: ſecus ſi eſſent connexa iura, & vnum promanaret ex altero. Tunc enim vno ſublato & alterum tollitur.*

REGVLA XCI.

Quoties duplici iure defertur alicui ſucceſſio, repudiato nouo iure, quod antè defertur, ſupererit vetus.

Pauli

PAuli Juriſconſulti † eſt hæc lex, deſumpta ex 1
lib.17. quæſtionum, & conueniunt cum ea *l ſuũ. C. de Iure dot. l. ſi duobus. ff. de legat. 2. l. 1. C. de bon. poſſ. ſecundum tab.* Docet † autem, quod quoties duplici 2
iure ſucceſſio ad nos pertinet, veteri ſcilicet & nouo, quod ſi ſucceſſionem nouo iure nobis delatam repudiamus, nihilominus ex veteri Jure ſuccedere poſſimus. Ratio eſt, quia per repudiationem vnius iuris, non tollitur alterum, & quando alicui plura competunt iura, ſi vnum remittit, aliud remanere intelligitur, *l. ſi prius. in princ. ff. de aq. plu. ar. l. ſi domus. 20. ff. de ſer. vrb. præd.* Vocamus † autem vetus Jus, 3
quod antiquam & vetuſtam habet ex legibus 12. tab. originem, ſemper & perpetuo durabilem, quo iure nobis ab inteſtato defertur hæreditas. Nouum † ius eſt, quod nouam habet originem: vt 4
ſunt Senatusconſulta, Conſtitut. principum, prætorum edicta, poſtmodum introducta, emendandi vel ſupplendi Juris ciuilis gratia: Quo iure ex teſtamento nobis hæreditas defertur. Illius enim ſucceſſionis ſemper prima cauſa eſt, ſemperque nouam habet ex quolibet teſtamento à voluntate teſtatoris originem. Vnde † qui duo habet iura, ex 5
quibus poteſt hæreditatem adire, ſi repudiat hæreditatem, ex nouo Jure ſibi competentem, non videtur propterea repudiaſſe hæreditatem, ex veteri iure ſibi debitam: Vt qui renunciat ſucceſſioni ex teſtamento, videtur tacitè viam facere velle ad alterum genus ſucceſſionis ab inteſtato. Non enim, qui ſucceſſioni teſtamentariæ renunciat, videtur etiam renunciaſſe ſucceſſioni ab inteſtato, *l. nec is. §. hæres. ff. de acquir. hæred.* Sic parentum hæreditas ad liberos pertinet duplici Jure, veteri &

 nouo.

Digitized by Google

nouo. Veteri, ex l. 12. tab. §. *Inteſtatorum Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. l. 1. ff. de ſuis & legit. hæredibus*. Nouo, ex Edicto prætorio, vnde liberi. Si nunc filius vel filia repudiat hæreditatem paternam ex nouo iure, hoc eſt, ex edicto prætoris, vnde liberi, ſibi debitam, non propterea prohibetur eam adire ex l. 12.
6 tab. *l. ſuum. C. de Iure delib.* Procedit Regula, † ſi quis nouo iuri primùm renunciat, tunc enim, non videtur renunciaſſe veteri: Secus ſi quis renunciat veteri, tunc enim & nouo renunciaſſe præſumitur: vt, qui renunciat hæreditati ab inteſtato, tanquam veteri, videtur etiam renunciaſſe teſtamentariæ, tanquam nouæ, *l. in plurium. ff. de acquir. hæred.* Bart.
7 *in l. nec is. §. hæres. ff. de acquir. hæred.* II. Fallit, † ſi quis ſimpliciter renunciat hæreditati. Tunc n. ſi ex mille capitibus eſſet poſſibile, illum ſuccedere, omnibus renunciatum videretur, teſte Dec. *hic num.* 1.
8 Cag. *nu.* 2. III. Procedit † in pluribus iuribus ſeparatis: Secus, ſi eſſent connexa iura, & unum promanaret ex altero. Tunc enim vno ſublato & alterum tollitur, Cag. *hic n.* 4. Dec. *num.* 4.

SVMMARIA.

In L. Si librarius.

1 *Origo Legis & conuenientia.*

2 *Error notarij vel ſcribæ, aliter ſcribentis verba contractus, quàm inter contrahentes eſt conuentum, minime nocet partibus.*

3 *Regula procedit primo, quando erratum eſt in contractibus.*

4 *Secundo, in ultimis voluntatibus.*

5 *Tertio, etiam in aliis actibus.*

6 *Quarto, ſiue error fuerit perpetratus omittendo, ſiue committendo, ſiue in Grammatica, ſiue in Orthographia.*

Digitized by Google

7 *Error, quando de illo conſtat, nocet: ſecus, ſi de eo non apparet.*

Ibid. In dubio ſtatur verbis contractus, & talis præſumitur intentio, qualem verborum proprietas importat.

8 *Fallit, ſi dolo error eſt commiſſus. Dolus enim vitiat inſtrumentum.*

Regvla XCII.

Si librarius in transcribēdis ſtipulationis verbis erraſſet: nihil noceret, quo minus & reus & fideiuſſor tenerentur.

DEſumpta † eſt hæc lex ex libr. 5. Reſponſorum Scæuolæ Iuriſconſulti, & conueniunt cū ea *l. Imperat. ff. de ſtatu hominis. l. errore. & l. ambiguitates C. de teſtamentis.* Et † docet, quod error notarii vel ſcribæ, aliter ſcribentis verba contractus, quàm inter contrahentes eſt conuentum, minimè noceat partibus, ſeu contrahentibus. Etſi enim ſcriba in transſcribendo ſtipulationis, vel alterius cuiuslibet contractus vel actus inſtrumento errauit, vel quid omiſit, tamen propterea non vitiatur actus vel contractus, ſed manet integer & perfectus: vt, exempli gratia, ſtipulatio inter Titium & Sempronium eſt celebrata, & factum ſuper ipſa inſtrumentum, in quo librarius errorem commiſit, vel quid omiſit, mutauitque, puta ſponſionem ante interrogationem ponendo, proque Tuſculano fundo Cornelianum, aut pro 200. aureis 100. tantum; quæritur, an ea res ſcribæ noceat partibus? & reſpondetur quod non ſecundum hanc Regulam noſtram. Manet enim firma ſtipulatio non aliter, atque ſi non eſſet erratum à librario, 1 2

vt

3 vt teſtatur *l. Imp. ff. de ſtat. hominum.* Procedit
tem regula, quando erratum eſt in contractib
4 modo demonſtratum eſt. II. In vltimis † vol
tibus, *l. errore. & l. ambiguitates. C. de teſtamentis.*
enim vitiatur teſtamentum, ſi legata ante ha
inſtitutionem poſita ſunt, vel alia quædam c
uatio præmiſſa à ſcriba per errorem. III. Pro
5 † etiam in aliis actibus. Imp. enim Antonin
ſcripſit, non lædi ſtatum liberorum ob ter
inſtrumenti malè concepti, *d. l. Imp. de ſtat. ho*
6 Procedit, † ſiue error fuerit commiſſus omitt
ſiue committendo, ſiue Grammatica, ſiue i
thographia, *l. Plautius. cum ibi not. ff. de auro*
leg. Bald. *in l. Imp. ff. de ſtatu hominum.* Et ideo ſi N
rius ſcribat, patrē reliquiſſe filiæ iure *reſtitutio*
ſcribere debuiſſet, *inſtitutionis*: vel dicat, *pro*
dia, cum dicere debeat, *pro legitima*, aut in Re
ciatione beneficii *Velleiani*, Beneficium *Valer*
ſcripſerit: Seu in *conſtitutione* Procuratoris
fuerit verbo *ſubſtitutionis.* Huiusmodi & ſimil
rores ſcribarum, non nocent partibus, vt pro
7 *hic* & à DD. *in d. l. Imperator. de ſtat. hominum.* V
ſunt prædicta, quando conſtat de errore, tu
nim non nocet, ſecus, ſi de eo non apparet. I
bio enim ſtatur verbis contractus, *l. ſi alii. ff. de*
leg. Talis enim præſumitur intentio, qualem
borum proprietas importat, *l. non aliter. ff. de le*
quicquid ſcriptum eſt in Inſtrumento, que
ctum reſpicit, videtur ſcriptum de volunt.
mente partium, Bart. *in l. ſi quis filiabus. ff. de teſt.*
taria tutel. Item Notarius cenſetur à partibus
tus, vt ponat in Inſtrumento clauſulas, quæ ſu
conſuetudine, & quas inſeruit, de mente & vo

tate partium inſeruiſſe iudicatur. In dubio igitur ſtatur verbis Inſtrumenti, donec error probetur. Quomodo autem error probetur, docet Dec. *hic nu.* 8. *verſ. de ſecundo principali dubio.* II. Fallit, † ſi do- 8
lo error eſt commiſſus, dolus enim vitiat Inſtrumentum, teſte Dec. *hic num.* 11.

Summaria.
In L. Filiusfamilias.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Filiusfamilias, etſi peculii à patre ſibi conceſſi habet adminiſtrationem, reuera tamen dominus peculii non eſt, nec illud poſſidere dicitur.*
3 *Filius poſſidetur ab alio, nimirum à patre, & ob id aliud quippiam ſub ſe habere nequit.*
4 *Quicquid filius olim acquirebat, non ſibi ſed patri acquirebat, excepto caſtrenſi peculio.*
5 *Regula procedit primò in filiofamilias in patris poteſtate conſtituto, non in emancipato.*
6 *Secundò, in peculio profectitio.*
7 *Tertiò, in aduentitio peculio & quaſi caſtrenſi, olim, non hodie.*
8 *In aduentitio peculio uſusfructus quidem patri acquiritur, proprietas vero filio.*
9 *Peculii definitio.*
10 *Peculium quadruplex.*
11 *Profectitium quale.*
12 *Aduentitium quale.*
13 *Caſtrenſe quale.*
14 *Quaſi caſtrenſe quale.*

Regula XCIII.

Filiusfamilias neque retinere, neque recupe-

cuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur.

1 DEſumpta † eſt hæc lex ex lib. 1. fideicommiſſorum Mæuiani Iuriſconſulti, & conueniunt cum ea *l. 18. ff. de caſt. pecul. l. qui hæredi. ff. communi diuid. §. ſed cum factum. Inſt. de ſtip. ſeruorum. §. 1. Inſtit. per*
2 *quas perſo. cuiq; acquir. tot. tit. C. eod.* Docet † autem, quod filiusfamilias, etſi peculii ſibi conceſſi à patre habet adminiſtrationem, reuera tamen Dominus peculii non ſit, nec illud poſſidere dicatur. Ra-
3 tio I. eſt, quia † ipſe filius poſſidetur ab alio, nimirum à patre: & ob id aliud quippiam ſub ſe habere nequit, *l. qui in ſeruitute eſt. infr. h. t.* ubi dicitur.
4 II. Quia † quidquid filius olim acquirebat, non ſibi, ſed patri, acquirebat, excepto caſtrenſi peculio, *§. 1. Inſt. per quas perſ. cuiq; acquir.* Vnde etiam patris nomine & voluntate poſſidere illud ipſum intelligebatur, *l. 1. §. item acquirimus & l. quicquid filius.* Item *l. poſſeſſio. ff. de acquir. poſ.* Adeo vt nec interdictum retinendæ poſſeſſionis, nec recuperandæ, nec adipiſcendæ, intendere potuerit, vt probatur in hac Reg. in verbo: *neq; retinere.* Sed pater vtpote Dominus peculii habebat actionem, vel præfata interdicta. Et primum quidem interdicto retinendæ poſſeſſionis agere non potuit, cum rem non videatur habere, ſed pater; ne momẽto enim ſubſiſtebat in perſona filii, ſed tranſibat in perſonam patris, *l. placet. ff. de acquir. hæred.* DD. *in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb.* Recuperandæ non, cum amittere non potuit, quod eius non fuit, *l. non videtur rem amittere ſupr. eod.* Adipiſcendæ non, quia non ſibi, ſed patri, tanquam Domino, quicquid acquiſitum erat, acqui-

quirebat, §.1.*Inſt.per quas perſon.cuiq; acquir.* Procedit † Reg. in filiofam. in patris poteſtate conſtituto. Is enim quicquid acquirebat, patri acquirebat: non autem in emancipato, *d.*§.1.*Inſtit.eod.* II. Procedit † in peculio profectitio. illud enim, cum non ad filium, ſed ad patrem ſpectet, *l. quod ſeruus. ff. de acquir.poſs.* conſequens etiam eſt, filio non dari interdicta, quorum mentionem facit hæc Regula noſtra. III. Procedebat † etiam olim in aduentitio peculio & quaſi caſtrenſi. Quicquid enim filius olim acquirebat, excepto caſtrenſi peculio, patri & non ſibi acquirebat, vt probatur *in* §.1.*Inſtit. per quas perſon. nob.acquir.* Sed hodie in hiſce tribus peculiis non procedit Regula noſtra, ſed tantum in peculio profectitio. Caſtrenſe enim, vel quaſi caſtrenſe peculium filii, patri non acquiritur, ſed totum, quo ad vſum & proprietatem, ad filium ſpectat, & ob id etiam eius peculii cauſa intendere poteſt interdictum retinendæ, recuperandæ vel adipiſcendæ poſſeſſionis: Cum in iis peculiis pro patrefamil. habeatur, *l. fori. C. de aduocat. diuerſ. Iud. l. 4. ff. de caſtren. pec.* Quod † ad aduentitium peculium attinet, uſusfructus quidem patri acquiritur, proprietas verò filio, & ob id in eo quoque locum habere nequit regula noſtra, §. *ſancitum eſt. Inſtit. per quas perſon. nob. acquir.* Porro quoniam hic mentio fit peculii, dicendum paucis eſt, quid ſit peculium & quotuplex, quo hæc Regula noſtra fiat planior. Eſt † autem peculium puſilla pecunia, ſeu paruum patrimonium, quod ſerui vel filiifamilias patris vel Domini permiſſu à rationibus dominicis paternisque habent ſeparatum, *l. peculium. cum l. ſeq. ff. de pecul.* Eſtque † quadruplex, Profectitium,

Aduen-

5 6 7 8 9 10

Aduentitium, Caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe. Pro-
11 fectitium † eſt, quod ex bonis paternis proficiſci-
tur, *l. profectitia. in princ. ff. de iure dot.* & concedi ſole-
bat filio à patre, ut eo negotiando ſpecimen ede-
ret ſuæ induſtriæ, & in hoc vt antiquitus, ita & ho-
12 die obtinet regula noſtra. Aduentitium † dicitur,
quod aliunde, quam ex re patris, puta à matre, co-
gnatis, vel fortunæ liberalitate filio obuenit, in
quo hodie pater ſaltem habet uſumfructum, pro-
prietas autem penes filium remanet, *§. ſancitum.*
Inſt. per quas perſon. cuiq; acquir. & in hoc non habet
locum Regula noſtra, teſte Cag. *hic num.* 4. Ca-
13 ſtrenſe † peculium eſt, quod à filio in Caſtris vel
occaſione militiæ acquiſitum eſt, *l. Caſtrenſe. ff. de*
14 *caſt. pecul.* Quaſi † Caſtrenſe eſt, quod filius in toga-
ta militia ſibi acquiſiuit, veluti, munere publico,
profeſſione liberalium artium, vel ſimili re: & ho-
rum duorum poſteriorum peculiorum plenus Do-
minus eſt filius, nec quicquam iuris in illis habet
pater, & ob id Regula etiam noſtra in illis non ob-
tinet, ut in præcedentibus demonſtratum eſt.

SVMMARIA.

In L. Non ſolent.

1 *Origo Legis.*
2 *Ea, quæ abundant, non vitiant ſcripturas.*
3 *Abundans cautela non nocet.*
4 *Vtile per inutile non vitiatur.*

REGULA XCIV.

Non ſolent, quæ abundant, vitiare ſcri-
pturas.

Lex

Digitized by Google

LEx † hæc, cuius author eſt Vlp. in lib. 2. de fideicom. docet, quod ea, † quæ abundant, non vitient ſcripturas, hoc eſt, quod abundans † cautela, vel ſuperuacua clauſula, quæ contractibus & actibus inſeri ſolet à ſcribis vel Notariis, neque actum, neque contractum, neque legatum, neque teſtamentum vitiet, quia utile † per inutile non vitiatur, *c. utile. de R. Iur. in 6.* Cum autem explicata ſit hæc Lex *in l. quæ dubitationis. 81. ſuprà, hoc tit.* ideo vos eo remitto. 1 2 3 4

Summaria.

In L. Nemo dubitat.

1 *Lex hæc unde deſumpta ſit, & quænam alia cum illa conueniant.*

2 *Ille dicitur eſſe ſoluendo, qui ſolidum vel integrum debitum poteſt perſoluere, vel qui tantum habet in bonis, vt omnibus creditoribus ſatisfacere poſſit.*

3 *Ille quoq; dicitur eſſe ſoluendo; qui, etſi tantum in bonis non habet, vt ſatisfacere poſſit omnibus creditoribus, defenſorem tamen habet.*

4 *Item is, qui in nominibus debitorum as ſuum habet, modo idonei ſint debitores, & bona ſua agnoſcant.*

5 *Item is, qui idonea pignora paratus eſt dare.*

6 *Regula procedit, ſi in lege ſit mentio ſimpliciter ſolutionis.*

7 *Procedit item, ſi dat fideiuſſores vel defenſores idoneos, ſecus, ſi non idonei ſunt.*

Regula XCV.

Nemo dubitat, ſoluendo videri eum, qui defenditur.

1 DEſumpta † eſt hæc lex ex lib. 6. fideicom. Ulp. & conueniunt cum ea *l. ſoluēdo ff. de V. S. l. ſi plures. §. præterea. ff. de fideiuſſor. l. ſolutionis. & l. ſatisfactio. ff. de ſolut. l. in eo quod plus. §. nemo. infr. hoc tit. §. pen. In-*
2 *ſtit. de ſatiſdat.* Docet † autem breuiter, quis dicatur eſſe ſoluendo, videlicet I. Is, qui ſolidum vel integrum debitum poteſt perſoluere, hoc eſt, qui tantum habet in bonis, vt omnibus creditoribus ſatis-
3 faciat, *d. l. ſoluendo.* II. Dicitur † is ſoluendo eſſe, qui, etſi tantum in bonis non habet, vt ſatisfacere poſſit omnibus creditoribus, defenſorem tamen habet, à quo defenditur, vt *in Regula noſtra* probatur. Ratio I. eſt, quia verbum ſolutionis, ſimpliciter prolatum, non intelligitur de ſolutione nummorum tantum, ſed de ſatisfactione, *l. ſolutionis. ff. de ſolut.* & omnem liberationem quoquo modo factam complectitur, *l. ſatisfactio, ff. eod.* II. Ratio eſt, quia defenſor non admittitur ad defendendum, niſi ſatiſdationem præſtet iudicatum ſolui, *l. in eo, §. nemo. infr. hoc tit.* Quod idem etiam probatur *in §. pen. Inſtit. de ſatiſdat.* Si igitur ſatiſdationem præſtat defenſor, ſecurus eſt actor. Nam ſi á principali debitore debitum conſequi nequit, conſequitur tamen à defenſore, qui ſatiſdationem præſtitit, quod vnum & idem eſt, cum nihil interſit creditoris, ſiue a principali, ſiue ab alio, quod ſibi debetur, conſequatur: Verbi gratia, Si Titius in bonis habet 300. florenos tantum, a Sempronio verò conuenitur in 500. vel 800. Hic, etiã ſoluendo non dicatur Titius, ſecundum primum modum, quia non tantum habet in bonis, vt ſatisfacere poſſit creditoribus, tamen ſi habet defenſorem, qui eum defendere conatur, in iudicio dicitur ſecundum hanc Regulam noſtram eſſe

ſoluen-

ſoluendo, quia ſi non per ſe, tamen per alium ſoluit, quod vnum & idem eſt, *c. qui facit. de R. I. in 6.* Sic condemnatum in amputationem manus, niſi 100. perſoluerit, liberandum eſſe, ſi idoneos dederit fideiuſſores, etiamſi non ſtatim pecuniam vel nummos offerat, Bartolus author eſt *in l. item liberatur. §. 1. ff. quibus modis pign. ſolu.* Et ſic tertio modo is dicitur quoque ſoluendo, qui habet fideiuſſores; *l. ſi plures. §. præterea. ff. de fideiuſſorib.* Nam ſi principalis non ſatisfacit creditoribus, fideiuſſores ſatisfacere coguntur, *§. 1. Inſtit de fideiuſſ.* I I. Dicitur † ſoluendo eſſe, qui in nominibus debitorum æs ſuum habet, modo idonei ſint debitores, & bona ſua agnoſcant, teſte Cagn. *hic num.* 7 IV. Dicitur † & ille ſoluendo, qui idonea pignora paratus eſt dare, *per l. plus cautionis: Supr. hoc tit.* Cagn. *hic num.* 6. Procedit † regula, ſi in lege ſit mentio ſimpliciter ſolutionis: Quia tunc verbum *Solutionis* omnem liberationem quoquo modo factam comprehendit *per l. ſolutionis verbum. ff. de ſolution.* Secus, ſi de ſolutione pecuniaria diceretur, quia intelligi non poſſet, nec verificari in datione fideiuſſorum, Cagn. *hic num.* 4. II. Procedit, † ſi dat fideiuſſores vel defenſores idoneos: ſecus, ſi non idonei ſunt, Cagn. *hic num.* 5.

(Margin numbers: 4, 5, 6, 7)

SVMMARIA:

In L. In ambiguis orationibus.

1. *Origo Legis & conuenientia.*
2. *In obſcuris & ambiguis orationibus mens eius inſpicienda eſt, qui eas protulit.*
3. *Regula procedit primo, in legatis.*
4. *Secundo, in teſtamentis & aliis voluntatibus.*
5. *Tertio, in lege ſcripta.*

6 *Quartò, in ſtatuto.*
7 *Quintò, in ſententia & reſcripto.*
8 *Sextò, in priuilegiis.*
9 *Fallit in contractibus, qui non ſic recipiunt interpretationem, ne fraudi feneſtra aperiatur.*
10 *Quoties ambigui quid habet contractus, contra proferentem interpretatio fit, vt qui clarius & apertius legem dicere potuiſſet.*

Regula XCVI.

In ambiguis orationibus maximè ſententia ſpectãda eius eſt, qui eas protuliſſet.

1 MÆtiani Juriſconſulti † eſt hæc lex, decerpta ex lib. eius 12. de fideicom. & conueniunt cũ ea *l. fin. C. de ll. l. acta, ff. de re iud. c. inter alia. extr. de ſen-*
2 *tentia excom.* Docet † autem, quod in obſcuris & ambiguis orationibus mens eius inſpicienda ſit, qui eas protulit, & quod obſcuræ orationes ab illis explicandæ ſint, qui eas protulerunt, idq; ex conſuetudine, affectione vel aliis circumſtantiis & coniecturis eius, qui locutus eſt, æſtimandum ve-
3 nit. Procedit † Regula. I. in legatis: vt, Vir vxori ſuæ, ſub hac conditione, quando liberos habeat, fundum Tuſculanum legauit, mulier diuortio facto alii nubit, liberosque ex illo procreat, mortuo ſecundo marito, redit ad priorem cum libris ex ſecundo marito natis: quæritur, an impleta conditio videatur, vt legatum conſequi poſſit? Julianus reſpondet, conditionem hoc caſu non eſſe impletam, cum ſpectanda ſit ſententia & voluntas eius, qui ambiguam orationem protulit. Verum credibile non eſt, maritum de illis liberis ſenſiſſe, qui ſe viuo

viuo ex alio ſuſcepti ſunt, ſed de propriis liberis, *l. cum vir. ff. de condit. & demonſt.* II. Procedit † in teſta- 4
mentis & aliis voluntatibus, in quibus laborandũ eſt, vt is habeatur intellectus & ſenſus, ex quo voluntas teſtatoris potiſſimum emergit, *l. in conditionibus. ff. eod. l. non aliter. ff. de leg. 3.* Et hoc procedit, ſi inueniri eius ſententia, & quid veriſimiliter egerit, vel voluerit is, qui ambiguam orationem protulit, cognoſci poteſt; ſi verò inueniri nequit, nec quid veriſimiliter actum cogitatumque ſit, intelligi poteſt, ſequimur ordinem ſupra *in l. 9. & in l. ſemper in ſtipulationibus. ſupr. hoc tit.* traditum. III. Procedit † 5
in lege ſcripta. Dubium enim non eſt, ſi legis verba ſunt obſcura, quin ſolus Imperator, cuius eſt condere legem, eam etiam debeat tantum interpretari, *l. ſi Imperialis. C. de ll. Authent. de raptis mulierib. quæ raptoribus nubunt, coll. 9.* IV. Procedit † in ſtatuto. 6
Nam ſi illud explicationem & declarationem requirit, interpretatur is, qui ſtatutum fecit, niſi ſit ea ambiguitatis cauſa, quæ principis authoritatem poſtulat, Bart. *in l. omnes populi. ff. de Iuſt. & Iur.* V. Procedit † in ſententia & reſcripto. Hæc enim ſi 7
ambigua ſunt, pendent ab eorum interpretatione, qui reſcripſerunt & ſententiam tulerunt, *l. acta. ff. de re iudic. l. ab executore. ff. de appellat.* VI. Procedit † in 8
priuilegiis. Nam & ea explicari debent ab eo, qui dedit priuilegia, vt ſciatur, quem modum beneficii ſui eſſe velit, *l. Neratius. infr. hoc tit. c. cum veniſſent. extra de Iudic.* Fallit † hæc Regula in contractibus, 9
qui non ſic recipiunt interpretationem, ne feneſtra fraudi aperiatur. Nam quoties † ambigui quid 10
habet contractus, contra proferentem interpretatio fit, vt qui clarius & apertius legem dicere potuiſſet,

tuiſſet, *l. veteribus. ff. de pact. & l. Labeo ſcribit. ff. de contrah. empt. c. contra eum. de R. I. in 6.* vbi dicitur, &c. vbi de hac fallentia videatur Dyn. *l. in contrahenda emptione, Inſr. hoc tit.*

SVMMARIA.

In L. Ea ſola.

1 *Legis huius origo & conuenientia.*
2 *Ea tantummodo bona deportationis ſententia damnatis auferuntur & confiſcantur, quæ fiſcus aut principis ærarium ſibi vendicat.*
3 *Fiſcus quorum damnatorum bona ſibi vendicet.*
4 *Deportationis de initio.*
5 *Deportatio hodie in vſu non eſt.*
6 *Regula procedit de iure antiquo. Eo enim bona damnatorum publicabantur & confiſcabantur: Non autem de Iure nouiſſimo, exceptis duobus caſibus, in quibus adhuc hodie confiſcationi bonorum locus eſt.*
7 *Primus eſt crimen læſæ maieſtatis.*
8 *Secundus eſt hæreſis*
9 *In hiſce duobus caſibus, in quibus hodie confiſcantur bona damnatorum, confiſcanda ſunt tantum bona propria damnati, ita tamen, vt ab illis*
10 *Primo, omne æs alienum perſoluatur.*
11 *Bona quæ ante condemnationem alteri acquiſita ſunt, ſubtrahantur.*
12 *Bona, quæ non tranſeunt in extraneos heredes, fiſco in confiſcatione non applicantur.*

REGVLA XCVII.

Ea ſola deportationis ſententia aufert, quæ ad fiſcum perueniunt.

Hermo-

HErmogeniani † Iuriſconſulti eſt hæc l. de ſum- 1
pta ex lib. eius 3. epitomatum, & conueniunt cum ea *l. 1. ff. de iure fiſci. l. deportatorum. C. de pœn. l. deportati. C. de bonis proſcript. Authent. bona damnatorum. C. de bonis proſcript.* Docet † autem, quod ea tantum- 2
modo bona deportationis ſententia damnatis auferantur & confiſcentur, quæ fiſcus aut principis ærarium ſibi vendicat. Vendicat † autem ſibi fiſcus 3
iſtorum damnatorum bona, qui per ſentētiam vel vita, vel libertate, vel ciuitate priuati ſunt, vel qui propter metum pœnæ futuræ ſe ipſos interfecerūt, vel inceſtas nuptias contraxerunt, *l. 1. ff. de bonis damnat. l. ſi quis. ff. de furt. & tot. tit. ff. de bon. eorum, qui ante ſentent. ſibi mort. conſc. & l. ſi quis. cum Auth. ſeq. C. de inceſt. nupt.* Nec tamen omnia iſtorum bona ſibi vēdicat fiſcus, ſed ea ſaltem, quæ perſolutis creditorib⁹ damnatorum ſuperſunt. Ante omnia n. damnatorum creditoribus ſatisfaciendum eſt, omneq; æs alienum perſoluēdum, quicquid poſtea perſolutis ad hunc modum creditoribus ſupereſt, id fiſcus vel ærarium principis propter deportationis ſentētiam aufert: vt, ſi Titius poſſidet domos & fundos, quorum precium ſe extendit ad 1000. fl. ex mutuo autē Caio debet 200. Sempronio 300. Seio v. 100. tunc ſi patitur ſententiam deportationis, & bona eius confiſcantur, quæritur, an omnia bona illa Titii 1000. ſcilicet floreni fiſco applicentur, ita vt nihil relinquatur, quo creditoribus Titii ſatisfieri poſſit? Et reſpondetur ex hac Regula noſtra, quod non. Ante omnia enim de 1000. florenis debitum Caii, Sempronii & Seii deducendum eſt, quod poſtea ſupereſt, ad ſe rapit fiſcus vel ærarium Principis propter deſperatiōis ſententiam, *l. non*

4 *poſſunt. ff. de iure fiſci. l. ſubſignatum. ff. de V. S.* Eſt † autem deportatio, quæ in locum interdictionis ignis & aquæ ſucceſſit, *l. 2. ff. de pœn.* pœna, qua quis ob maleficium in inſulam quandam vel prouinciam in perpetuum damnatur, amiſſo iure ciuitatis, boniſque fiſco applicatis, *l. quidam. ff. de pœn. l. 3 & 6. ff. de interdictis & releg. l. deportatorum. C. de pœnis. l. depor-*
5 *tati C. de bonis proſcript.* Quæ † tamen hodie in vſu non eſt, vt teſtatur Jul. Clar. *in tract. ſuo crim. §. fin. quæſt. 67. n. 8.* Sed pro ea ſic queratur paſſim ſicut & apud Saxones, fuſtigatio, cum relegatione perpe-
6 tua, **Landtr** *lib. 1. art. 33.* Procedit † Regula de iure antiquo. Eo enim iure bona damnatorum publicabantur & confiſcabantur. Non autem de iure nouiſſimo. Bona enim damnatorum non publicantur ex Jure Juſtiniani noſtri, etiamſi quis ob maleficium ultimo ſupplicio puniatur, vel in Inſulam deportetur, vel ſibi mortem inferat, ſed vel ad deſcendentes, vel aſcendentes, vel ex latere venientes tranſmittuntur, exceptis duobus caſibus, in quibus adhuc hodie confiſcationi bonorum locus eſt propter delictum & ſententiam capitalem. Pri-
7 mus eſt crimen † læſæ maieſtatis. Qui enim in hoc crimine damnatur, ille ſimul amittit ſua bona, nec ea ad hæredem tranſmittit, *Authen. bona damnatorũ.*
8 *C. de bon. proſcript. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.* II. Eſt † hæreſis. Nam & hæretici bona hodierno die confiſcantur, cum longè grauius ſit æternam, quam temporalem offendere maieſtatem, *Authent. Gaza-*
9 *ros. C. de hæret. & Manich.* Et in hiſce † duobus caſibus, in quibus & hodie confiſcantur bona damnatorum, confiſcanda ſunt tantum bona propria
10 damnati, ita tamen, † vt ab illis primum omne æs alie-

aliɛnum perſoluatur, *gl. in l. non intelligitur. §. cum ex cauſa. ff. de iure fiſci.* II. Vt bona,† quæ ante condemnationem alteri acquiſita ſunt, ſubtrahantur, DD. *in l. poſt contractum. ff. de donat.* III. Et alia † bona, quæ non tranſeunt in extraneos hæredes; Illa ſiquidem fiſco non applicantur in confiſcatione, teſte Julio Claro *in §. fin. in tract. criminali, quæſt. 78. nu. 7. cum ſeqq.* & Jacobino de S. Georgio *in tract. feudali, in verbis, dictiq; vaſalli. nu. 63. fol. 291. in exemplari Colonienſi.* 11 12

SUMMARIA.

In L. Quoties utriusque.

1 *Lex hac vnde deſumpta ſit, & quanam alia cum illa Leges conueniant.*

2 *Quoties duo ex cauſa lucratiua ad vnam & eandem rem conſequendam agunt, ille potior eſt iure, qui prior eſt tempore.*

Ibid. *In pari cauſa ſemper præfertur is, qui prior eſt tempore, & prioritas temporis (cæteris tamen paribus) facit prioritatem iuris.*

3 *Lucri ratio vocatur, qua nobis aliquid titulo lucratiuo accedit.*

4 *Regula non tantum procedit in lucratiuis, verum etiam in onerosis.*

5 *Fallit primò, ſi lex diſerte aliis prioritatem indulget, vt pupillis, mulieribus, fiſco, &c.*

6 *Secundo, in creditoribus chirographariis, quibus nullum eſt ius reale, ſed tantum habent nudum debitoris chirographum.*

7 *Tertio, in emptionibus & aliis conuentionibus, quæ inter duos ultro citroq; negotiantes fiunt.*

8 *Quarto, ſi non eſt par utriusq; ratio & cauſa.*

9 *Quinto, in Legibus.*

Ibid. *Lex poſterior trahit ad ſe priorem, & plerumq; etiam mutat.*

10 *Sexto, in teſtamentis. In illis enim nouiſſima ſcriptura valet, & abolet priorem; ſi modo nouiſſima rite facta eſt.*

REGULA XCVIII.

Quoties utriusque cauſa lucri ratione vertitur: is præferendus eſt, cuius in lucro cauſa tempore præcedit.

1 EIusdem † Hermogeniani Juriſconſulti eſt hæc lex, deprompta ex lib. eius 4. Juris epitomarũ, & conueniunt cum ea *l. quoties. C. de rei vendic. c. qui prior. de R. I. in 6. c. ſi pro te. & c. tibi qui gratiam, de reſcriptis, in 6. l. ſi pignus. & totus tit. C. qui potior. in pign.*
2 Docet † autem, quod quoties duo ex cauſa lucratiua ad unam & eandem rem conſequendam agũt, is potior ſit iure, qui potior eſt tempore, id eſt, qui priorem & antiquiorem habet obligationem. Ratio eſt, quia in pari cauſa ſemper præfertur is, qui prior eſt tempore, & prioritas temporis (cæteris tamen paribus) facit prioritatem iuris, vt, ſi lis eſt inter duos, qui idem priuilegium & beneficium impetrarunt, præferendus eſt is, qui prior id obtinuit, *c. ſi pro te. de reſcript. in 6.* Sic ſi duobus vna & eadem res eſt legata ſub conditione, & dubitatur, uter ſit præferendus, hoc eſt, vter prior poſſit legatum perſequi, reſpondit Hermogenianus *in l. 11. ff. vt in poſſeſſ. leg.* eum eſſe præferendum, in cuius lucrum iuſta legati petendi cauſa tempore præcedit, id eſt, cuius conditio, ſub qua legatum relictum eſt, prior adimpleta eſt.
3 Vocamus † autem lucri rationem, qua nobis aliquid titulo lucratiuo accedit; vt eſt cauſa donationis, legati, fideicõmiſſi, atq; id genus alia, vbi ſine ullo onere res ad nos peruenit. In eiuſmodi enim cauſis, ſi modò par ius eſt, utriusq; tempo-

ris

tis prioritas antefertur, vt potior ſit iure, qui eſt
prior tempore, *d.c.qui prior.de R. I. in 6.* Procedit † 4
Regula non tantum in lucratiuis, verùm etiam in
oneroſis, Nam hac lege & ſanctione non ſolum is,
qui in lucri cauſa tempore præcedit, eſt præferen-
dus, verum etiam, qui titulum habet onerosum, vt
in pignore fit. Nam ſi inter creditores, quibus ea-
dem res eſt oppignorata, diſceptatur, vter alteri ſit
præferendus, eum potiorē in iure pignoris eſſe di-
cimus, qui prius contraxit, & cui primum res eſt
oppignorata. Ideoq; primus ſecundo, ſecūdus ter-
tio, tertius quarto, & ſic deinceps præferetur, *l.credi-
tor.§.ſi ſimpliciter.cum ibi notat.ff.qui potior. in pig. hab.*
Idq; tam in conuentionali, quam prætorio pignore
procedit. Fallit I. Si † lex diſerte aliis prioritatem 5
indulget: vt pupillis, mulieribus, fiſco, item iis, qui
in morbum, exequias, valetudinem debitoris, aut
in rei oppignoratæ conſeruationem pecuniam cre-
diderunt. Hi enim etſi tempore ſunt poſteriores,
tamen præferuntur prioribus, vt probatur *in §. his
conſequens. in Auth. de æqual. dot. in l. aſſiduis. c. qui pot. in
pig. hab.* II. Fallit † in creditoribus chyrographariis, 6
quibus nullum eſt ius reale, ſed tantum habent
nudum debitoris chirographum: quis enim in-
ter ipſos præferri debeat, non ex tempore, ſed ex
cauſa magis æſtimandum eſt, nec qui prior eſt
tempore, ſed cuius cauſa eſt priuilegiata, præ-
fertur. Quod ſi verò omnium eadem cauſa fue-
rit, omnes concurrere debent æqualiter, non
conſiderato contractus & obligationis tempore,
Dyn. *in c. qui prior. de R. I. in* 6. Welemb. *in paratt.
qui potior. in pig.* III. Fallit † in Emptionibus & aliis 7
conuentionibus, quæ inter duos vltro citroque
nego-

negotiantes fiunt, *l. ſi quis ante ff. de acquir. poſſeſſ. l. pacta nouiſsima. C. de pact.* Nam ſi quis duobus unam & eandem rem vendit, diuerſis tamen temporibus, & poſteriori eam primum tradit. Eo in caſu non dicimus emptorem eſſe potiorem, ſed eum tuebimur, cui res eſt primum tradita, licet poſtremo
8 contraxerit, *l. quoties. C. de rei vend.* IV. Fallit, † ſi nõ eſt par utriuſque ratio & cauſa. Nam ſi duobus res aliqua eſt donata diuerſis temporibus, & poſteriori prius tradita, præfertur ille poſterior, quia non eſt utriuſque par ratio, Decius *hic in princ. in verbis:*
9 Nota quod in pari. V. Fallit † in Legibus. Lex enim poſterior trahit ad ſe priorem & plærumque etiam
10 mutat, *l. non eſt nouum. ff. de ll.* VI. Fallit † in teſtamentis. In illis enim nouiſſima ſcriptura valet & abolet priorem: ſi modò nouiſſima ritè facta eſt. *l. ſi mihi 12. ff. de legat. 1. §. poſteriore. Inſtit. quibus mod. teſtamenta infirm.*

Regvla XCIX.

Non poteſt videri improbus, qui ignorat, quantum ſoluere debeat.

HAnc Regulam explicauimus *in l. qui ſine dolo. 63. & in l. nulla 88. ſupra, hoc tit.* Summa autem eius eſt, quod probabilis ignorantia, qua differimus ſolutionem, quia ignoramus, quid, & quantum ſoluere debeamus, iuſta & ſufficiens cauſa ſit, quæ nos excuſare poſſit à mora. Id enim inprimis requirit Iuriſconſultus ad moram committendã, vt debitor ſciat ex iuſta cauſa ſe dare oportere, & quantum ſit illud, & ſic dolo malo differat ſolutionem

Digitized by Google

tionem. Nam is in iure dicitur & appellatur improbus, qui dolo malo quid facit, quod facere non debebat, vel qui omittit aliquid, quod omnino faciendum erat, veluti qui denuò exigit quod ſemel accepit, idq; dolo malo, aut qui creditorem ſciens fruſtratur & nomine doloſo, fraudulento, & decipiendi cupido defraudat, *l. ſi quis ff de re iudic.* Ergo à contrario ſenſu improbus videri & dici nequit is, qui non ex propoſito, nec animo vexandi, nocendi, defraudandi, nec etiam dolo malo, vel præcedente deliberatione, creditorem vexat, aut ſolutionem differt, ſed ignarus quid, quantum, & cui ſoluere debeat, moram in ſolutione facienda & expedienda committit, vt etiam ſupr. monui.

REGVLA C.

Omnia, quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt.

EXplicata eſt hæc Regula *in l. nihil. 35. ſupra hoc t.* & repetitur eius ſententia *in l. ferè 153. infr. eod.* Docet autem, quod quilibet actus & contractus eo modo ſoluatur, quo eſt celebratus. Contractus igitur qui re fiunt, ut ſunt mutuum. commodatum, depoſitum, pignus, re quoque viciſſim diſſoluuntur. Simili modo, qui conſenſu celebrantur, contrario conſenſu vel diſſenſu diſſoluuntur, vt ſatis ſuperq; dictum eſt *in l. nihil tam naturale. ſupra h. t.*

SVMMA-

SUMMARIA:
In L. Vbi lex duorum.

1 *Lex hac vnde deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa conueniant.*

2 *Duorum menſium mentione non excluditur dies ſexageſimus primus, etiamſi regulariter & ciuiliter tantum ſexaginta dies duorum menſium ſpacio contineantur.*

3 *Accurſii & aliorum Dd. hac de re opinio.*

4 *Regula procedit primò in menſibus continuis, non in menſibus vtilibus.*

5 *Secundò, ſi abſolutè menſis & generaliter profertur, quia tunc intelligitur duodecima pars anni, quæ continet triginta dies, & aliquot horas.*

6 *Doctorum limitatio ſuper hanc Regulam.*

7 *De Iure Saxonico ille, qui aliquem carceri includi curauit, pro ſingulis diebus, quibus cuſtodia vltra legitimum tempus durauit, ad 30. ſolidos captiuo tenetur, & obligatur Magiſtratui.*

REGULA CI.

Vbi lex duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimo primo die venerit, audiendus eſt: ita enim Imperator noſter Antoninus cum Diuo fratre ſuo reſcripſit.

1 PAuli Iuriſconſulti † eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius ſingulari de cognitionibus, & conueniunt cum ea *l. 1. C. de tempor. appellat. & l. ſi venditor. ff. de adilitio edicto. l. debitoribus ff. de re iud. l. fin. in princ. & in §.*
2 *1. ff. de iure deliber.* Docet † autem, quod duorum menſium mentione non excludatur dies 61. etiamſi regulariter & ciuiliter tantum 60. dies duorum men-

menſium ſpatio continentur. Etſi enim menſes nō ſunt æquales, quidam enim continent 30. quidam 31. quidam 28. & 29. vt Februarius: tamen Juriscōſultis in tali inæqualitate & varietate placuit, vt quoties duorum menſium fit mentio, 61. dies non excludatur. Ratio eſt, quia annus, qui 365. diebus cōſtat, *l. anniculus. ff. de V. S.* ſi in 12. partes ſeu menſes diuiditur, (vt diuidi ſolet) ſequitur, quod pro ſingulis menſibus dies 30. & horæ aliquot, puta 10. pro duobus autem menſibus unus & 60. dies, 4. horis ſaltem deſideratis computentur. Id quod † 3 in hac Regula JCtus oſtendit. Quamuis Accurſ. & alii DD. hic malint modicum illud diei ſpatium ex æquitate & benignitate potius eſſe adiectum, præſertim cum legumlatores optimè ſciuerint, menſes aliquos 31. dies habere, nec veriſimile ſit eos ad hāc exilem & ſcrupuloſam reſpexiſſe calculationem, cum annum ciuiliter non ad momenta temporū, ſed ad dies ſaltem numerent, *l. anniculus. ff. de V. S.* Vt ſi Titius condemnatus eſt ſpatio duorū menſiū ſoluere Seio 100. & ſi non ſoluerit, mulctandus ſit propter moram, vel captis pignoribus coercēdus, tali in caſu ſi 61. die 100. ſoluit, cōtra iuſſum prætoris feciſſe nihil præſumitur, ſed iuſſui prætoris obtempaſſe, ob quod etiam in pœnam non incidit, *l. debitoribus. ff. de re iud. Auth. Iubemus, in verbis: intra 30. dies. & verbis: alius menſis. C. de iudiciis.* Sic ſi quis iuſſus eſt cōparere intra duos menſes, ſeq; iudicio ſiſtere, vel ſi cui terminus duorum menſiū ad expediendā probationem præfixus eſt, dicendum eſt, ſi 61. die copiam ſui fecerit, & probationem impoſitam impleuerit, ꝙ ſuo ſatisfecerit officio, *l. aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iure fiſci.* Quoties igitur Lex vel magi-

magiſtratus, qui viva vox legis eſt, *l. nam ipſum. ff. de Iuſt. & Iud.* generaliter & abſolutè duorum menſium faciunt mentionem, non intelligitur quis in mora vel in contumacia conſtitutus, qui 61. die facit quod facere iuſſus eſt, vt per præcedentia Jura
4 probatur. Procedit † Regula I. in menſibus continuis, non in menſibus vtilibus, teſte Dec. *hic nu. 1.*
5 II. Procedit, † ſi abſolutè menſis & generaliter profertur, quia tunc intelligitur 12. pars anni, quæ continet 30. dies & aliquot horas: Secus ſi alicuius menſis in ſpecie facta eſt mentio, quia tunc tot dies intelliguntur, quot ille menſis habet, Dec. *hic nu. 3.* Cagnol. *nu. 2.* Idem etiam eſt, ſi initium alicuius menſis ponitur, ſiquidem & tunc tot dies, quot ille menſis habet accipiuntur, Cagnol. *hic n. 1.* Dec. *nu. 2. verſ. ſecundo concluſio ſuperius facta.* III. DD.
6 † *in l. eos. § ſi autem. C. de appellat.* limitant hanc regulam, & dicunt, eam non procedere in odioſis & pœnalibus. Nam in iis computant pro uno menſe 4. ſeptimanas, hoc eſt, 28. dies: pro duobus verò menſibus 56. dies. Quare qui relegatus eſt ad duos menſes, elapſis 56. diebus redire poteſt: & qui condemnatus eſt ad pœnam carceris per menſem, ſi vltra 28. dies detinetur, ad intereſſe & iniuriarum actione agere poteſt, *per l. nec magiſtratus. ff. de*
7 *iniur.* De † iure Saxonico verò pro ſingulis diebus, quibus cuſtodia vltra legitimum tempus durauit, ad 30. ſolidos captiuo tenetur & obligatur magiſtratus, *Fach. diff. 62. per gl.* Landtr. *lib 2. art. 24.* Sicut etiam de iure ciuili & noſtris moribus, item ſtatutis, Judices puniri ſolent, qui aut iniuſtè aliquem cuſtodiæ traduut, aut cognita innocentia captiuū diutius, quàm par eſt, detinent, Chil. Königſ *in proceſ. cap. 2. nu. 36.*

SVMMA-

SVMMARIA.
In L. Qui vetante.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Paria ſunt, facere aliquid contra prohibitionem prætoris, vel contra edictum prætoris.*
3 *Eiusdem ratio.*
4 *Regula procedit, ſi de voluntate prætoris extat edictum; ſecus, ſi non.*
5 *Fallit, ſi prætor primum quid prohibet, poſtea verò illud ipſum permittit.*

REGVLA CII.

Qui vetante prætore fecit, hic aduerſus edictum feciſſe propriè dicitur.

VLp. Iuriſconſulti † eſt hæc lex, deſumpta ex eius lib. I. ad edict. habetque duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. aduerſus. ff. de recept. arb. l. qui non facit infra hoc tit. l. 5. § quarto. l. ſi opus. 60. & l. ædibus. 18. ff. de oper. nou. nunc.* Docet † autem, quod paria ſint, facere aliquid contra prohibitionem prætoris, vel contra edictum prætoris. Sic enim inquit hic Iuriſconſultus: *qui vetante prætore fecit,* id eſt, qui contra prohibitionem prætoris fecit, *hic aduerſus edictum prætoris feciſſe propriè dicitur.* Ratio † eſt, (quia prohibitio comprehenſa eſt in edictis prætorum) quia cum prætor quid fieri iuberet vel vetaret, faciebat id per edictum propoſitum, hoc eſt, proponebat edictum, quo vel prohibebat hoc fieri, vel iubebat, & ſic voluntas prætoris per edictum declarabatur. Vt exemplum eſſe 1 2 3

Digitized by Google

poteſt *tit. ff. quod quisq; Iuris in alium ſtatuerit.* Item *tit. ſi quis ius dicenti.* Item *tit. ne quid in loco ſacro fiat. tit. ne quid in publico flun. fiat. tit. de noui oper. nunc.* Quibus omnibus prætor ſuam voluntatem, & quid fieri vel non fieri volebat, declarabat. Qui igitur unum horum contemnebat, ipſum prætorem contemnere dicebatur, & qui prætorem contemnebat, edictum quoque eius neglexiſſe cenſebatur: Vt, verbi gratia, qui ſine venia vel iuſſu prætoris patrem vel patronum in ius vocabat, vetante prætore id feciſſe contraque edictum prætoris ſimul egiſſe dicebatur. Ratio eſt, quia prætor in Edicto de in ius vocando prohibet tales perſonas ſine ſuo permiſſu in ius duci, propterea quia reuerentia ipſis de iure naturæ & gentium debeatur, *l. 2. 4. 5. & 6. ff. de in ius voc.* Item qui ius dicenti non obtemperauerit, vetante prætore vel contra edictum prætoris feciſſe dicitur, *l. 1. & toto tit. ff. ſi quis ius dicenti.* Sic qui in ius vocantem vi exemit, aduerſus edictum prætoris feciſſe dicitur, ut probatur *in tit. ff. de in Ius vocan.* & ſi quæ eius generis plura reperiuntur, ſiquidem in illis omnibus, & vetante prætore feciſſe, & contra edictum prætoris, egiſſe dicitur.
4 Procedit † regula, ſi de voluntate prætoris extat edictum, & ſi edicto ſuum animum declarauit: ſecus ſi non, DD. *hoc loco.* II. Fallit, † ſi prætor primum
5 quid prohibet, poſtea vero illud ipſum permittit, tunc enim, cum poſterius edictum tollat prius, is qui contra primum agit, vetante prætore nihil feciſſe dicitur, *l. ſi opus. ff. de noui oper. nunciat.*

SVMMA-

Summaria.
In §. Eius eſt actionem.

1 *Conuenientia §. huius cum aliis Legibus.*
2 *Ille habet poteſtatem denegandi actionem, qui dandi licentiam habet.*
Ibid. Dare & denegare actionem, pertinent ad officium iudicis.
3 *Dare actionem, hic eſt, in iudicio alicui experiundi facultatem tribuere.*
4 *Denegare actionem, eſt, actorem à limine iudicij repellere.*
5 *Exemplum.*
6 *Exemplum aliud.*
7 *Regula procedit ab initio. Sicut enim ab initio poteſt dare, ita etiam denegare: Secus ſi lis eſt conteſtata.*

§. Eius eſt actionem.

Eius eſt actionem denegare, qui poſſit & dare.

Secunda pars Regulæ, cum † qua conueniunt 1
l. nemo qui condemnare. 37. l. eius eſt nolle. 3. & l. nemo poteſt gladii. 7. ſupr. hoc tit. docet, quod † ille Iudex 2
poſſit actionem denegare, qui poteſt dare ſeu concedere; id eſt, quod is habet poteſtatem denegandi actionem, qui dandi licentiam habet. Ratio eſt, quia dare & denegare actionem pertinent ad officium iudicis. Quemadmodum igitur eadem functionis æquitas in fine iudiciorum dictitat, eum poſſe abſoluere innocentem reum, qui poſſit & damnare conuictum, *l. nemo qui condemnare. ſupr. hoc tit.* ita in principio iudiciorum in utramque partem oculatum oportet eſſe magiſtratum, & ne fruſtra admittat iniuſtam moleſtiam perſequi, & vt ſimul iuſtam libenter audiat. 11. Ratio eſt, quia eius eſt nolle, id eſt, denegare

actionem, qui poteſt velle, id eſt, concedere, *l. eius*
3 *eſt nolle. ſup r. hoc tit. noſtro.* Dare † enim actionem hoc loco eſt, in Judicio alicui experiundi facultatem tribuere, Judiciariam diſceptationē de negotio aliquo concedere, vel actorem ad inſtituendā actionem, ſi iuſta videbitur, admittere, *l. ſed & ſi*
4 *quis. ff. de iniuriis.* Denegare † verò eſt actorem non admittere, vel actorem à limine iudicii repellere; veluti, ſi caſus eueniant, in quibus ante vel poſt citationem apparet, ipſo iure nullam perſequendi
5 competere actionem: Verbi gratia, Titius † ineuitabili violentia compulſus eſt fateri chirographo, ſe debere Seio 100. quæ & ad Cal. Junuar. ſe ſoluturum promiſit, Seio poſtulanti datur eius nomine (à prætore) actio contra Titium, Titius excipit de violentia. Hoc in caſu, quia Judex cognoſcit iniuſtum eſſe, Seio actionem dari, denegare ei debet & poteſt, ſicut antea eidem actionem conceſſit, quia prætor ea, quæ metus cauſa fiunt, rata habere
6 non vult *l. 1. ff. de eo quod met. cauſa.* Simili modo, ſi † Sempronius Seio dedit Chirographum ſpe futuræ numerationis, quæ tamen ſecuta non eſt, tunc, ſi Seius Judicem adit, eique chirographum monſtrat, & rogat, ut actionem contra Sempronium concedat, poteſt id facere Judex ex officio. Verùm ſi Sempronius opponit Seio exceptionem non numeratæ pecuniæ, & iudex certò cognoſcit, Seii actionem eſſe iniuſtam, poteſt idem iudex, qui antea Seio actionem conceſſit, eidem viciſſim eam denegare, cum eius ſit denegare, cui is eſt dare, *ſe-*
7 *cundum hanc Regulam.* Procedit † regula ab initio, ſicut n. ab initio poteſt dare, ita etiam denegare: Secus ſi lis eſt conteſtata. Tunc n. ad finem progredi debet, vt innuit Oldendorp. *hi* . Sum-

Summaria.

In L. Nemo de domo.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Nemo de domo ſua ad locum iudicii, vel ad iudicis competentis tribunal inuitus extrahi debet.*
3 *Sua cuiq; domus tutiſſimum eſt refugium.*
4 *Satis pœna ſubit latitans, eo ipſo, quod aduerſarius interim in bonorum poſſeſſionem mittitur.*
5 *Qui mos olim fuerit in ius vocandi.*
6 *Regula procedit non tantum in domo propria, ſed etiam in aliena conducta, vel in qua gratis habitat.*
7 *Fallit primò, in cauſis criminalibus.*
8 *Secundò, in debitis fiſcalibus. Ob illa enim quis inuitus ex domo ſua extrahi debet.*
9 *Tertiò, in debitore ſuſpecto de fuga. Is enim die feriata comprehendi poteſt, multò magis igitur ex domo extrahi.*

Regvla CIII.

Nemo de domo ſua inuitus extrahi debet.

DEſumpta † eſt hæc lex ex lib. 1. Pauli Juris- 1
conſulti ad Edictum, & conueniunt cum ea *l. pleriq; ff. de in ius voc. l. ſed et ſi. ff. eod. tit. l. 1. §. habitare. ff. de his qui deiecer. l. 1. C. de prætoribus.* Docet † autem, 2
quod nemo de domo ſua ad locum Judicii, vel ad Judicis competentis tribunal inuitus extrahi debeat. Ratio eſt, quia † ſua cuique domus tutiſſi- 3
mum eſt refugium, *l. pleriq; ff. de in ius voc.* Id quod & Cicero in oratione pro domo ſua eleganter exponit, cum inquit: *Quid eſt ſanctius? quid omni religione munitius, quàm domus vniuscuiusq; ciuis? hic aræ ſunt, hic ſoli, hic dii penates, hic ſacra religionis ceremoniæ*

continentur, hoc profugium ita ſanctum eſt omnibus, vt ibi neminem abripi fas ſit. Et Quint. lib. 8. cap. 9. inquit: *quaſi Deorum aris quemq́ in domo ſua protegi.* II. Ra-
4 tio eſt, quia † ſatis pœnæ ſubit latitans eo ipſo, quod aduerſarius interim in bonorum poſſeſſionem mittitur, *l. ſatis quod. ff. de in ius voc.* Vt, Titius qui in ius vocatus eſt, latitat, ſeque ſiſtere recuſat, actor igitur petit, quia magiſtratus contemnitur & Titius eſt contumax, vt per lictorem vi ex ædibus ſuis extrahatur & ſiſtatur iudicio: quæritur, an debeat extrahi ad petitionem actoris? Et reſpondetur per hanc regulam noſtram, quod non. Etſi
5 enim olim † vſitatum erat, vt actor aduerſarium ſuum vocaret, & non lictor, & ſi non veniret in ius, obtorto eum collo ducere & rapere liceret, tamen iubebatur dimitti, ſi vocatus in domum ſuam ſe receperat, id quod hodie quoque in citationibus obtinet, vbi quis citari debet, non inui-
6 tus ex domo ſua in ius duci. Procedit † regula non tantum in domo propria, ſed etiam in aliena conducta, vel in qua gratis habitat, Cagnol. *hic num. 2.*
7 *l. 1. §. habitare. ff. de his qui deiec.* Fallit † regula I. in cauſis criminalibus, *teſte gl. per tex. in §. ſi quis verò. in Authent. vt nulli iudicium, &c.* Vbi dicitur: Judex anniti debet, vt, quomodocunque poteſt, deprehendatur & puniatur criminoſus, quia Reipubl. expedit, maleficia puniri, *l. ita vulneratus. in fine.*
8 *ff. ad l. Aquil.* II. Fallit † in debitis fiſcalibus. Ob debitum enim fiſcale quis inuitus è domo ſua extrahi poteſt, *l. 2. & ibi gl. C. de exactor. trib.* III. Fal-
9 lit † in debitore ſuſpecto de fuga. Nam ſi is die feriato apprehendi poteſt, multo magis è domo ſua extrahi debet, Iaſ. *in l. plerique. ff. de in ius vocando. num. 26.*

Digitized by Google

num 26. in qua l. plures fallentias huius regulæ videre poteſtis.

SVMMARIA.

In L. Si in duabus actionibus.

1 *Lex hæc vnde deſumpta ſit, & quanam aliæ cum illa conveniant.*

2 *Si plures actiones concurrunt, & contra aliquem competunt, in quarum vna magna ſumma pecuniæ, ſine tamen infamia, in altera vero exigua ſumma ſed ex cauſa famoſa continetur, ſemper præponenda eſt cauſa exiſtimationis & famæ, tanquam maior, cauſa pecuniaria.*

3 *Cauſa, quæ reſpicit infamiam, in dubio ſemper præſumitur grauior cauſa pecuniaria.*

4 *Quicquid in dubio ſoluitur, potius ex cauſa famoſa ſolutum, quàm ex altera præſumitur.*

5 *In dubio capitur præſumptio, vt infamia evitetur.*

6 *Fama ſemper præferenda eſt pecuniæ.*

7 *Maior & grauior eſt obligatio, quæ cum infamia eſt coniuncta, quàm alienum debitum ex empto proueniens, & ignominia vacans.*

8 *Regula procedit in actionibus, quarum altera eſt famoſa, altera vero non. Secus, ſi ambæ ſint famoſæ.*

9 *Fallit, ſi agitur de grauiori cauſa, quæ reſpicit conſeruationem vitæ ſeu membri.*

REGULA CIV.

Si in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia eſt: præponenda eſt cauſa exiſtimationis. Vbi autem æquiparantur famoſa iudicia, etſi ſummam rei diſparem habeant, pro paribus tamen accipienda ſunt.

1 DEſumpta † eſt hæc l. ex lib. 2. Vlp. Iuriſconſulti ad Edictum, & conueniunt cum ea *l. 1. cum ſeq. & l. ſi quid ff. de ſolut. l. hæ enim. §. quid ergo. ff. de*
2 *ſuſp. tutor. l ceſſat. ff. de act. & oblig.* Docet † autem, quod ſi plures actiones concurrunt, & contra aliquem competunt, in quarum vna magna ſumma pecuniæ, ſine tamen infamia: in altera verò exigua ſumma pecuniæ, ſed ex cauſa famoſa continetur, & dubitatur vtra actio ſit grauior & maior, ſemper præponenda ſit cauſa exiſtimationis & famæ, tan-
3 quam maior, cauſæ pecuniariæ. Cauſa † enim iſta quæ reſpicit infamiam, in dubio ſemper reputatur grauior cauſa pecuniaria, *l. ſi quid. in princ. de ſolut.* &
4 ob id quicquid † in dubio ſoluitur, potius ex cauſa famoſa ſolutum, quàm ex altera præſumitur, quia iudicatur à ſe remouere voluiſſe infamiam.
5 Ratio I. eſt, quia † in dubio capitur præſumptio, vt infamia euitetur, *l. hæ enim. §. quid ergo. ff. de ſuſpect. tutor.* II. Quia † fama ſemper præferenda eſt pecuniæ, *l. iuſiurandum. §. ſi procurator. ff. de iureiur.* & melius eſt bonum nomen, quam diuitiæ multæ, teſte Salomone Prouerb. 22. Vt, quoties debitor ex plu-
6 ribus cauſis vni & eidem quid debet, puta 100. ex actione tutelæ, quæ famoſa eſt, *l. 1. ff. de his qui not. infam. §. ſuſpectus. Inſt. de ſuſpect. tutor.* & 150. ex actione mutui, vel ex actione empti, nullam infamiam continente, ſi poſtea 100. ſoluerit, & dubitatur, ex qua cauſa ſoluta ſint, etſi fortè magis conſentaneũ & probabile videri poſſit, potius in ſummam maiorem, quàm in minorem ſolutum referri debere, tamen quia potior habetur pecunia, quæ ſub infamia debetur, quam quæ ex mutuo vel empto, intelligitur etiam ſolutio facta pro ea cauſa, ex qua, ſi debi-

debitor condemnaretur, fieret infamis; puta pro debito ex actione tutelæ, & non pro debito ex actione mutui, quia fama præponderat pecuniæ; & exiſtimationis iactura quouis damno pecuniario grauior cenſetur. Id quod & Vlp. *in l. ſi quid. de ſolut.* teſtatur, cum inquit: *Si quid ex cauſa famoſa & non famoſa debetur, id ſolutum videtur, quod ex cauſa famoſa debetur.* Eodem modo, ſi Titius mihi primum 100. ex empto, vel ſimili contractu, nullam famoſam actionem producente, deinde ex cauſa ſocietatis, quæ æſtimationem carpit, obligatus eſt ad 50. in cuius poſterioris debiti ſecuritatem fideiuſſorem mihi dedit idoneum Sempronium, ac paulo poſt numerat 70. neque addit, ex qua cauſa ſoluat, utrum ex cauſa empti, an ſocietatis, mortuo autem Titio, aut non ſoluendo facto, fideiuſſorem conueniat, vt 50. pro quibus fidem ſuam interpoſuit, ſoluat, quæritur an ſit compellendus, an verò Titius illa 70. dediſſe videatur ex cauſa empti, vel ſocietatis? Et quamuis videatur ſoluiſſe potius ſummam ex empto debitam, vtpote maiorem (maior enim eſt pecunia ſoluta, quàm debiti ratio, ex qua fideiuſſor datus eſt) tamen verius eſt, quod debitum ex ſocietate ſoluerit. Reuera enim maior † & grauior eſt obligatio ſeu ſumma, quæ cum 7
infamia eſt coniuncta, quam alienum debitum, ex empto proueniens & ignominia vacans, nec iudicanda eſt actio grauis ex quantitate pecuniæ, quã continet, ſed ex fama vel infamia, quæ eſt coniuncta. Semper enim actio famoſa, licet minorem pecuniæ ſummam complectatur, grauior & maior cenſetur, quam actio non famoſa, licet maiorem pecuniæ ſummam contineat. Et ob id credendum

 eſt,

eſt, Titium ſoluentem 70. ſe à duriore iudicio & famoſo liberare, fideiuſſorem ſuum ſimul ſponſioni eximere, & quod ſuperfluum eſt ſolutum, alteri debito imputari voluiſſe, idque per regulam no-
8 ſtram. Procedit † regula in actionibus, quarum altera eſt famoſa, altera verò non, Secus ſi ambæ ſint famoſæ. Licet enim illæ diſparem ſummam habeant, tamen non propterea diſcriminantur, quaſi illa grauior, hæc verò mitior habenda ſit, ſed pro paribus in dubio accipiendæ ſunt, ut probatur hic in verbis: *Vbi autem æquiparantur famoſa iudicia, etſi ſummam imparem habeant, pro paribus tamen accipien-*
9 *da ſunt.* II. Fallit, † ſi agitur de grauiori cauſa, quæ reſpicit conſeruationem vitæ ſeu membri, argumento *l. 1. ff. de bonis eorum qui mortem ſibi conſciu.* Dec. *hic, nu.* 2. Cag. *nu.* 2.

SVMMARIA.

In L. Vbicunque cauſæ.

1 *Lex hæc unde deſumpta ſit, & quænam alia cum illa conveniant.*

2 *Cauſæ, quæ cognitionem requirunt & altiorem indaginem exigunt, in iudicio peragi debent.*

Ibid. Vbi lex cognitionem exigit, ibi iudicem quoq; præſentem poſtulat.

3 *Cauſæ cognitionem deſiderant, quæ iuriſdictionis contentioſæ ſunt.*

4 *Tutor ſine decreto prætoris bona pupillorum immobilia alienare prohibetur.*

5 *Reſtitutio in integrum fieri non poteſt, niſi coram prætore vel præſide, adhibita diligenti inquiſitione cauſarum, propter quas petitur reſtitutio in integrum.*

6 *Tutoris datio, cum requirat cauſæ cognitionem, coram prætore fieri debet.*

7 *Per*

7 *Per Prætorem hodie intelligitur quiuis iudex ordinarius vel magiſtratus, qui iuriſdictioni præeſt.*
8 *Regula procedit primo, in iis, quæ cauſæ cognitionem deſiderant, ſecus, ſi ſine ſtrepitu iudiciorum perfici poſſunt.*
9 *Secundo, in iis, quæ plenam cognitionem deſiderant.*

REGVLA CV.

Vbicunque cauſæ cognitio eſt, ibi prætor deſideratur.

PAuli Juriſconſulti † eſt hæc lex, deſumpta ex 1 lib eius 1. ad Edict. & conueniunt cum ea *l.* 4. §. 3. *ff. de damn. infect. l.* 4 *ff. de iurisd. omnium Iud. l.* 26. *ff. ad municip. l. omnia quæcunq́;.* 71. *ſupra hoc tit.* Docet † 2 autem, quod eæ cauſæ, quæ cognitionem requirunt, diligens examen poſtulant, altiorem indaginem exigunt, nec effici poſſunt per libellum, vel ſummariè coram prætore, in iudicio peragi debeant, id eſt, quod iudex adeſſe debeat, qui cognoſcat de cauſis. Nam vbi lex cognitionem exigit, ibi iudicem quoque præſentem poſtulat. Sicut illud ipſum etiam Cicero *in l.* 2. *de ll.* teſtatur inquiens: *Iuris diſceptator, qui priuata iudicet iudicariue iubeat, prætor eſto.* Et Juriſconſultus noſter Paulus hic inquit: *Vbicunq́; cauſæ cognitio eſt neceſſaria, ibi prætor deſideratur.* Cauſæ † autem cognitionem deſiderant, quæ 3 iuriſdictionis contentioſæ ſunt, hoc eſt, altercatione iudiciaria pro tribunali ſolenniter excutiuntur: vt cum res eius, qui ſub tutela eſt, alienanda venit, prætor adeundus eſt, vel in prouinciis præſes, qui cauſa cognita & decreto interpoſito, alienationem eam permittat. Sine † decreto n. prætoris tutor bona 4 pupil-

Digitized by Google

pupillorum immobilia alienare prohibetur, *l. 1. §. quod ſi forte. ff. de reb. eorum qui ſub tut. & l. 2. ff. de off. eius cui &c.* hæc enim cauſa ſine cognitione & examine expediri nequit, quapropter etiam præſentiam
5 prætoris requirit. Eodem † modo in integrum reſtitutio fieri non poteſt, niſi coram prætore vel præſide, adhibita diligenti inquiſitione cauſarum, propter quas petitur reſtitutio in integrum, *l. 3. ff. de*
6 *in integrum reſtit.* Sic † etiam tutoris datio, cum requirat cauſæ cognitionem, coram prætore fieri debet, item excuſatio tutorum & curatorum, *§. qui autem excuſare. Inſt. de excuſat. tutor. & curat.* Idem eſt in cohercitione facinoroſorum, & aliis cauſis, quæ ad contentioſam pertinent iuriſdictionem, id eſt,
7 in quibus opus eſt iudiciario proceſſu. Etſi † autem hic dicitur, quod prætor deſideretur, & quod per prætorem effici debeant & poſſint eiuſmodi cauſæ, tamen cum hodie ſublata ſit maieſtas & ſplendor Imperii Romani, item dignitas & officium prætorum, ſimiliumque magiſtratuum populi Romani, per prætorem intelligimus quemuis iudicem ordinarium vel magiſtratum, qui iuriſdictioni præeſt, teſte Angelo *in §. prætorum quoq; edicta Inſt. de iure naturali.* Sicuti igitur olim prætor in eiuſmodi cauſis requirebatur, ita hodie magiſtratus ordinarius &
8 & competens. Procedit † regula in iis, quæ cauſæ cognitionem deſiderant. Secus, ſi ſine ſtrepitu iudiciorum perfici poſſunt, vt probatur *hic.* I I. Pro-
9 cedit † in iis, quæ plenam cognitionem deſiderant: Secus, ſi ſemiplenam, *gl. in l. omnia quæcunq; 71. ſupr. hoc tit.* vbi plura de hac regula videre poteſtis.

SUMMA-

SVMMARIA.

In L. Libertas inæſtimabilis.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Libertas eſt naturalis facultas viuendi, vt velis, niſi vi aut iure prohibearis: item ſummum bonum, quod nullo precio perſolui vel æſtimari poteſt.*
Ibid. Seruitus comparatur morti.
3 *Liber homo in ſtipulationem deduci non poteſt, quia æſtimatio eius præſtari non poteſt.*
4 *Nulla de libero corpore contrahitur obligatio.*
5 *Exemplum.*
6 *Obiectio, & ad eandem reſponſio.*

REGULA CVI.

Libertas inæſtimabilis res eſt.

EIusdem † Pauli Iuriſconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius ſecundo ad Edict. & conueniũt cum ea *l. non eſt ſingulis. §. infinita. & l. libertas omnibus rebus. infr. hoc tit. l. procurator. §. fin. ff. rem ratam haberi. §. pen. in verbis: cum libertas. Inſt. quibus ex cauſis manum. non licet.* Docet † autem, quod libertas, quæ eſt naturalis facultas viuendi, vt velis, niſi vi aut iure prohibearis, *l. libertas ff. de ſtatu hominum. §. 1. Inſt. de Iure perſon.* ſit ſummum bonum, quod nullo precio perſolui vel æſtimari poſſit, id eſt, ſit inæſtimabilis, vt hic Paulus loquitur, ſeu, vt Vlp. ait, infinitæ æſtimationis, *in l. non eſt ſingulis. §. fin. infr. hoc tit. noſtro.* Sicut enim ſeruitus comparatur morti, *l. ſeruitutem, infr. hoc tit.* atque adeo ipſa morte triſtior cenſetur, quia, qui eam ſeruit, non modo arbitrio ſuo caret, & pro

&pro nullo habetur, *l. quod attinet ſupr. h. t.* ſed ſæpenumerò poſſidetur ab impuro, impudico, & crudeli Domino, à quo ſingulis momentis intolerabiles iniurias, necemque ipſam reformidare cogitur, ita libertas è contra vitæ comparatur, omnique æſtimatione precioſior iudicatur, teſte Iuriſconſulto noſtro dicente: Libertas omnibus rebus fauorabilior & precioſior eſt, *l. libertas. infr. hoc tit.* Hinc
3 † eſt, quod Modeſtinus *in l. liber hom. 103. de V. O.* inquit, quod liber homo in ſtipulationem deduci non poſſit, quia æſtimatio eius præſtari non poſſit, cum ea ſola conſiſtant in obligatione, quæ pecunia lui præſtarique valent, *l. 9. §. pen. ff. de ſtatu hominis.*
4 Hinc † etiam eſt, quod nulla de corpore libero contrahatur obligatio. Libertas enim, cum ſit res inæſtimabilis, pecunia lui aut reparari nequit: id quod etiam Vlp. teſtatur inquiens; *pretii computationem pro libertate fieri non poſſe.* Et Caius inquit *in l. 3. ff. ſi quadrup. pauper.* liberum corpus æſtima-
5 tionem non recipere. Quapropter ſi † Titius promiſit ſeruum alienum, ſeruus autem poſtea à Domino eſt manumiſſus, ita vt à Titio præſtari non poſſit, quæritur, an Titius precium & æſtimationem eius præſtare teneatur? Et reſpondetur, quod non, quia liberi hominis nulla eſt æſtimatio, & ideo liberatur Titius ab omni obligatione, vt etiamſi rurſus idem fiat ſeruus, tamen ad eius præ-
6 ſtationem cogi non poſſit. Verum † dicat hic aliquis, Nonne videmus quotidie vel pro vulneribus, vel pro mutilatione membri, vel pro morte hominis liberi æſtimationem peti & perſolui, ſicut & illud probari etiam videtur *in §. is ex cuius. Inſt. de oblig. quæ ex q. del. naſ.* Sed reſpondetur, quod non fiat

fiat æſtimatio amiſſi membri, vel deformitatis, vel cicatricis in corpore, ſed curationis, amiſſionis operarum præteritarum & futurarum, nec non damnorum ex vulneribus ſeu mutilatione membrorum emergentium, teſte Mynſing. *in d.* §. *Item ex cuius cœnaculo. Inſt. eod. num.* 4. nec fiat etiam æſtimatio perempti corporis, ſed quod dicitur *in d.* §. quod is, qui interficit hominem, teneatur 50. aureos perſoluere; quod non æſtimatio corporis perempti, ſed pœna eſt, culpam deiicientis puniens. Ne enim impunè ferat is, cuius culpa liber homo occiſus eſt, leges in eum conſtituerunt pœnam 50. aureorum, Mynſing. *in d.* §. *Item is ex cuius cœnaculo*.

Summaria.

In L. Cum ſeruis.

1 *In ſeruum nulla actio inſtitui poteſt.*
2 *In ſeruum nulla cadit obligatio.*
Ibid. Vbi nulla eſt obligatio, ibi etiam nulla poteſt eſſe actio, quia actio ex obligatione, tanquam filia ex matre, deſcendit.
3 *Serui de iure ciuili pro nullis habentur.*
Ibid. Cum nullo nulla poteſt inſtitui actio, quia non entis nulla ſunt qualitates, nulla accidentia.
4 *Lis nobis nulla eſſe poteſt cum iis, quos in poteſtate habemus, præterquam de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio.*
5 *Serui ſunt in poteſtate noſtra.*
6 *Si cum ſeruo actum vel contractum eſt, non contra ſeruum, ſed contra dominum datur actio.*

Regula CVII.

Cum ſeruis nulla actio eſt.

Docet

1 DOcet † hæc Regula, quod cum ſeruo nulla ſit actio, id eſt, quod in ſeruum nulla actio inſti-
2 tui poſſit. Ratio I. quia in † ſeruum nulla cadit obligatio, *l. in perſonam 22. ſupr. hoc tit.* Vbi igitur nulla eſt obligatio, ibi & non poteſt eſſe actio, quia actio ex obligatione, tanquam filia ex matre, deſcendit,
3 *l. licet. §. ea. ff. de procurat.* II. Quia † ſerui de iure ciuili pro nullis habentur, *l. quod attinet. ſupr. hoc tit.* Cum nullo igitur nulla poteſt inſtitui ſeu eſſe actio, quia non entis nullæ ſunt qualitates vel ac-
4 cidentia. III. Quia † lis nulla nobis eſſe poteſt cum iis, quos in poteſtate habemus, præterquam de caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi peculio, *l. lis nulla. ff. de Iu-*
5 *diciis.* At ſerui † ſunt in poteſtate noſtra. Sequitur igitur, quod cum ipſis nobis non poteſt eſſe lis. Da-
6 tur † igitur actio, ſi cum ſeruo contractum eſt, non contra ſeruum, ſed contra dominum, *l. 1. ff. de noxal. action.* Hæc quomodo procedant, ſupra *in l. in perſonam. 22.* ſatis ſuperque explicatum eſt, eo igitur vos remitto.

Summaria.

In L. Fere in omnibus.

1 *Regulæ origo & concordantia.*

2 *Pœna propter ætatem vel iuuenilem vel ſenilem, item propter imprudentiam & imperitiam minui & mitigari ſolet.*

3 *Regula, quoad ætatem, procedit primò, in iudiciis. In iis enim ætati ſuccurritur.*

4 *Secundo, in publicis & criminalibus iudiciis. Impuberibus enim & infantibus ſuccurritur, præſertim ſi doli capaces deliquerunt.*

5 *Tertio, non tantum in iuuenibus, verum etiam in ſenibus.*

6 *Pœna*

6 *Pœna etiam propter imprudentiam mitigatur, & eius rei aliquot exempla. Non tamen ſemper, num. ſeq.*
7 *In delictis dolus animi, deliberatio, conſilium & propoſitum conſideratur.*
Ibid. Propoſitum & voluntas diſtinguunt maleficia.
8 *Si per ignorantiam iuris naturalis & gentium delinquitur, nulla datur venia.*
9 *Ignorantia iuris ciuilis vel poſitiui non ſemper dat veniam.*
10 *Ea quæ ſunt dubia, intricata, minusq; frequentia in iure ciuili, & ex iuſta quadam cauſa ignorari poſſunt, excuſant.*

REGVLA CVIII.

Ferè in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur.

PAuli Iuriſconſulti † eſt hæc Reg. deſumpta ex 1
lib. eius 4. ad Edict. & conueniunt cum ea *l.* 1. *C. de falſa moneta. l. infans. ff. de ſicar. c. ignorantia facti de R.I. in 6.* Docet † autem, quod propter ætatem 2
vel iuuenilem, vel ſenilem: item propter imprudentiam & imperitiam pœna plærumque minui & mitigari ſoleat. Judices enim & magiſtratus in pœnarum impoſitione rationem habere debent ætatis & imprudentiæ. Procedit † Regula, quod ad æ- 3
tatem attinet, primum in iudiciis. In iis enim ætati ſuccurritur, vt apparet in filiis & libertis. Hi enim, etſi ſine venia Judicis parentem vel patronum in ius vocant, tamen ordinaria pœna 50. aureorum, non puniuntur propter fragilitatem ætatis, *l. quamuis. ff. de in ius voc.* I I. Procedit † in publicis & cri- 4
minalibus iudiciis. Impuberibus enim & infantibus ſuccurritur & mitigatur pœna, præſertim ſi doli capaces deliquerunt. Nam ſi doli capaces non ſunt, ex delicto non obligantur, *l.* 1. §. *Impuberes. C.*

5 *de falſa moneta. l. infans. ff. de ſicariis l. pupillus. & l. 1. §.*
impuberes. ff. commodati. III. Procedit † non tantum
in iuuenibus, verum etiam in ſenibus, ſiquidem &
ætate confectis propter ſenectutem pœna mitigari
debet, vt vult Accurſ. *hic* & Dec. *num.* 5. Sicut enim
adoleſcentibus propter imbecillitatem iudicii
ſuccurritur: ita eandem ob cauſam, puta ob iudi-
cii, conſiliiq; imbecillitatē, ſenibus pœna delicto-
rum mitiganda eſt. Quod verum eſt, in ſenibus il-
6 lis, quos conſtat bonam partem & mentis & conſi-
lii amiſiſſe, *l. 2. ff. de term. mot.* Secundò etiam † pro-
pter imprudentiam mitigatur pœna, vt probatur
hic in verbis: *& imprudentiæ*, veluti, quando quid
imprudenter, inconſulto, inconſideratè, ſine dolo
& præter voluntatem noſtram factum eſt. Tunc
enim magis culpa & ruſticitate, quam dolo factum
dicitur; vt, etſi is, qui alium interficit regulariter
capite punitur, *tot. tit. ff & C. ad l. Cornel. de ſicar.* ta-
men ſi per imprudentiam quis alium interficit, or-
dinaria pœna non punitur, ſed ei ſuccurritur, vt *in
l. 4. §. 1. ff. de ſicariis* dicitur, quod mulier relegata
ſit, quæ medicamentum dedit alteri, non malo a-
nimo, ſed ad conceptionem, & mors inde ſubſe-
cuta eſt. *Et in l. Cornelia. §. cum quidam. ff. eod. tit.* di-
citur, quod quis in exilium miſſus ſit, qui homici-
dium non dolo, ſed per laſciuiam perpetrarit. Fa-
cit huc etiam *tex. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff.
de pœnis.* Vbi delictum impetu commiſſum mitius
punitur. Simili modo *in l. ſi quis id ff. de iuriſd. o-
mnium Iud.* dicitur, quod is qui dolo malo album
prætoris corrupit, pœna 50. aureorum teneatur.
Quod ſi verò per imperitiam, imprudentiam, vel
ruſticitatem id fecerit, non teneatur. Sic ſi quis in
vena-

venatione telum in feram mittendo hominem interficit, vel, ſi Sempronius iaculis, ictuque bombardæ more & loco ſolito ludens Titium interimit, imprudentiæ ſuccurrimus, & Sempronium vel venatorem à pœna ordinaria Legis Corneliæ liberamus. Ratio eſt, quia † in delictis dolum ani- 7
mi, deliberationem, conſilium & propoſitum, quorum hic nullum eſt, conſideramus, ſecundum vulgatum illud: Propoſitum & voluntas diſtinguunt maleficia, *l. qui iniuria. ff. de furt.* Imperitia tamen & ignorantia non ſemper excuſat & mitigat
pœnam. Nam † ſi per ignorantiam iuris naturalis 8
& gentium delinquitur, nulla datur venia vel in cædibus, vel in adulteriis, furtis, aliisque delictis leuioribus vel atrocioribus. In his enim & ſimilibus nemo debet prætendere ſimplicitatem, ruſticitatem, imperitiam & ignorantiam, *l. 2. & ibi gl.*
C. de in ius voc. Similiter † nec ignorantia vel impe- 9
ritia iuris ciuilis vel iuris poſitiui dat ſemper veniam, præſertim ſi ius ciuile vel pœna eius omnibus eſt nota, Ang. *in l. ex conſenſu. §. vlt. ff. de appellat.* Vt in hiſce noſtris terris feram capiens aut ceruum, tueri ſe à pœna contra tales venatores conſtituta non poteſt, licet illa ſit iuris ciuilis vel poſitiui, nec ſuccurritur tali per ruſticitatis & ignorantiæ allegationem: adeo enim notum eſt, vt nemo ſanæ mentis de eo dubitare, illudque ignorare poſſit.
Ea † autem, quæ ſunt dubia, intricata, minusque 10
frequentata in iure ciuili, & ex iuſta quadam cauſa ignorari poſſunt, excuſant, *l. properandum. §. ſine autem C. de Iudiciis.* Faber *in §. hæc autem Inſtit. de pœna tem. litig.*

REGVLA CIX.

Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere non poſſit.

EXplicata eſt hæc Lex *in l. culpa caret. 50. ſupr. hoc tit.* Quapropter nihil hic de ea addam, ſed vos eò remitto.

SVMMARIA.

In L. In eo quod.

1 *Origo & conuenientia Legis.*

2 *Minus ſemper continetur in maiore.*

3 *Regula procedit, ſi minus illud facit aliquid ad eius, quod plus eſt, conſtitutionem: ſecus, ſi minus illud ab eo, quod plus eſt, ſeparatim conſideratur.*

In §. Nemo alienæ rei.

1 *Conuenientia §. huius.*

2 *Nemo admittitur ad defendendum alium, niſi idoneè caueat, vel ſatiſdationem præſtet, iudicatum ſolui.*

3 *Regula procedit primò etiam in filio & patre. Nam licet pater defendat filium, vel filius patrem, tamen ſine ſatiſdatione idonea habilis defenſor non intelligitur.*

4 *Secundò, in procuratore, licet mandatum habeat.*

5 *Tertio, etiamſi defenſor poſſideret immobilia bona, & eſſet locupletiſſimus.*

6 *Fallit Regula primò, in cauſa criminali.*

7 *Secundò, quando defenſi poteſt doceri ex actis.*

8 *Tertio, in iis caſibus, in quibus pater defendit filium, tanquam legitimus adminiſtrator.*

9 *Expromiſſor eſt defenſor, qui alienum debitum in ſe recipit, dum promittit, ſe ſoluturum de ſuo iudicatum.*

In §. Pupillus pati.

1 *Concordantia §. huius.*

2 Sicut

Digitized by Google

2 *Sicut pupillus expreſsè vel expreſſis verbis, ſine tutorum conſenſu & authoritate, obligare nequit, ita nec tacite obligari poteſt.*

3 *Pati poſſe, eſt tacitè obligari.*

4 *Per patientiam non videtur conſentire, qui aliás conſentire non poteſt.*

5 *Pupillaris ætas, quicquid videt, ignorat.*

Ibid. Expreſſi & taciti eadem vis est atq; efficacia.

6 *Pupillus etſi ſciat & patiatur ſeruum, in peculiari merce negotiari, tamen non tenetur tributoria actione.*

7 *Si minor colonum in fundo eſſe vltra conductionis tempus patitur, non propterea denuo intelligitur locaſſe fundum.*

8 *Pupillis & minoribus non currit præſcriptio, ſed dormit.*

9 *Regula procedit, quantum ad hoc, vt pupillus non obligetur: ſed reſpectu iniuriæ pati dicitur, & propterea actione iniuriarum agere poteſt.*

10 *Fallit in pupillo, qui eſt proximus pubertati. Is enim dicitur capax furandi & iniuriæ faciendæ.*

In §. Vbi verba coniuncta.

1 *Concordantia §. huius.*

2 *In disiunctiua, vel alternatiua oratione ſufficit, vnum adimpleri.*

3 *Tres ſunt orationis ſpecies.*

4 *Oratio coniuncta eſt, quæ habet coniunctionem copulatiuam.*

5 *Disiunctiua oratio eſt, quæ per disiunctiuam coniunctionem copulatur & cohæret.*

6 *Soluta oratio eſt, quæ neq; copulatiuam neq; disiunctiuam coniunctionem habet.*

7 *Fallunt prædicta, quia interdum, vbi verba coniuncta ſunt, disiuncta oratio intelligitur: & vbi verba disiuncta ſunt, coniuncta oratio.*

In §. Mulieribus tunc.

1 *Concordantia §. huius.*

2 *Mulieribus deceptis, & non decipientibus, ſubueniendum.*

3 *Exemplum.*

4 *Regula hæc etiam in minoribus locum habet, & quomodo.*

5 *Interdum etiam fœminis, citra dolum intercedentibus, ac ſe ſuaq; pro marito obligantibus, non ſuccurritur.*

Digitized by Google

REGVLA CX.

In eo, quod plus ſit, ſemper ineſt & minus.

¶ Nemo alienæ rei expromiſſor idoneus videtur, niſi cum ſatisdatione.

¶ Pupillus pati poſſe non intelligitur.

¶ Vbi verba coniuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum.

¶ Mulieribus tunc ſuccurrendũ eſt, cum defraudantur, non vt facilius calumnientur.

1 EIusdem † Pauli JCti eſt hæc regula deſumpta ex lib. eius 6. ad Edict. habetq; multas partes, cum quarum prima conueniunt *c. plus ſemper. de R. I. in 6. l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de V. O. l. ſi ſeruus. §. quis quinq; ff.*
2 *de legat. 1. l. inter pares. §. fin. ff. de re iudic.* Docet † autem, quod minor ſumma, minor quantitas, & omne id, quod minus eſt, ſemper contineatur in maiore ſumma, maiore quantitate vel in maiore: Veluti, qui mandat, vt ſibi 100. aureis fundus ematur, is vtiq; mandaſſe intelligitur, vt 80. vel 90. ſi poſſibile eſt, ematur, *§. is qui exequitur. Inſt. de mandato.* Ratio eſt, quia minor ſumma ſemper continetur in maiore. Sic ſi ex tribus arbitris unus in quindecim, alter in decem, tertius in quinque condemnet Titium, Julianus ſcribit, quinque eſſe præſtanda, quia in hanc omnes conſenſerunt, & quia plus ſemper continet in ſe, quod minus eſt,
3 *l. diem proferre. §. ſi plures. ff de recept. arb.* Procedit † regula, ſi minus illud facit aliquid ad eius, quod

plus

plus eſt, conſtitutionem, ſicuti pars, quæ toti ineſt: Secus, ſi minus illud ab eo, quod plus eſt, ſeparatim conſideratur, Decius *hic num.* 2. Cag. *nu.* 1. Plures fallentias videre poteſtis apud Dec. *hic* & Dyn. *in c. plus ſemper. de R.I. in 6.*

§. Nemo alienæ rei.

Cum † hoc §. concurrit *l. qui rem alienam. infr. hoc* 1
tit. & §. 1. & fin. Inſtit. de ſatisdat. l. exigendi. C. de procurator. l. rectè defendi ff. de Iudiciis l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procurator. Docet † autem, quod nemo 2
admittatur ad defendendum alium, niſi idoneè caueat, vel ſatisdationem præſtet iudicatum ſolui. Nam qui alium vult defendere, cogitur ſatisdationem iudicatum ſolui præſtare, aliàs non admittitur, vt probatur *hic & in l. qui rem alienam. infr. hoc tit.* vbi dicitur, qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur. Et *in §. fin. Inſt. de ſatisdat.* dicitur: *Nemo enim ſecundum veram regulam alienæ rei ſine ſatisdatione defenſor idoneus intelligitur.* Ampliatur † hoc procedere etiam in filio & patre. 3
Nam licet pater defendat filium, vel filius patrem, tamen ſine ſatisdatione idonea habilis defenſor non intelligitur, *l. filiusfamilias. ff. qui ſatisd. cog.* II. Procedit † etiam in procuratore, haben- 4
te mandatum. Nam nec procurator, licet mandatum habeat, aliter admittitur ad defendendum, *ff. iudicat. ſolui.* III. Procedit, † etiamſi de- 5
fenſor poſſideat immobilia bona, & eſſet locupletiſſimus, *l. minor. §. fin. cum duobus ſeqq. ff. de procurator.* Mynſing. *in §. ſi vero reus. Inſtitution. de ſatisdat. num.* 3. Fallit † ſecundum Cagnolum 6

hic num. 1. in cauſa criminali. In ea enim quis ſine prædicta ſatisdatione admittitur tantum ad alle-
7 gandas cauſas abſentiæ, Dec. *hic num.* 3. II. Fallit, † quando defenſio poteſt doceri ex actis, vt dicendo: Ego compareo pro N. N. & rogo, vt tu Judex inſpicias acta hoc vel illo loco, ex quibus deinde pronuncies, Joh. Sichardus *in l. exigendi C. de procu-*
8 *rator.* III. Fallit † in iis caſibus, in quibus pater defendit filium, tanquam legitimus adminiſtrator. Tunc enim ſatisdare non tenetur, Bart. *in l. ſi filiusfamilias. ff. qui ſatisd. cog.* Vbi plures videant ſtudioſi fallentias, & in *l. exigendi C. de procurator.* Expromiſ-
9 ſor, id eſt, defenſor, † qui alienum debitum in ſe recipit, dum promittit, ſe ſoluturum de ſuo iudicatum, ſi dominus ea, quæ egit, rata non habuerit.

§. Pupillus pati.

1 Cum † hoc §. conueniunt *l. remunerandi. §. ſi paſſus ff. mandati. l. qui ad certum. ff. locati. l. 1. §. impuberes. C. de falſa moneta. l. 3. §. ſi ipſius. ff. de trib. act. l. pupillus nec*
2 *velle. & l. pupillum infr. hoc. tit.* Docet † autem, quod ſicut pupillus expreſſè vel expreſſis verbis, ſine tutorum ſuorum conſenſu & authoritate, obligare nequit, *toto tit. Inſt. de author. tutor.* ita nec tacitè ob-
3 ligari poteſt. Pati † enim poſſe, in hac Regula noſtra pro *tacitè obligari* accipitur, ut & *in l. remunerandi. §. ſi paſſus. ff. mandati.* ſumitur. Ratio 1. eſt, quia †
4 per patientiam non videtur conſentire, qui alias conſentire non poteſt, *l. ſi tibi. §. vnius. ff. de opt. leg.* Sed pupillus alias conſentire nequit, *toto tit. Inſt. de author. tutor.* Ergo nec per patientiam conſentire videtur. Licet igitur patiatur aliquid fieri pupillus, tamen ipſius patientia pro conſenſu nullo modo habe-

Digitized by Google

habetur, cum expreſſè conſentire non poſſit, ſine tutorum ſuorum authoritate. II. Quia † talis ætas, 5
quicquid videt, ignorat, *l.1.C.de falſa mon.* nec eſt capax conſilii, *l. more.§.fin.ff.de acquir. hær.* & in omnibus rebus infirmum habet iudicium, ideoque authore tutore regitur, *l.fin.ff.de manumiſſ.vind.* Vnde fit, quod cum pupillus non poſſit contrahere expreſſè, pariter nec tacitè contrahet: cum expreſſi & taciti ſit eadem vis & efficacia, DD. *in l. quod te ff. ſi cert. pet.* Quapropter † pupillus, licet ſciat & pa- 6
tiatur ſeruum in peculiari merce negociari, tamen non tenetur tributoria actione, cum pati, id eſt, conſentire vel conſenſum præbere nequeat, *l.ſed & ſeruus.§.ſed et ſi.ff.de trib. act.* Sic ſi † minor colonum 7
in fundo eſſe vltra conductionis tempus patitur, non propterea de nouo intelligitur locaſſe fundũ, cum deſit conſenſus, quo huiuſmodi contractus conualeſcunt, *l.qui ad certum.ff.locati.* Idem † re- 8
ſpondemus, ſi pupillo patiente vicinus opus nouum faciat, vel alia vtatur ſeruitute, quod propterea non ſtatim ſeruitus præſcribatur, quia illa patientia & taciturnitas pupilli pro conſenſu minimè habetur. Pati enim & conſentire non intelligitur, ob quod & generalis regula traditur, quod pupillis & minoribus non currat præſcriptio, ſed dormiat. Procedit † Regula, quantum ad hoc, ut pu- 9
pillus non obligetur: Sed reſpectu iniuriæ pati dicitur, & propterea actione iniuriarum agere poteſt, *l.illud relatum eſt.ff.de iniur.* Dec. *hic num.3.* Cag. *n.4.* Secundo † fallit in pupillo, qui eſt proximus pu- 10
bertati. Is enim dicitur capax furandi & iniuriæ faciendæ, vt probatur *in l. ſeq. hoc tit.* & à Decio *hic num.3.*

Digitized by Google

§. Vbi verba coniuncta ſunt.

1 Cum † hoc §. conueniunt *c. in alternatiuis de R. I. in 6. §. ſi eadem res duobus. Inſtitut. de legat. l. alienationis*
2 *verbum. §. oratio. & l. ſæpe. 53. ff. de V. S.* Docet † autem, quod in disiunctiua vel alternatiua oratione ſufficiat vnum adimpleri, iuxta *c. in alternatiuis. de*
3 *R. I. in 6.* Ad † hunc §. autem melius intelligendum notandum eſt tres eſſe orationis ſpecies, quædam enim oratio dicitur coniuncta, quædam disiuncta, vel alternatiua, quædam denique ſoluta.
4 Coniuncta † oratio, quæ habet coniunctionem copulatiuam: &, ac, atq;, per quam connectitur, cohæret & copulatur: vt, ſi Annam duxeris & conſul factus fueris, dabo tibi 100. Et in hac requiritur, vt vtrumq; impleatur & omnia ſimul vera ſint. Non n. ſufficit, vnum ſaltem adimpleri, ſed vtrumq;, id eſt, vt & ducas Annam, & efficiaris conſul, *l. ſi quis ita. ff. de V. O.* Id quod etiam Iuſt. noſter *in §. ſi plures. 12. Inſt. de hæred. inſtit.* teſtatur inquiens: *Si plures conditiones in inſtitutionibus aſcriptæ ſunt, ſiquidem coniuncti, vt puta, ſi illud & illud factum fuerit, omnibus parendum eſt*, id eſt, omnes adimpleri debent: *aliàs id, quod ſub conditione promiſſum eſt, non debetur.* Disiun-
5 ctiua † vel alternatiua oratio, quæ per disiunctiuam coniunctionem: Aut, ue, vel, ſiue, copulatur & cohæret; vt, ſi Annam duxeris, aut conſul factus fueris, dabo tibi 100. Et in hac ſufficit unum adimpleri. Non enim neceſſe eſt, vt vtrumq; impleatur, vt probatur *in d. c. in alternatiuis. de R. I. in 6. & in §. 12. Inſtitut. de hæred. inſtitut.* ibi: Veluti, ſi illud aut illud factum fuerit, cuilibet conditioni obtemperare ſatis eſt, id eſt, non opus eſt, ut ambæ impleantur,

tur, ſed ſufficit ad promiſſum conſequendum, ſi vna eſt impleta. Soluta † oratio eſt, quæ neque co- 6
pulatiuam coniunctionem, neque disiunctiuam habet; vt, ſi teſtarot dicit: Titius, Mæuius, Seius hæredes ſunto: & hæc vel coniuncta, vel disiuncta, ſecundum mentem proferentis accipitur, text. eſt *in l. alienationis verbum. §. oratio. ff. de V. S.* vbi dicitur: *Oratio, quæ neq; coniunctionem, neq; disiunctionem habet, ex mente pronunciantis, vel disiuncta vel coniuncta accipitur.* Si autem de proferentis mente nihil apparet, variæ ſunt gl. & DD. opiniones, vt teſtatur Cag. *hic nu.* 3. Verum Decius *hic nu.* 3. concludit, quod ſapiat naturam disiunctiuæ orationis: quod tamen Petrus Rebuffus *in d. l. alienationis verbum. §. oratio. ff. de V. S.* negat, inquiens, quod in dubio ſoluta oratio regulariter accipiatur pro coniuncta, vt eſt tex. *in l. ſæpe. 53. ff. de V. S.* Fallunt † præcedentia, quia inter- 7
dum, vbi verba coniuncta ſunt, disiuncta oratio intelligitur: & vbi verba disiuncta ſunt, coniuncta oratio, vt probatur *in l. ſæpe. 53. ff. de V. S. & in l. coniunctionem ff. eod.* Vbi ſtudioſi plura de hac materia videre poſſunt.

§. Mulieribus tunc ſuccurrendum eſt.

Cum † hoc §. conueniunt *l. 2. ff. ad Senatusconſultum Vell. & l. ſi decipiendi. ff. eod. l. ſi ſine.* & *l. in fœminis. C. ad Senatusconſultum Vell. l. ſi alterius. C. ſi minor maiorem ſe dixerit.* Docet † autem, quod mulieribus 2
1
deceptis, & non decipientibus, ſuccurrendum ſit quando defraudantur, i. decipiuntur, non quando calumniantur, id eſt, alios decipere volunt. Ratio eſt, quia infirmitas earum, non autem calliditas & dolus auxilium meretur, *l. 2. §. 1. ff. ad Senatusconſultum Vell.* Id quod prætor, qui eſt æquita-

tis

tis interpres, non fautor vel defenſor iniuriarum, ſtatuit. Cum enim videret ad calumnias mulieres ſua natura eſſe procliues, voluit, tum demum eis eſſe ſuccurrendum, cum opus haberent defenſione, non cum calumniarentur. Vnde reſponſum eſt; quod, ſi mulier decipiendi animo pro alio intercedit, cum ſciret ſe non teneri, non debeat adiuuari exceptione Senatusconſulti Velleiani, cum Senatusconſultum illud deceptis & non decipien-
3 tibus opituletur. Sic, ſi † maritus res vxoris obligauit, patientiam præſtante vxore, & volente decipere, pecunias marito mutuo dantem, dicendum eſt, quod per exceptionem Senatusconſulti Vell. non excuſetur, multo minus iuuetur, *l. ſi ſine. C. ad*
4 *Senatusconſultum Vell.* Id † quod etiam in minoribus 25. annis verum eſt. Etſi enim his inconſulta facilitate ſe obligantibus & ætatis lubrico lapſis ſuccurratur per reſtitutionem in integrum, *l. 1. C. de minorib.* tamen fallentibus & decipientibus denegatur reſtitutio, *l. 2. C. ſi minor ſe maiorem dixerit*. Interdum
5 † tamen & fœminis citra dolum & fraudem intercedentibus ac ſe ſuaque pro marito & aliis obligantibus non ſuccurritur. I. quando beneficio Senatusconſulti Vell. renunciant. II. In aliis etiam caſibus, de quibus *ſupr. in ſecunda regula*, in verbis, *pro aliis interuenire non poſſunt*, dictum eſt.

SVMMARIA.

In L. Pupillum qui.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Pupilli, licet regulariter non obligentur neq; ex delicto, neq; ex contractu, tamen ſi proximi ſunt pubertati, doli capaces eſſe dicuntur.*

3 *Puber-*

3 *Pubertati proximi qui*
4 *Regula procedit primò non tantum in furto & iniuria, ſed etiam in aliis delictis & fraudibus.*
5 *Secundò, in iuramento.*
6 *Fallit primò, ſi malitia ſupplet ætatem.*
7 *Secundo, in matrimoniis, in quibus arbitrio iudicis conceditur, arbitrari ex qualitate pueri vel puellæ, de malitia & lanugine.*
8 *Tertio, in delictis; quæ omittendo vel negligendo committuntur.*

Regula CXI.

Pupillum, qui proximus ſit pubertati, capacem eſſe, & furandi & iniuriæ faciendæ.

CAii Iuriſconſulti † eſt hæc Reg. deſumpta ex 1
lib. eius 2. ad Edict. prouinciale, habetque duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. impuberem. ff. de furtis l. hæredibus. §. Item. ff. de dolo malo. l. 4. §. de dolo. 26. ff. de doli mali & met. except.* Docet † 2
autem, quod pupilli, licet regulariter non obligentur, neque ex delicto, neque ex contractu, tamen ſi proximi ſunt pubertati, doli capaces eſſe dicantur, & ex delictis obligentur conuenirique poſſint. Ratio eſt, ſummus Reipublicæ fauor. Cum enim in delictis fictione Iuris habeantur pro puberibus & doli capacibus: Delicta autem impunita eſſe non debeant, ſequitur pupillos pubertati proximos eſſe puniendos, quamuis iuxta *l. ferè in omnibus. ſupra hoc titulo.* pœna mitigari poſſit & debeat. Iudex enim perpetuo memoriæ ſuæ infigere debet theoricam, qua traditur: Nunquam impube-

puberes capitali ſupplicio eſſe afficiendos, teſte Iulio Claro *in pract. crimin.* § *fin. quæſt.* 60. *nu.* 3. Sed fuſtigatione puniendos, *per* §. *Item finitur. Inſtit. quibus modis tut. fin.* vbi habetur, impuberes ob delicta deportari poſſe, in cuius locum hodie ſucceſſit fuſtigatio, vt *in l. ea ſola deportationis. ſupr. hoc tit.* pro-
3 batum eſt. Vocamus † autem pubertati proximos, ſecundum communem quidem DD. opinionem, maſculos à decimo anno cum dimidio ad 14. uſq; Fœminas verò à nono cum dimidio ad 12. vt notatur *per gl. in* §. *pupillus. Inſtit. de inutil. ſtip.* & per Decium *hic num.* 1. Secundum Jacobum Ræuard. verò hoc loco, item Petrum Fabrum *in l. in negotiis.* 5. *ſupr. hoc tit. n.* vocamus pubertati proximos maſculos, qui ingreſſi ſunt 13. annum, fœminas verò ingreſſas vndecimum, idque ex authoritate Servii in 8. Virg. Eclogam annotatis. Quamuis Cag. *hic n.* 4. affirmet præcedentia intelligi de ciuilibus rebus, non autem criminalibus, in quibus quis non dicatur pubertati proximus, niſi parum à pubertate, puta per 6. menſes, abſit: id quod etiam in materia delictorum videri poteſt: Cum odioſa ſemper ſunt reſtringenda, fauores verò ampliandi, *c. odia.*
4 *de R. I. in* 6. Procedit † regula non tantum in furto & iniuria, ſed etiam in aliis delictis & fraudibus, *l. hæredib.* §. *Item. ff. de dolo malo, l. impuberem ff. de furt.*
5 II. Procedit † in iuramento. Nam ex iuramento non ſecus obligamus atque ex delicto, *Bart. in Au-*
6 *thent. Sacrament. C. ſi aduerſ. vendit.* Fallit I. ſi † malitia ſupplet ætatem, quia tunc etiamſi ſit minor annis 10. pubertati tamen proximus cenſetur, quia doli capax eſt, Angel. *in d.* §. *pupillus. Inſtit. de inutil.*
7 *ſtip.* Cag. *hic num.* 2. II. Fallit † in matrimoniis, in qui-

Digitized by Google

quibus arbitrio Judicis conceditur arbitrari ex qualitate pueri, vel puellæ de malitia & ſanguine, Cag. *hic num. 6.* III. In † delictis, quæ omittendo 8
vel negligendo committuntur: Veluti, ſi pupillus coniurationem, contra Dominum ab aliis inſtitutam, non patefacit, vel ſi adulterinam monetam in ſuis ædibus cudi permittit. In his enim pœna eum vacare noluit Gomezius *tomo. 3. cap. 1. num. 59. per l. 2. C. ſi aduerſ. vendit.*

§. In hæredem.

Hæc ſecunda pars, quæ docet, quod actiones pœnales non tranſeant in hæredem, niſi lis cum defuncto ſit conteſtata, vel niſi aliquid ex delicto ad hęredes peruenerit: quoniam pœna manere debet ſuos authores, & nemo ex alterius delicto puniri, vel alterius odio prægrauari debet, explicata eſt *in l. ſicuti pœna. 38. & in l. toties. 44. ſupr. hoc noſtro tit.*

REGULA CXII.

Nihil intereſt, ipſo iure quis actionem non habeat: an per exceptionem infirmetur.

HÆc regula, quæ docet, quod paria ſint in iure, omnino nullam habere actionem, quam inſtituamus, vel habere quidem, ſed inefficacem, & quæ per exceptionem legitimam elidi poteſt, *in l. non videtur. 13. ſupr. hoc tit.* explicata eſt, quo in loco explicationem eius videre poteſtis.

SVMMA-

SVMMARIA.

In L. In toto & pars.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Sicut is, qui plus habet, cenſetur quoq; habere minus: ita etiam qui totum habet, & partem habere intelligitur.*
3 *Exemplum.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Regula procedit in toto integrali.*
6 *Item in toto vniuerſali.*
7 *Legatis alimentis, cibaria, veſtimenta & habitatio legata intelliguntur.*
8 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
9 *In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.*
10 *Regula fallit in mandato. Nam licet mandatum ſit generale, tamen non intelligitur facta poteſtas donandi.*

REGVLA CXIII.

In toto & pars continetur.

1 CAii Juriſconſulti † eſt hæc lex, deſumpta ex lib. 3. ad Edict. prouinc. & conueniunt cum ea *l. ſemper in generalibus. infr. hoc tit. l. in eo quod plus. &*
2 *l. non dicitur c. in toto. de R. I. in 6.* Docet † autem, quod ſicut is, qui plus habet, cenſetur quoque habere minus, vt *in l. in eo. ſupr. hoc tit.* probatum eſt: ita quoque qui totum habet, partem habere intelligatur, & qui totum petiit, partem quoque petiiſſe dicendus ſit, & qui à toto remotus eſt, à qualibet etiam eius parte remotus videatur. Ratio eſt, quia pars in toto continetur, & quia appellatione rei pars comprehenditur, *l. appellatione rei. de V. S.* Vnde

Vnde ſi quis † fundum petiit, & ſententia lata à 3
petitione repulſus fuit, mox fructus aut arbores
exciſas ex eodem fundo petat, obſtabit ei exceptio
rei iudicatæ, quia cùm totum petierit, videtur etiã
omnes eius partes petiiſſe; & cum à toto ſit repulſus,
videtur & ab omni eius parte remotus. Sic ſi † 4
domum petiero; & aduerſarius meus abſoluitur
ab intentione mea, ego poſtea verò aream, vel tigna,
vel lapides, ex eadem cauſa petam, qua antea
domum totam poſtulaui; ſubmoueri poſſum per
exceptionem rei iudicatæ, quia in toto pars continetur,
& cùm à tota domo repulſus ſim, videor &
remotus à qualibet eius parte; ſiquidem ſententia
ſuper toto lata, cenſetur etiam lata ſuper partibus,
l. ſi quis. ff. de except. rei iud. Et ſic quod iuris eſt in toto,
iuris quoque eſt in qualibet eius parte, *l. quæ de
tota. ff. de rei vindic.* Procedit † regula primùm in to- 5
to integrali, quod eſt integrum quoddam ex contingentibus,
hoc eſt, ex pluribus inter ſe cohærentibus
conſtans: veluti, ædificiũ, domus, nauis, &c.
l. rerum. ff. de vſucap. II. Procedit † in toto vniuerſali; 6
ſicut & genus multas ſub ſe ſpecies continens.
Nam de hoc ita loquitur Juriſconſultus *in l. ſemper
infr. hoc tit.* Semper ſpecialia generalibus inſunt.
Legatis † itaque alimentis, tanquam totum vni- 7
uerſale, debentur certè cibaria, veſtimenta; & habitatio,
ad alimenta pertinentia; *l. legatis. ff. de admi.
legat.* Sic ſi † lex generaliter fauore dotis mulierem 8
præponit creditoribus omnibus mariti; *l. aſsiduis.
C. qui potior. in pig.* videtur non tantum poſterioribus,
ſed & prioribus, non ſolum chirographariis;
ſed & hypothecariis eam præferri. Nam qui omne
dicit, nihil excludit, *l. Iulianus. ff. de legat. 3.* Fallit † 9

hæc regula noſtra in quibusdam, de quibus dicitur: In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus, *c. in generali conceßione*, *& ibi* Dyn. *de* R.I. *in* 6. ll.
10 Fallit † in mandato. Nam licet mandatum ſit generale, tamen non intelligitur facta poteſtas donandi, *l.* 4. C. *de nouat.* Quomodo porro à toto ad partem, & contra, argumenta ſumantur, docet Euerhard. *in top. ſuis, in loco à toto ad partem*, quem videre poteſtis.

REGULA CXIV.

In obſcuris inſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet.

HÆc Regula quomodo intelligenda ſit & quomodo in obſcuris procedendum, dictum eſt *in l. in obſcuris.* 9. *& in l. ſemper in ſtipulationibus.* 34. *ſupr. hoc tit. noſtro.* Ibi igitur eius explicationem, ſenſum & intellectum videre poteſtis.

SUMMARIA.

In L. *Si* quis obligatione.

1 *Origo & concordantia Legis.*
2 *Paria ſunt pecuniam accipere, vel ab obligatione liberari.*
3 *Exemplum.*
4 *Regula procedit primò, quando ex tali liberatione aliquid commoditatis ad nos redundat, ſecus ſi nihil.*
5 *Secundò, in debito liquido & certo, ſecus in illiquido & dubio.*

REGV.

Regula CXV.

Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe.

¶Non poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoueri.

DEſumpta † eſt hæc l. ex lib. 10. ad Edict. Pauli 1
Iuriſconſulti, habetq; duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. quin etiam. 2. ff. de calumnia. l. ſi mulier. ff. de condict. cauſa data. l. ſi fundum.* 81. §. *Titio. ff. de legat.* 1. *l. quærebatur. ff. ad l. Falcid.* Docet † autem, 2
quod is videatur aliquid accepiſſe, qui ab obligatione, qua obſtrictus erat aliis, liberatur. Vel quod paria ſint, pecuniam accipere, vel ab obligatione liberari. Nam ſi ego alicui ſum obligatus in 100. & ab illis vel per acceptilationem, vel per donationem, vel per reſtitutionem, aut reſciſſionem chirographi vel alio quocunque modo liberor, perinde eſt, ac ſi 100. illa à te accepiſſem, quia dare & remittere alicui aliquid, æquiparantur, *tex. eſt in l. ſi fundum.* 81. §. *Titio. ff. de leg.* 1. Vt, ſi † Titius mihi 3
debet 100. & ego faciens teſtamentum ei lego liberationem, perinde eſt, ac ſi accepiſſet à me 100. vt probatur *in §. ſi quis debitori. Inſt. de legat.* Procedit † regula, quando ex tali liberatione vel remiſſione 4
aliquid commoditatis, aut vtilitatis ad nos redundat: ſecus ſi nullum commodum nobis acquiritur, vt quia exceptio fori declinatoria remittitur, Decius *hic num.* 2. II. Procedit † in debito liquido & 5
certo: Secus, in non liquido & dubio, Decius *hic n.* 3. apud quem plures fallentias videre poteſtis.

§. Non poteſt videri.

Hæc ſecunda pars regulę, quod is per ſtipulationem nihil ſibi acquiſiuerit, qui per exceptionem ſubmoueri poteſt, declarata eſt *in l. non videtur cepiſſe. 13. hoc noſtro tit.*

SVMMARIA.

In L. Nihil conſenſui.

1 *Lex hæc vnde deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa conueniant.*

2 *Libera voluntas ad conſenſum, quo iudicia bonæ fidei conſtant, neceſſaria eſt, illiq; contraria ſunt vis & metus.*

3 *Emptio Venditio, Locatio-conductio, & ſimiles contractus conſenſu fiunt & conſtant, ſuumq; eſſe ex conſenſu habent.*

4 *Qui per metum pollicitationis cautionem ab aliquo expreſſit, contra eum aut actio pro reſtitutione poſtulanda, aut exceptio aduerſus petentem datur.*

5 *Regula procedit non tantum in metu & vi, ſed etiam in errore. Nam ſicut conſenſui contrarius eſt metus & vis: ita etiam error.*

6 *Item in metu atroci, & tali, qui cadere poteſt in hominem conſtantiſſimum.*

Ibid. Vani timoris nulla eſt excuſatio.

7 *Regula ſæpe fallit in emptione, & quomodo.*

In §. Non capitur.

1 *Conuenientia §. huius.*

2 *Illi decepti non videntur, qui ius publicum ſequuntur.*

Ibid. Lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, & prohibens inhoneſta, dolos & deceptiones, quantum fieri poteſt.

3 *Exemplum Regulæ in minore.*

4 *Si minor vxori donationem propter nuptias iuſta moderatione offert, quia ius commune ſequitur, non videtur eſſe captus, & ob id in integrum reſtitui non poteſt.*

5 *In emendo & vendendo naturaliter conceſſum eſt id, quod pluris eſt, minoris emere, & quod minoris eſt, pluris vendere.*

6 Duo

6 *Duo neceſſaria ſunt, vt reſtitutio in integrum locum habeat. I. quod probet ſe eſſe minorem II. quod facilitate ſua læſus ſit. Quibus additur & III. quod ſcilicet enormiter læſus ſit.*

7 *Maioribus etiam circumuentis, cauſa cognita, doli mali iudicio ſubuenitur.*

8 *Regula fallit primo, ſi vltra dimidium iuſti pretii quis eſt deceptus.*

9 *Secundò, ſi deceptus dolum interueniſſe probauerit.*

REGULA CXVI.

Nihil conſenſui tam contrarium eſt (qui & bonæ fidei iudicia ſuſtinet) quàm vis atque metus, quem comprobare, contra bonos mores eſt.

¶Non capitur, qui Jus publicum ſequitur.

DEſumpta † eſt hæc Lex ex lib. 11. ad Edict. 1
Vlp. Juriſconſulti; habetque tres partes, cum quarum prima conueniunt *totus tit. ff. quod metus cauſa. l. vani. infr. hoc tit. l. in omnibus pro facto. ſupra hoc tit.* Docet † autem, quod libera volũtas ad conſen- 2
ſum, quo iudicia bonæ fidei conſtant, neceſſaria ſit, & quod illi contraria ſint vis atque metus: vel, quod liber conſenſus bonæ fidei contractus conſtituat: Vis verò atque metus eoſdem deſtruat: vel, quod liber conſenſus requiratur in bonæ fidei contractibus, tanquam cauſa efficiens, qui, ſi impediatur vi atque metu, contractum infirmet atq; inualidet: Verbi gratia, Emptio-Venditio, † lo- 3
catio-conductio & ſimiles contractus conſenſu fiunt & conſtant, ſuumque eſſe ex conſenſu habent, §. *actionum autem. Inſtit. de action.* Si vero per vim vel metum facti vel celebrati ſunt, ipſo iure inuali-

inualidi cenſentur, quia metus & vis vitiant hoſce contractus, *l. inuitum. C. de contrah. empt. l. nec emere. C. de Iure delib. l. quamuis C. de pign. act.* Sic † qui per
4 metum pollicitationis cautionem ab aliquo expreſſerit, contra eum, inquit Vlpianus, ex Diui Seueri Imp. reſcripto aut actionem pro reſtitutione poſtulanda, aut exceptionem aduerſus petentem dari, *l. metum autem. 9. §. ſed quod prætor. ff. quod metus cauſa.* Et in ſumma ei, qui vi aut metu negocium contrahere coactus eſt, nihil officit contractus, cum ſit contra bonos mores, eum contractum, qui ex libera animi voluntate proficiſci debet, metu vel vi fieri, quæ in Republica maximè fugienda eſt. Et prætor *in l. 1. ff. quod met. cauſ.* inquit: *Quod vi metuuè geſtum eſt, ratum non habebo, cum ſit contra bonos*
5 *mores, id comprobare.* Procedit † regula non tantum in metu & vi, ſed etiam in errore. Nam ſicuti conſenſui contrarius eſt metus & vis: ita etiam error, *l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omnium Iud.* Non enim conſentiunt in hunc vel illum contractum, qui errant, vt probatur *hic in verſ. non videntur, qui errant,*
6 *conſentire.* Cag. *hic. num.* 1. I I. Procedit † in metu atroci, & tali, qui cadere poteſt in hominem conſtantiſſimum, *l. 3. §. cum accipimus. & l. metum. ff. quod metus cauſa.* Nam vani timoris nulla eſt excuſatio, *l. vani. infr. hoc tit.* Qui metus autem dicatur vanus & leuis, & qui atrox, ſupra diximus *in l. in omnibus*
7 *pro facto. 39. hoc tit.* Fallit † hæc Regula ſæpe in emptione. Nam licet regulariter quis non teneatur emere vel vendere, tamen reperiuntur caſus nonnulli, in quibus quis cogitur vendere vel emere: de quibus videre poteſtis Mynſing. *in §. fin. Inſtit. de donat. nu. 6.*

§. Non

Digitized by Google

§. Non capitur.

Cum † hoc §. conueniunt *l. non videtur.* C. *de in integ. reſtit. l. verum.* §. *reſtituitur. ff. de minoribus. l. nam poſteaquam* §. *ſi minor. ff. de iureiur. l.* 1. C. *de his qui veniam ætat. imp.* Docet † autem, quod illi decepti non videantur, qui ius publicum ſequuntur, id eſt, cum quibus agitur ſecundum ius ciuile, prætoriũ, vel naturale, illi ſe deceptos eſſe conqueri non poſſunt. Ratio eſt, quia lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta & prohibens inhoneſta, dolos & deceptiones, quantum fieri poteſt, *l.* 1. *&* 2. *ff. de Legibus. & l. leges ſacratiſſimæ.* C. *eod.* Non igitur decipiuntur, qui ſequuntur ius publicum, vel leges, vel qui celebrant contractus, prout iura & leges volunt, & ideo non omnibus læſis ſuccurritur, ſed tantum illis, qui ſe contra leges & iura captos eſſe probant. Itaque † ſi minor ſeruum ſibi neceſſarium comparauit, qui mox deceſſit, aduerſus emptionem non reſtituitur, cum non ſit captus emendo rem neceſſariam, licet fato expoſitam; *l. verum.* §. *ſciendum eſt. ff. de minor.* Quia non reſtituitur, qui ſobriè ſuam rem adminiſtrans, occaſione damni, non inconſulto, ſed fato accidentis velit reſtitui, cum non euentus damni reſtitutionem indulgeat, ſed inconſulta facilitas, *d. l. verum.* §. *ſciendum. ff. de minor.* Sic † ſi minor vxori donationem propter nuptias iuſta moderatione offert, quia ius commune ſequitur, non videtur eſſe captus, *l.* 1. C. *ſi aduerſ. donationem &c.* & ob id reſtitui in integrum non poteſt. Sic Paulus † ait, in emendo & vendendo naturaliter conceſſum eſſe id quod pluris eſt, minoris emere, & quod minoris eſt, pluris vendere, *l.* 22. §. 3.

1 2 3 4 5

ff.locati. Quod & ipſum etiam Vlpian. tradit *in l.16. ff.de minor.* Si igitur hoc modo læſum ſe eſſe dicit minor, & ob id reſtitui cupit, quæritur an ſit reſtituendus? Et reſpondetur, quod non, quia is non capitur, qui ius publicum ſequitur, atteſtante hac regula noſtra. Idem & Seneca lib. 5. controuerſiarum teſtatur inquiens: *Non poſſum domum habere, niſi hic emero, nulla alia venalis eſt: hanc occaſionem videt venditor, & premit, non tamen reſcindes hanc emptionem, alias in infinitū excederet calumnia.*
6 Et † hinc eſt, quod Decius *hic num.* 2. item Cag. *nu.* 2. duo neceſſaria eſſe dicant, vt reſtitutio in integrum locum habeat. Primò quod probet ſe eſſe minorem. Secundò, quod facilitate ſua læſus ſit, *l.verum.ff. de minor.* quibus additur & tertium, nimirum, quod enormiter læſus ſit. Nam propter exiguam ſummam & læſionem non facilè reſtitutio conceditur, teſte Weſemb. *in parat. de in integ. reſtit. num.5.verſ.materia ſunt res maioris momenti.*
7 Porro † etſi hic §. ad minores 25. annis refertur, ad eos tamen etiam pertinet, qui maiores ſunt. Nam & maioribus, vel diuiſione perperam facta, vel venditione, aliove contractus genere circumuentis, cauſa cognita, doli mali iudicio ſubuenitur, *l. in contractibus. C. ex quibus cauſis maior.l. & eleganter. ff. de dolo malo.* Si autem iuris regulam ſequuntur, & ſecundum eam negocium contrahunt, non videntur læſi. Vnde venditor in precio deceptus, niſi dolum interueniſſe probauerit, non reſtituitur, *l. cauſa cognitio. ff. de minor.*
8 Fallit † regula, ſi vltra dimidium iuſti precii quis eſt deceptus, *l. rem maioris. C. de reſcind. vend.*
9 II. Fallit, † ſi dolum interueniſſe probauerit deceptus, *l. & eleganter.ff.de dolo malo.l.1.ff.ex quibus cauſis maior.*

SUM-

SVMMARIA.

In §. Non videntur.

1 *Quæ leges cum hoc §. conueniant.*
2 *Contractus æquè infirmatur & destruitur per errorem, atq; per vim & metum.*
3 *Non conſentiunt, qui errant.*
4 *Conſenſus nihil eſt aliud, quàm duorum in idem conſentientium conſpiratio.*
5 *Errantis nulla eſt voluntas.*
6 *Errans non habet conſenſum.*
7 *Si per errorem & imperitiam quis deceptus, vicinum ſuum nouum opus facere paſſus eſt, ex quo ei aqua pluuia noceat, non videtur conſenſiſſe, vt ab actione aquæ pluuiæ arcendæ debeat abſtinere.*
8 *Non videtur iudicium prorogaſſe, hoc eſt, in alium iudicem conſenſiſſe, qui putat ſe eius iuriſdictionis eſſe, cuius tamen non eſt.*
9 *Forum ſine conſenſu eorum, qui id ſciunt, non prorogatur.*
10 *Regula procedit primò, in matrimonio. In eo enim error perſonæ & conditionis vitiat matrimonium.*
11 *Secundò, in hæredis inſtitutione. Nam ſi erratum eſt circa perſonam hæredis, vitiatur inſtitutio.*
12 *Tertiò, in errore nominis appellatiui. Ille enim error ſemper vitiat diſpoſitionem.*
13 *Quartò, in errore corporis, vel rei legatæ. Nam ſi erratur in re legata, vitiatur legatum: ſecus, ſi in nomine legati.*
14 *Quintò, in errore iuris, ſiquidem facti, non iuris, error eſt tolerabilis.*
15 *Fallit primò, in errore nominis, pronominis, cognominis & agnominis.*
16 *Secundò, in errore qualitatis & fortunæ. Ille enim non diſſoluit matrimonium.*
17 *Tertiò, in errore facti. Nam error facti alieni non impedit uſucapionem.*

§. Non videntur,

Non videntur conſentire, qui errant.

Cum † hoc §. conueniunt *l. ſi per errorem. ff. de iuris dict.* 1

riſdict.omnium Iud.l.2.ff.de Iudic. l.non idcirco. C. *de iur.*
2 *& facti igno.l.ſed hoc ita.ff.de aqu.plu.arc.* Docet † autem breuiter, quod non tantum vis atque metus conſenſui ſit contrarius, & contractus, in quibus conſenſus requiritur, deſtruat & infirmet, ſed & error, hoc eſt, quod contractus æque infirmetur & deſtruatur per errorem atque per vim, & me-
3 tum. Ratio I. eſt, quia † non conſentiunt qui er-
4 rant. II. Quia † conſenſus eſt nihil aliud, quàm duorum in idem conſentientium conſpiratio, *l.1. ff.de pact.* quod in errore, vbi in diuerſas partes voluntates agentium diſcedunt, non contingit, *l.ſi ego*
5 *ff.ſi cert.petat.* Vnde dicitur: Errantis † nulla eſt vo-
6 luntas, *l.ſed hoc ita.ff.de aqu.plu.arc.* Item, Errans † non habet conſenſum, *l.2.ff.de iudiciis*, veluti, ſi
7 † per errorem & imperitiam quis deceptus, vicinum ſuum nouum opus facere paſſus eſt, ex quo ei aqua pluuia noceat, non videtur conſenſiſſe, vt ab actione aquæ pluuiæ arcendæ debeat abſtinere, cum errantis nulla ſit voluntas, *l.Labeo ait.l.ſed hoc*
8 *ita.ff de aqu.plu.arc.* Sic, non † videtur iudicium prorogaſſe, hoc eſt, in alium iudicem conſenſiſſe, qui putat ſe eius iuriſdictionis eſſe, cuius tamen non
9 eſt, cum forum † ſine conſenſu eorum, qui id ſciũt, non prorogetur, *l.ſi per errorem.ff. de iurud.omnium*
10 *iud.l.conſenſiſſe.ff.de iudiciis.* Procedit † regula I. in matrimonio. In eo enim error perſonæ & conditionis vitiat matrimonium, veluti, ſi quis putat ſe ducere Annam, cum ducat Catharinam: vel putat, ſe ducere liberam, cum ducat ſeruam, *c. unico, diſt.*
11 4. II. In † hæredis inſtitutione. Nam ſi erratum eſt circa perſonam hæredis, vitiatur inſtitutio. *l.quo-*
12 *ties.ff.de hæred.inſtit.* III. Procedit † in errore nominis

nis appellatiui. Ille enim error ſemper vitiat diſpoſitionem; veluti, ſi pro equo nomino bouem, niſi fortè ſint talia nomina appellatiua, quæ habent proximitatem & cognationem invicem, vt ſi librum appello chartam vel codicem, *l. librorum. §. quod tamē Caßius. ff. de legat.* 3. qua de re plura videantur apud Mynſing. §. *ſiquidem in nomine. Inſtit. de legat. nu.* 10. *cum ſeqq.* IV. Procedit † in errore corpo- 13
ris vel rei legatæ. Nam ſi erratur in re legata, vitiatur legatum, ſecus ſi in nomine legati, *l.* 4. *in princ. ff. de leg.* 1. V. Procedit † in errore iuris: ſiquidem fa- 14
cti, non iuris error eſt tolerabilis, *l. error. C. de Iur. & facti ign.* Fallit I. in † errore nominis, pronominis, 15
cognominis, & agnominis, §. *ſiquidem nomine. Inſtit. de legat.* & ibi Mynſing. & Schneid. II. Fallit † in er- 16
rore qualitatis & fortunæ. Nam ille non diſſoluit matrimonium, Melancht. *in libello de coniugio, quæſt. de errore.* III. Fallit † in errore facti. Nam error facti 17
alieni non impedit vſucapionem, Mynſing. *in §. ſed tamen aliquando, Inſtit. de uſucap. num.* 1.

Summaria.

In L. Prætor bonorum.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Bonorum poſſeſſores habentur loco hæredum.*
Ibid. *Quicquid hæredi incumbit, vt faciat, vel non faciat, à bonorum quoq; poſſeſſore non eſt alienum.*
3 *Bonorum poſſeſſores loco hæredum ſunt, & quodammodo hæredes appellantur.*
4 *Exemplum.*
5 *Quemadmodum hæres repræſentat perſonam defuncti, & ad omnia onera & æs alienum aſtringitur, ad quæ defunctus, ita quoq; bonorum poſſeſſor.*

6 Libe-

6 *Libellus de hærede loquens, ſaluari etiam poteſt in bonorum poſſeſſore.*

7 *Statutum loquens de hærede obtinet etiam in bonorum poſſeſſore.*

8 *Sicut hæres ſuccedit in omne ius defuncti, ita & bonorum poſſeſſor.*

9 *Homo diſponens de hærede, videtur etiam diſpoſuiſſe de bonorum poſſeſſore.*

10 *Regula fallit in iis, in quibus non eſt omnimoda paritas, & eadem ratio inter hæredes & bonorum poſſeſſores, inter hæreditatem & bonorum poſſeſſionem.*

REGVLA CXVII.

Prætor bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet.

1 EX † Pauli Iuriſconſulti lib. 11. ad Edict. deſumpta eſt hæc Regula; & habet concordantes *tex. in l. 2. l. 3. §. 2. & §. 5. ff. de bonorum poſſeſſ. in l. in conditionibus. §. ſi patronus. ff. de condit. & demonſt. in l.*
2 *5. de alienatione iud. mut. cauſa facta.* Docet † autem, quod bonorum poſſeſſores habeantur loco hæredum, & quod bonorum poſſeſſores ſint vice hæredum. Nam quos ius ciuile hæredes nominat, eos Jus prætorium, vel prætor appellat bonorum poſſeſſores. Bonorum enim poſſeſſores prætor vice hæredum habet, adeo vt perinde ſit, ex iure ciuili, eſſe hæredem factum, atque ex iure prætorio bonorum poſſeſſorem, quia vterque ſucceſſionis emolumentum conſequitur: ille per directam rationem, hic verò per vtilem, *l. 1. & 2. ff. de bon. poſſeſſ.* Vnde factum eſt, vt, quicquid hæredi incumbit, vt faciat, vel non faciat, à bonorum quoque poſ-
3 ſeſſore alienum non ſit, & econtra. Quare † ſi pater

ter mandauit filio, vt bonorum poſſeſſionem peteret, ipſe verò adiit hæreditatem, eamque non edictali petitione, ſed aditione, quæ iuris ciuilis eſt, conſequi voluit, mandato patris nihilominus ſatisfeciſſe intelligitur, *l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi. ff. de acquir. hæred.* Ratio eſt, quia bonorum poſſeſſores loco hæredum ſunt, & quodammodo hæredes appellantur tanquam qui vno quaſi iure cum hæredibus cenſentur, Bald. *in l. 1. C. vnde liberi.* Sic † ſi dicitur; Titius, ſi hæres erit meus, dabit Sempronio 100. Titius autem non vult adire hæreditatem ex iure ciuili, ſed eam conſequi Edictali petitione; quæritur, an nihilominus Sempronio 100. dare teneatur? Et reſpondetur quod ſic, quia conditio illa: *Si hæres meus erit*; verificatur etiam in bonorum poſſeſſore, cum bonorum poſſeſſor hæredis vicem ſuſtineat, *l. in conditionibus. §. hac ſcriptura, ff. de condit. & demonſt.* Sic quemadmodum † hæres repræſentat perſonam defuncti, & ad omnia onera & æs alienum aſtringitur, ad quæ defunctus, ita quoque bonorum poſſeſſor, alias enim loco hæredis non eſſet. Procedit † regula I. in libello. Libellus enim, de hærede loquens, ſaluari etiam poteſt in bonorum poſſeſſore. II. Procedit † in ſtatuto, vel materia ſtricte intelligenda: Siquidem ſtatutum, loquens de hærede, obtinet etiam in bonorum poſſeſſore, Dec. *hic num. 2. & 4.* Cag. *num. 3. & 4.* III. Procedit † quoad bona; ſicut enim hæres ſuccedit in omne ius defuncti: ita & bonorum poſſeſſor, *toto tit. Inſt. de bon. poſſeſſ.* IV. Procedit † in diſpoſitione hominis. Homo enim diſponens de hærede, videtur etiam diſpoſuiſſe de bonorum poſſeſſore, *l. fin. ff. mandati.* Cag. *hic n. 6.* Fallit † regula

(margin numbers: 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10)

gula in iis, in quibus non eſt omnimoda paritas & eadem ratio inter hæredes, & bonorum poſſeſſores: inter hæreditatem, & bonorum poſſeſſionem, Cag. *hic num. 6. & 9.* In quibus autem differant, docet idem Cag. *hic num. 13. cum ſeqq.* item Myniing. *in princ. Inſtit. de bonorum poſſ. num. 9. & in §. vos autem. num. 2. & ſeqq. Inſtit. eod.*

SVMMARIA.
In L. Qui in ſeruitute.

1 *Origo legis & conuenientia.*

2 *Is, qui in ſeruitute eſt, nullam rem uſucapere & præſcribere poteſt. Ratio, quia in uſucapione requiritur poſſeſſio, adeo ut ſine poſſeſſione uſucapio non procedat.*

Ibid. Deficiente poſſeſſione & præſcriptionem deficere neceſſe eſt.

3 *Liber homo etiam, qui bona fide ſeruit, poſſidendo uſucapere nequit, cum non aliter poſſideatur atq; ſeruus.*

4 *Sic & qui apud hoſtes eſt.*

5 *Seruum domino uſucapionem, vel longi temporis poſſeſſionem acquirere poſſe conſtat, cum non ſolum proprietas rei per eos, quos in poteſtate habemus, nobis acquiratur, ſed & poſſeſſio.*

6 *Regula procedit in poteſtate eiuſdem ſpeciei & qualitatis, ſicut in poteſtate ſeparata ab illa, in qua eſt ipſe, qui uſucapere conatur.*

REGVLA CXVIII.

Qui in ſeruitute eſt, uſucapere non poteſt: nam cum poſſideatur, poſſidere non videtur.

1 VLpiani Juriſconſulti † eſt hæc lex, deſumpta ex lib. eius 12. ad Edict. & conueniunt cum ea

l. homo

l.homo liber.54.§.quicquid.ff.de acquir.rer.dom in.l.ſic eueniet.ff.de adulter.c.ſine poſſeßione.de R.I.in 6.l.ſine poſſeßione.ff.de vſucap. Docet † autem, quod is, qui in ſeruitute eſt, vt ſunt ſerui, nullam rem vſucapere & præſcribere poſſit. Ratio hæc additur, quia in vſucapione requiritur poſſeſſio, adeo vt ſine poſſeſſione vſucapio non procedat, *c.ſine poſſeßione.de R.I.in 6.d.l.ſine poſſeßione.* Sed ſeruus, qui eſt in poteſtate domini, non videtur poſſidere rem aliquam, cum ipſe à Domino ſuo poſſideatur, & ob id nihil poſſidere poſſit, vt probatur *hic, & in d.l.homo liber.§.quicquid.& d.l.eueniet.ff.de adulter.* Ergo cum non videatur poſſidere, & poſſeſſio de neceſſitate requiratur ad vſucapionem, vſucapere etiam cenſendus non eſt, vt probatur *in dictis ll.* Veluti Sempronius ſeruus agrum, vel hortum, vel aliquid aliud ex cauſa donationis vltra tempus conſtitutum vſurpauit, quam rem cum Dominus vendicaret, oppoſuit ei ſeruus exceptionem præſcriptionis: contra verò Dominus replicauit, ſeruum vſucapiendi Jus non habere, cum ab alio poſſideatur, & ob id rem illam vſucapere non potuiſſet, quæritur, quid Juris? Et reſpondetur per hanc l.noſtram, quod ſeruus licet agrum iſtum vſurpauerit vltra tempus conſtitutum, non tamen vſucaperit, quia ſeruus ab alio poſſidetur, & ob id poſſidere ipſe rem aliquam non dicitur. Cum autem vſupacio ſine poſſeſſione non procedat, in ſeruo autem nulla cenſeatur poſſeſſio agri, nulla etiam præſcriptio. Deficiente enim poſſeſſione & præſcriptionem deficere neceſſe eſt, *l.ſine poſſeßione.25.ff.de vſucapionib.& vſurpationib.c.ſine poſſeßione, de R.I.in 6.* Hoc † idem Modeſtinus *in l.homo liber.54.§.quic-* 3

quid

quid.ff.de acquir. rer. dom. ad liberum quoque hominem transfert, qui bona fide nobis ſeruit. Nam ipſe poſſidendo vſucapere nequit, cum poſſideatur non aliter atque ſeruus. Idem † ait Vlpianus de eo;
4 qui apud hoſtes eſt, *in l.23 §.1 .ff. ex quibus cauſis maior, &c.* his verbis: *Is, qui apud hoſtes eſt, nihil per vſum ſibi acquirere poteſt: qui enim in ſeruitute eſt, vſucapere non poteſt: nec captam vſucapionem adimplere, cum eſt apud hoſtes.* Nam cum poſſideatur, poſſidere non videtur. Et idem *in l.21 .ff. ad l. Iul. de adulter.* inquit; *In ſua poteſtate non videri habere eum quid, qui non eſt ſui*
5 *iuris.* Procedunt † hæc, ſi ſeruus ſibi ipſi vult acquirere illud, quod naturaliter & quantum ſatis eſt poſſedit: non, ſi domino ſuo vult acquirere. Nam domino vſucapionem, vel longi temporis poſſeſſionem ſeruum acquirere poſſe conſtat; cùm non ſolùm proprietas rei per eos, quos in poteſtate habemus, nobis acquiratur, ſed & poſſeſſio. *§. non ſolùm. Inſtit. per quas perſonas nob. acquir.* Cujuscunque igitur rei poſſeſſionem adepti fuerint; eam nos poſſidere videmur. Vnde etiam uſucapio, vel longi temporis poſſeſſio nobis accedit, *l. poßideri, §.*
6 *quod ſi ſeruus.ff.de acquir.poſ.* II. Procedit † in poteſtate eiuſdem ſpeciei & qualitatis: ſecus in poteſtate ſeparata, ab illa, in qua eſt ipſe, qui vſucapere conatur: Et ideo filiusfamilias poteſt eſſe tutor, & in ſua poteſtate habere pupillos, licet ipſe ſit in poteſtate patris ſui, quia ſunt ſeparatæ poteſtates; patria poteſtas & tutelaris, Caguol. *hic nu.2.* Dec. *num.1.*

SVMMA

SUMMARIA.
In L. Non alienat.

1 *Origo legis & conuenientia.*
2 *Is propriè non dicitur alienare, qui poſſeſſionem alicuius rei duntaxat relinquit vel amittit.*
3 *Verbi Alienare ſignificatio.*
4 *Tutor ſine cauſa cognitione & iudicis authoritate non poteſt res pupilli immobiles alienare*
5 *Vaſallus, ſi inſcio domino alienat feudum, in pœnam incidit.*
6 *Qui iudicii mutandi cauſa rem aliquam alienat, incidit in pœnam, & ex edicto tenetur.*
7 *Alienatio, propriè ſic dicta, eſt, quando transfertur dominium & proprietas, non autem poſſeſſio.*
8 *Alienatio eſt quoddam accidens rei ſeu dominii.*
9 *Regula procedit, quando loquimur de alienatione proprie ſic dicta, non quando largo modo accipimus.*

REGVLA CXIX.

Non alienat, qui duntaxat omittit poſſeſſionem.

EIuſdem † Vlpiani Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib eius 13. ad Edict. & conueniunt cum ea *l. item ſi res. §. poteſt autem. ff. de alienat. iudic. mut. cauſa facta. l. 1. C. de fundo dotali. l. alienationis verbum & l. alienatum. ff. de V. S. c. Epiſcopi. ex. de rebus Eccleſiæ non alien.* Docet † autem breuiter, quod is propriè non dicatur alienare, qui poſſeſſionem alicuius rei duntaxat relinquit vel amittit, adeo, vt quoties per legem aut Edictum quis alienare ſit prohibitus, ab amittenda poſſeſſione proterea nō dicatur eſſe excluſus. Etſi † enim verbum alienare

Dd latè

latè patet, latæque eſt ſignificationis, ſiue enim quis dominium transferat, ſiue ſeruum manumittat, ſeu vſumfructum, hypothecam aut pignus conſtituat, ſiue ſeruitutem imponat, aut rem in emphyteuſin elocet, ſemper alienationis verbo id comprehendi vſu comparatum ſit, *l. alienationis verbum. ff. de V. S. l. ſancimus. C. de reb. alien. non alien.* Mynſing. *in princ. Inſtit. quibus alienare licet vel non, num. 2.* tamen ſi quis amittit poſſeſſionem alicuius rei, propriè alienare non dicitur, vt probatur *hic, & in l. item ſi res. §. poteſt autem. ff. de alienat. iud. mut. cauſa facta.* Vt † tutor ſine cauſæ cognitione &
4 iudicis authoritate non poteſt res pupilli immobiles alienare, vt probatur *toto tit. C. de prædiis & aliis reb. minorum ſine decr. &c.* poſſeſſionem tamen earum rectè aliis cedere poteſt, per hanc Regulam noſtram. Eodem † modo vaſallus, ſi inſcio domino
5 alienat feudum, incidit in pœnam, *toto tit. de prohibita feudi alien. per Lotharium in uſib. feudorum.* Secus ſi ſaltem alteri tradit poſſeſſionem ſine titulo, quia tunc alienare non dicitur, Curtius *in tract. feudali. parte 4. 9. 17. cum ſeqq.* Sic qui † iudicii mu-
6 tandi cauſa rem aliquam alienat, incidit in pœnam, & ex edicto tenetur, *l. 1. ff. de alien. iud. mut. cauſa facta,* ſecus ſi omittit poſſeſſionem, *l. item ſi res. 4. §. 1. ff. eod.* Ratio præcedentium eſt, quia † a-
7 lienatio propriè ſic dicta eſt, quando transfertur dominium & proprietas, non autem poſſeſſio, *l. alienatum. ff. de V. S. l. 1. C. de fundo dotali.* Aliud
8 autem eſt dominium, aliud poſſeſſio. II. Quia † alienatio eſt quoddam accidens rei ſeu dominii, *d. l. alienatum. ff. de V. S.* Poſſeſſio verò circa ſuperficiem tantum verſatur, *l. 1. ff. de acquir. poſſ.* Vnde qui

Digitized by Google

qui ab ea diſcedit, non videtur quicquam iuris ſui amiſiſſe, cum poſſeſſio non ſit iuris, ſed facti, *l.* 1. *ff. de acquir. poſſ.* Procedit † hæc regula, quando 9 loquimur de alienatione propriè ſic dicta & in ſpecie: non quando largo modo accipimus verbum *alienationis.* Nam largo modo etiam alienare videtur is, qui transfert poſſeſſionem, *l. non ſolum. in princ. ff. de alien. iud. mut. cauſa.* Cag. *hic num.* 2. Decius *num.* 2. Et ideo ſi per reſcriptum cauetur, vt malè alienata ad ius & proprietatem Eccleſiæ reducantur, locum etiam habet reſcriptum in alienata poſſeſſione: licet propriè non dicatur alienatio, idque propter fauorem Eccleſiæ; Cag. *hic*; *num.* 2. Decius. *num.* 3.

Regula CXX.

Nemo plus commodi hæredi ſuo reliquit; quàm ipſe habuit.

Docet hæc regula, quod nemo hæredi ſuo plus iuris vel commodi relinquere poſſit in bonis ſuis, quàm ipſe habuit, ſed ita transferat bona ſua in hæredem, ſicuti ipſe poſſedit ea. Ratio ſumitur *ex l.* 59. *ſupra hoc tit.* Vbi dicitur hæredem eiuſdem poteſtatis & iuris eſſe cum defuncto. Item *ex l. nemo plus Iuris. ſupr. hoc tit. & ex l. aliud eſt vendere.* §. *abſurdum. infr.* Item *ex l. in omnibus officiis.* §. *non debeo. infr. hoc tit.* Verum cum ſenſus huius regulæ *in l. nemo plus iuris* 54. *& in l. hæredis.* 59. *ſupr. hoc tit.* ſatis expreſſus ſit, hic amplius nihil addam, ſed eò vos remitto.

Summaria.

In L. Qui non facit.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Quis dicatur contra mandatum, vel iuſſum prætoris, item contra legem aliquid facere.*
3 *Debitor prohibetur in fraudem creditorum res oppignoratas alienare.*
4 *Debitor, qui ſeruitutem aquæductus fundi in pignus dati, non vtendo in fraudem creditorum omittit; reſtaurare eam cogitur.*
5 *Exemplum de teſtatore.*
6 *Regula procedit non tantum in ciuilibus, ſed etiam in pœnalibus.*
7 *Fallit primò, in appellatione facti in ſpecie. Nam ſi factum in ſpecie ponitur, non continet ſub ſe non factum.*
8 *Secundò, in materia ſtricte intelligen ia. Nam diſpoſitio loquens de faciente non dicitur habere locum in non faciente, in materia ſtricte accipienda.*

Regvla CXXI.

Qui non facit quod facere debet, videtur facere aduerſus ea, quæ non facit: & qui facit, quod facere non debet, non videtur facere, quod facere iuſſus eſt.

1 DEſumpta † eſt hæc Regula ex lib. 13. ad Edict. Pauli Iuriſconſulti; & conueniunt cum ea *l. non quicquid. §. Iudex. ff. de iudiciis. l. unica. C. de ſententiis, quæ pro eo quod intereſt. l. in fraudem. ff. quæ in fraud.*
2 *cred. l. quid ſit. § idem ait. ff. de edendo.* Docet † autem breuiter, quis dicatur contra mandatum vel iuſſum prætoris: item contra Legem aliquid facere: nimi-

nimirum primum is, qui non facit quod vult mandatum prætoris, vel iuſſus legis, cum videatur aduerſus mandatum facere, dum non facit, quod mandatum facere iubet, vt probatur *hic.* II. Is qui facit, quod facere non debet, & quod mandatum non exigit, nec poſtulat, vt probatur *hic.* III. Qui directò contra mandatum vel legem facit. IV. Qui quidem non directo ſe mandatori, vel legi opponit, ſed in conſequentiam. Hi enim omnes pœnæ obnoxii ſunt, & in pari culpa hærent, cum paria ſint, non facere id, quod mandatum eſt, vel facere contra mandatum directo, vel in conſequẽtiam, Vt † debitor ex Edicto *ff. quæ in fraudem creditorum* prohibetur in fraudem creditorum res oppignoratas alienare, contra hoc edictum debitor nõ tantum feciſſe dicitur, ſi alienat res oppignoratas, & ſic directò ſe opponit edicto: Sed etiam, ſi non cuſtodit eas, vt diligens paterfamilias ſolet, ſed patitur ſua negligentia eas interire, ſeruitutes, quæ rebus debentur, perire, vel alio modo res deteriores effici, quia non facit, quod facere debet, & ideo videtur aduerſus edictum facere. Vnde † debitor, 4 qui ſeruitutem aquæductus fundi in pignus dati, non vtendo in fraudem creditorum omittit, reſtaurare eam cogitur, & reuocare ex *Edicto, quæ in fraudem creditorum.* Etſi enim contra Edictum directo feciſſe non dicitur, quia non alienauit, tamen quia non fecit, quod facere debuit, hoc eſt, non cuſtodiuit, & eius pertinentia, ſed non vtendo ſeruitutem pignori debitam omiſit, & ſic deſiit habere, quod habuit, æque contra Edictum feciſſe præſumitur, atque ſi ex pignore aliquid alienaſſet, *l. rei. § gesta. & l. in fraudem creditorum. ff. quæ in fraudem*

 dem

3 (margin note beside "tiam, Vt † debitor")

5 *dem creditorum.* Eodem † modo ſi per teſtatorem ſub pœna 100. iuſſus ſum permittere, vt iter reſtauret per fundum, & ad priſtinam formam reducat fundum Tuſculanum Titius. Ego autem, cum vellet Titius eiuſmodi materiam per fundum ducere, qua opus habet ad reſtaurandam ſeruitutem, prohibui eum, quo minus portaret & duceret illam materiam ad fundum: quæritur, an puniendus ſim, & an contra teſtatoris voluntatem fecerim? Et ſanè licet hoc in caſu non directo fecerim contra teſtatoris voluntatem: Non enim ſeruitutem reſtaurare prohibui, ſed hoc tantum feci, ne quid portaret per fundum, quo vti poſſet in ſeruitute inſtauranda: tamen in conſequentiam contra mandatum & iuſſum teſtatoris feciſſe videor, dum prohibui aſportare ea, quæ ad refectionem erant vtilia & neceſſaria; *l. vnde etiam. & l. veteres. ff. de itin. actuq. priu.* Et ſic infinita exempla cumulari poſſunt.
6 Procedit † regula non tantum in ciuilibus, ſed etiam in pœnalibus, teſte Decio *hic in princ. verſ. & nota hic.* Item Cagnol. *num.* 2. Quia non faciens propriè dicitur contra facere, cum appellatione facti veniat etiam non factum in genere, Cagnol. *hic num.* 2.
7 Fallit † hoc appellatione facti in ſpecie. Nam ſi factum in ſpecie ponitur, non continet ſub ſe non factum, Cag. *hic, num.* 3.
8 II. Fallit † in materia ſtrictè intelligenda. Nam diſpoſitio, loquens de faciente, non dicitur habere locum in non faciente in materia ſtrictè accipienda, teſte Cag. *hic num.* 3.

REGV-

REGULA CXXII.

Libertas omnibus rebus fauorabilior eſt.

HÆc lex, quæ docet, quod libertas ſit omnibus rebus fauorabilior, ob quem fauorem multa etiam contra iura communia ſunt introducta; explicata eſt *in l. libertas* 106. *ſupra hoc tit.* Exempla hanc legem declarantia peti poſſunt ex *l. quoties* 20. *ſupra hoc tit.* vbi dicitur: *Quoties dubia interpretatio libertatis eſt, ſecundum libertatem reſpondendum erit: quia magis libertati fauemus, quàm alii rei*; item *ex l. in obſcura.* 179. *infr. hoc tit.* item *ex §. ſufficit autem. Inſtit. de ingenuis*, vbi magis fauetur libertati, quàm ſeruituti; Item *ex l. inter pares. ff. de re iudic.* & ſimilibus. Et hoc non tantum in ciuilibus procedit, ſed etiam in criminalibus, in quibus olim liberis hominibus magis fauebatur, quàm ſeruis, vt *ex l.* 1. *& l. ex libero. ff. de quæſtion.* videre licet, & *ex l.* 2. *l. eo. ff. ad l. Cornel. de ſicar.*

SVMMARIA.

In L. Nemo alieno.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Nemo alieno nomine lege agere poteſt.*
3 *Lege agere eſt nihil aliud, quàm ſolenni formula impetratis actionibus apud magiſtratum experiri.*
4 *Legis actiones quæ ſint legitimæ actiones dicuntur.*
5 *Olim nemo alieno nomine agere poterat, quod tamen poſtea fuit immutatum.*
6 *Regula procedit, primò, ſecundum ius antiquum, non ſecundum hodiernum.*

Digitized by Google

7 *Secundo, etiam hodie, ſi quis alieno nomine agere vult, nec habet mandatum.*

8 *Tertio, etiam in illis perſonis, quæ non poſſunt procurare vel pro aliis agere.*

REGULA CXXIII.

Nemo alieno nomine lege agere poteſt.

1 VLpiani Juriſconſulti † eſt hæc lex, deſumpta ex lib eius 14. ad Edictum, habetque duas partes, cum quarum prima conueniunt §.1.*Inſtit.de iis,*
2 *per quos agere poſſ.l.1.ff.de procurat.* Docet † autem breuiter, quod nemo alieno nomine agere poſſit lege, ſed quod quilibet ſuo nomine agere debeat: vel, quod nemo per procuratorem in iudicio comparere poſſit, ſed quod ſemper quilibet in propria ſua perſona camparere debeat, & cauſam ſuam agere, vt illud probat Juriſconſultus noſter hic, inquiens:
3 *Nemo alieno nomine Lege agere poteſt:* Lege † autem agere eſt nihil aliud, quum ſolenni formula impetratis actionibus apud magiſtratum experiri, *l.Bar-*
4 *barius.ff.de off. prætor.* Vnde † legis actiones, quaſi legitimæ actiones ſunt appellatæ, quæ quia ſolennes & iuris Romani erant, (quod nimis ſcrupuloſum fuit, *l.unica.C.de nudo Quirit iure toll.*) facile fuit, vt in iis exercendis nemo alieno nomine audiretur, donec tandem vtilitate, rigorem hunc vincente, receptum eſt, vt per procuratores litigare lice-
5 ret. Et, † vt plenius cognoſcatis, hoc ſcire debetis, quod olim in vſu non fuit, vt alieno nomine quis ageret, ſeu vt procuratores in iudicio interuenirent, niſi in certis quibusdam cauſis, nimirum pro populo, pro libertate, pro tutela & ſimilibus, vt proba-

probatur *in princ. Inſtit. de iis per quos agere poſſ.* Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine neque agere, neque excipere actionem liceret, ceperunt tandem homines per procuratores agere. Nam & morbi, & ætas, & neceſſaria peregrinatio, item aliæ multæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt, quò minus rem ſuam exequi poſſint, teſte Juſtiniano noſtro, *Inſtit. de iis, per quos agere poſſ.* Meritò igitur iis per procuratores cauſas ſuas agere conceditur. Procedit † igitur regula ſecundum ius antiquum, non 6
autem hodiernum. Nam hodie licitum eſt, vel per procuratores agere, vel excipere actionem, etiamſi nullum etiam adſit impedimentum, ſed alias nolit actor, vel reus per ſe, in iudicio verſari, adeo vt interdum omninò quis debeat procuratorem ad agendum conſtituere: nempe propter dignitatem, quia illuſtres viros Iuſtin. omnino per procuratores cauſas agere vult, vt probatur *in nouella conſtit.* 71. Secundo † procedit etiam hodie 7
regula, ſi quis alieno nomine agere vult, nec habet mandatum. Nam procurator mandatum non habens non admittitur ad agendum pro alio, niſi ſit coniuncta perſona, vel ſatisdationem iudicatũ ſolui, vel rem ratam habiturum præſtet, vt probatur *in princ. & §. 2. Inſtit. de ſatisdat.* Tertio † procedit 8
etiam in illis perſonis, quæ non poſſunt procurare, vel pro aliis agere, de quibus *in toto tit. ff. de procurator.* Porro alii, vt Accurſius, hunc ſenſum regulæ aſſcribunt: quod nullus in rebus alienis adminiſtrandis, vel cauſis agendis ex lege accipiat poteſtatem, vel poteſtatem ex lege habere dicatur: niſi Domini conſenſus, cuius nomine vult, accedat:

 de

de quo intellectu videre poteſtis *gl. hic*, quæ ponit exempla, & limitationes ad hunc ſenſum pertinentes.

SVMMARIA.

In §. Temporalis permutatio.

1 *Conuenientia §. huius.*

2 *Conſuetudo, quæ firmata eſt moribus utentium, non tollitur per vnum actum contrarium, ſed eo modo, quo inducta fuit.*

3 *Regula procedit etiam in ſtatuto, quod in ſcripturam relatum eſt. Nam & illud ſub voce conſuetudinis continetur.*

4 *Procedit item in qualibet alia conſuetudine, modò ſit corroborata, & moribus vtentium confirmata, ſecus, ſi non eſt confirmata.*

5 *Fallit, ſi alia conſuetudo in contrarium ſuperuenit, quia per aliam conſuetudinem benè tolli poteſt.*

§. Temporalis permutatio.

Temporalis permutatio ius prouinciæ nō innouat.

1 Conueniunt † cum hoc §. *l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel al. iuris. l. obſeruare. §. etiam. ff. de off. prætor. §. penult. Inſtit. de iure naturali. l. de quibus. ff. de ll.*

2 Docet † autem, quod conſuetudo, quæ firmata eſt moribus vtentium, ſeu quæ completa eſt, non tollatur per vnum actum contrarium, ſed bene eo modo, quo inducta fuit, per contrariam conſuetudinem, hoc eſt, quod conſuetudo moribus vtentium confirmata, etiam ſecundum quam diu fuit pronunciatum, & iudicatum, non ſtatim tollatur, ſi ſemel atque iterum contra eſt factum: vt ſi ius prouinciæ, vel conſuetudo moribus vtentium confirmata, quod colonus alicuius fundi partiarius, ſi omnia ex lege conductionis fecit, decurſo loca-

locationis tempore etiam ad eum fundum præ aliis admitti debeat, licet ſemel atque iterum per nonnullos non ſit obſeruatum, tamen permutatio illa breuis & temporaria Jus prouinciæ, hoc eſt, publicè receptam conſuetudinem non innouat, nec colono præiudicat. Sic, ſi eſt conſuetudo prouinciæ, vt proconſul ingrediatur per certam partem, licet ſemel aut bis non ſeruetur, non ideo ſtatim dicitur mutata conſuetudo, *l. obſeruare, §. etiam. ff. de off. prætor.* Procedit † regula etiam in ſtatuto, 3
quod in ſcripturam relatum eſt. Nam & illud ſub voce conſuetudinis continetur, vt docet Rochus Curtius *in tract. conſuetudinis. ſupr. c. fin. extra de conſuetudine.* Secundo † procedit regula in qualibet alia conſuetudine, modo ſit corroborata & moribus vtentium confirmata: ſecus, ſi non eſt confirmata, *teſte gl. noſtra hic.* III. Fallit, † ſi alia conſuetu- 5
do in contrarium ſuperuenit, quia per aliam conſuetudinem bene tolli poteſt, vt probatur *in §. penult. Inſtit. de iure naturali &c. & in l. de quibus ff. de ll.* Reliquas fallentias videre poteſtis *hic apud* Decium *num. 2. & 3.*

SVMMARIA.

.In L. Vbi non voce.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Vbi voce & verbis opus non eſt, mutus & ſurdus obligari poſſunt.*
3 *In quibusdam contractibus vox & verba neceſſariò requirũtur,*
4 *Exemplum.*
5 *Mutus poteſt hæres inſtitui, & hæreditatem adire.*
6 *Mutus poteſt contrahere matrimonium.*
7 *Mutus etiam donare poteſt.*
8 *Regula fallit in verborum obligatione, in qua de neceſſitate requiruntur verba.*

REGU-

REGVLA CXXIV.

Vbi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus, ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem & in ſurdo: hic quidem & reſpondere poteſt.

1 PAuli Juriſconſulti † eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. 16. ad Edict. habetque duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. mutus. in princ. ff. de procurator. l. mutum. ff. de acquir. hæred. l. 1. §. mutus: ff. de hæred. inſtit. l. mutus. ff. de iure dot. §. ſurdus, mutus, Inſtitut.*
2 *quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.* Docet † autem, quod vbi voce & verbis opus non eſt, ſed conſenſu & intellectu ſaltem, mutus & ſurdus obligari poſſint, in quibus non requiritur vox vel loquela, ſed ſufficit conſenſus & intellectus. Quod
3 † vt plenius cognoſcatis, ſciendum eſt, in quibuſdam contractibus & negociis vocem & verba requiri neceſſariò: vt in ſtipulationibus. In quibuſdam verò præſentiam, id eſt, conſenſum & intellectum, non autem verba ſeu vocem. In quibus igitur negociis & contractibus præſentia, id eſt, conſenſus & intellectus (vox n. *præſentia* hic accipitur pro intellectu & conſenſu) requiritur, ſine voce tamen & verbis, in illis rectè poteſt mutus & ſurdus reſpondere, id eſt, obligari, vt teſtatur Juriſconſultus noſter *hic*. Ratio eſt, quia tales, cum præſentes ſunt, nutu declarare poſſunt ſuam voluntatem: id quod etiam Quintil. *lib. 11. cap. 2.* teſtatur his verbis: *Quippe non ſolum vox, ſed & nutus noſtram declarat vo-*
4 *luntatem, & in mutis pro ſermone eſt.* Vt ecce † mutus pro-

procuratorem conſtituere poteſt, quia conſtitutio procuratoris tantum requirit conſenſum & intellectum, *l. mutus. in princ. ff. de procurat.* Mutus † etiam 5
hæres inſtitui poteſt, & hæreditatem adire, *l. mutum. ff. de acquir. hæred. l. 1. §. mutus. ff. de hæred. inſtit.*
Sic † poteſt & mutus contrahere matrimonium, 6
quia & in illo non requiruntur verba, ſed conſenſus & intellectus ſufficit, qui declarari poſſunt per nutum ſeu ſcripturam, *l. mutus ff. de iure dot.* Poſ-
ſunt † etiam donare muti, *l. qui id quod. § mutus. ff.* 7
de donat. Item paciſci. *l. item quia. ff. de pact.* Sic mutus & ſurdus poſſunt facere teſtamentum, ſuo tamen modo, *§. mutus, ſurdus. Inſtit. quibus non eſt permiſ. facere teſtamentum.* Eodem modo dicimus, eos etiam alios contractus, in quibus ſufficit conſenſus, nec opus eſt ſermone, celebrare poſſe, vt eſt emptio-venditio, locatio-conductio, ſocietas, mandatum & ſimiles. Etſi enim erpreſſis verbis conſentire atque reſpondere non poſſunt, cum tamen conſenſum indicare poſſint, vt intelligamus, quid ipſi velint, perinde eſt, ac ſi diſtincta voce reſponderint, *l. conſenſu. l. quibuscunq; l. obligamur. ff. de*
V. O. Fallit † regula in verborum obligatione, in 8
qua de neceſſitate requiruntur verba, vox, vel loquela: eam enim mutus celebrare nequit, quia is, qui ſtipulatur, interrogare, & qui promittit, reſpondere debet, quod fieri non poteſt, vbi quis nec loqui, nec alterius verba exaudire poteſt, *l. 1. §. 1. ff. de V. O. §. mutum. Inſtit. de inutil. ſtip.*

SVMMA-

SVMMARIA.

In §. Furioſus abſentis.

1 *Furioſus ad nullum negotium gerendum, ſiue voce, ſiue præſentia opus ſit, aptus iudicatur.*

2 *Vocabulum præſentia & abſentia quomodo hic accipiendum, num. 3.*

4 *Furioſus nihil intelligit, nihil ſcit, nullum habet conſenſum, & ideò nullum negotium gerere poteſt.*

§. Furioſus abſentis.

Furioſus abſentis loco eſt. Et ita Pomponius lib. primo Epiſtolarum ſcripſit.

1 Hic §. qui docet, quod † furioſus ad nullum negotium gerendum, ſiue voce, ſiue præſentia opus ſit, aptus iudicari poſſit, vt qui non intelligit, quid agat, quique nullum habet conſenſum, nullam voluntatem, ſed abſentis loco habeatur, vt teſtatur hic Iuriſconſultus noſter, & Iuſtin. Imp. *in §. furioſus. Inſtit. de inutil. ſtip.* & Iuriſconſultus *in l. furioſum. C. qui teſtamenta fac. poſſ.* explicatus eſt *in l. in*
2 *negociis. 5. & in l. furioſi. 40. ſupra hoc tit.* Porro † notandum eſt ex hoc §. quod ſicut vocabulum *præſentia* in prima parte accipitur pro intellectu & con-
3 ſenſu: ita vox † *abſentia* hic accipitur pro amentia, fatuitate, defectu cõſenſus: quaſi diceret Iuriſcon-
4 ſultus: *Furioſus loco abſentis eſt*, id eſt, furioſus † nihil ſcit, nullum habet conſenſum, & ideo nullum negocium gerere poteſt, vt *in d. l. 5. & l. 40. ſupr. hoc noſtro tit.* demonſtratum eſt.

REGV.

REGVLA CXXV.

Fauorabiliores rei potius, quàm actores habentur.

HÆc lex, quæ docet, quod in obſcuris & dubiis magis faueamus reis, quam actoribus, vt illud etiam teſtatur *c. cum partium. de R. I. in 6.* quia leges proniores ſunt ad abſoluendum, quàm ad condemnandum, *l. Arrianus. ff. de act. & oblig.* declarata & explicata eſt *in l. in eo. 33. & in l. non debet actori. 41. ſupra hoc noſtro tit.*

SUMMARIA.

In L. Nemo prædo.

1 *Origo legis, partitio & conuenientia.*

2 *Prædo is dici vel videri non poteſt, qui poſſidet rem aliquam ex emptione, vel aliàs ex numeratione pecuniæ, vel alio titulo oneroſo.*

3 *Prædo vel raptor in iure proprie is dicitur, qui rem nullo iuris adminiculo, ſed quaſi vi occupat & rapit, eiusq; legitimam tituli cauſam aſſignare non poteſt.*

4 *In lata ſignificatione quilibet malæ fidei poſſeſſor, etiamſi pecuniam numerauit, prædo dici poteſt.*

5 *Inter malæ fidei poſſeſſorem & prædonem plurimum intereſt.*

6 *Prædo nullum habet titulum, nullam poſſidendi cauſam: malæ fidei verò poſſeſſor habet titulum.*

7 *Contra prædonem petitio hæreditatis inſtitui poteſt; contra malæ fidei poſſeſſorem minime.*

8 *Is, qui precium numerauit ſciens, ad fructus tantum perceptos; non autem percipiendos, tenetur; prædo etiam ad percipiendos, & ad omnia melioramenta.*

9 *Fallit Regula in eo, qui emit & precium numerauit, rem tamen emptam poſtea propria authoritate occupauit. Is enim dicitur prædo, licet precium numerauerit.*

REGU-

REGVLA CXXVI.

Nemo prædo eſt, qui pretium numerauit.

1 DEſumpta † eſt hæc lex. ex lib. 15. Vlpiani Iuriſconſulti ad Edict. habetq; tres partes, cum quarum prima conueniunt *l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acquir. poſſ. l. etiam. §. ſi quis. ff. de pet. hæred. l. pro hærede. ff.*
2 *eod. tit.* Docet † autem, quod is prædo dici vel videri non poſſit, qui poſſidet rem aliquam ex emptione, vel aliàs ex numeratione pecuniæ, vel alio ti-
3 tulo oneroſo. Ratio eſt, quia † prædo vel raptor in iure propriè dicitur is, qui rem nullo iuris adminiculo, ſed quaſi vi occupat & rapit, eiusque legitimam tituli cauſam aſſignare non poteſt, ob quod etiam ad fructus, intereſſe & id genus acceſſiones obligatur. Verum qui numerauit pecuniam, & emit rem aliquam, vel alio honeſto & legitimo titulo oneroſo eam poſſidet, prædo vel raptor dici nequit, quia legitimam habet tituli cauſam: Cum prædonis proprium ſit, non poſſe ullam poſſeſſionis ſuæ cauſam reddere, quique interrogatur, cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo, *l. qui interrogatus. 12. ff. de petit. hæred.* Vt qui ſciens ad ſe non pertinere hæreditatem vel aliam rem, inuadit bona, eaque occupat, nullam habens poſſidendi cauſam, is prædo dicitur, quia pecuniam non numerauit, nec habet legitimam poſſidendi cauſam, *l. nec vllam. ff. de petit. hæred.* ſecus ſi quis emit ſciens rem alienam. Licet enim ſit malæ fidei poſſeſſor, tamen, quia precium numerauit, prædo dici nequit, vt probatur *hic, & in l. etiam. 15. §. ſed ſi quis. ff. de pet. hær.*
4 Procedunt † hæc in ſtrictiore ſignificatu accepto

voca-

vocabulo prædonis, non autem in latiore. Nam in lata ſignificatione quilibet malæ fidei poſſeſſor, etiamſi pecuniam numerauit, prædo dici poteſt, ſicut multis modis prædonis vocabulum accipitur, teſte Decio *hic num.* 2. Cag. *num.* 2. Quamuis † 5
propriè loquendo plurimum interſit inter malæ fidei poſſeſſorem, & prædonem. Primum enim in eo differunt, quod prædo † nullum habet titu- 6
lum, nullam poſſidendi cauſam: malæ fidei verò poſſeſſor habet titulum; *l. nec vllam. ff. de petit. hæred.* II. Quod contra † prædonem petitio hæredi- 7
tatis inſtitui poſſit, *l. etiam. ff. de pet. hæred.* contra malæ fidei poſſeſſorem minimè, *l. etiam.* 5. *ſed ſi quis. d. tit.* III. Quod is, qui † precium numerauit ſci- 8
ens, ad fructus tantum perceptos, non autem percipiendos, tenetur: prædo verò etiam ad percipiendos, & omnia melioramenta, *l. ſed et ſi.* §. *quod autem. ff. de petit. hæred.* Fallit † in eo, qui emit & precium 9
numerauit, rem tamen emptam poſtea propria authoritate occupauit. Is enim dicitur prædo, licet precium numerauerit, *l. ſi ex ſtipulatione. ff. de acquir. poſſ.* §. *ita tamen: Inſtit. de vi bon. rapt.*

SUMMARIA.

In §. Locupletior non eſt.

1 *Conuenientia* §. *huius.*
2 *Ille locupletior factus non dicitur, qui liberum hominem ſibi comparauit vel acquiſiuit.*
Ibid. *Libertatis nulla eſt æſtimatio.*
3 *Exemplum regulæ.*
4 *Procedit Regula in libero homine, qui conditionem ſuam tempore commercii ignorauit: ſecus eſt in emente liberum hominem, maiorem viginti annis, qui ſcit, ſe eſſe hominem liberum.*
5 *Varia lectio huius* §.

§. Locupletior non eſt.

Locupletior non eſt factus, qui liberum acquiſierit.

1 Secunda pars regulæ, cum † qua conueniunt *l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de V. O. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. l. quæſitum. ff. de ac-*
2 *quir. re. dom.* docet, quod † ille locupletior factus non dicatur, qui liberum hominem ſibi comparauit vel acquiſiuit. Ratio eſt, quia libertatis nulla eſt æſtimatio, *l. libertas. ſupr. hoc. tit.* Secunda, quia olim veneranda antiquitas ſolebat diuitias ab agris æſtimare, vnde locuples, quaſi locorum vel agrorum plenus dicebatur, qui hodie diues vocatur. Liber autem homo inter bona & diuitias non numerabatur, *l. quæſitum. ff. de acquir. rer. dom.* Vnde etiam in commercio hominum non dicebatur, nec in contractum vel ſtipulationem deduci poterat, vt probatur *in princ. Inſtit. de inutil. ſtipul.* Quare ſi contingebat, vt quis hominem liberum poſſidere cepiſſet, ſiue ex cauſa ſucceſſionis, ſiue alio modo, & quæſitum eſſet, num poſſidens diceretur locupletior factus? reſpondebatur per hunc §. noſtrum quod non: quia in bonis noſtris non poteſt eſſe li-
3 ber homo. Sic, ſi † pupillus pro ea pecunia, quæ ſine tutoris authoritate ei ſoluta erat, liberum hominem ſibi comparauit: deinde eandem pecuniæ ſummam ex debitore rurſus petiit, *ſecundum §. fin. Inſtit. quibus alien. licet vel non*, quæritur, an denuo perſoluere debeat debitor pecuniam? Et quoniam non eſt factus locupletior pupillus, ſecundũ hanc regulam noſtram, nec conuerſa eſt illa pecunia in rem ſuam, ſed quaſi conſumpta eſt, omnino dicen-

dum

dum videtur, quod denuò perſoluere teneatur: Cum alias, ſi pupillus in ſuum vſum conuertiſſet & locupletior factus eſſet, contra petitionem pupilli debitor ſe tueri poſſit exceptione doli mali, *d. §. fin. Inſtit. quibus alien. licet vel non. & l. in pupillo. ff. de ſolut.* Procedit † regula in libero homine, qui conditionem ſuam tempore commercii ignorauit: Secus eſt in emente liberum hominem maiorem 20. annis, qui ſcit ſe eſſe liberum hominem. Is enim olim dicebatur fieri locupletior, *§. ſerui autem. Inſtit. de iure perſon. & l. liber homo. ff. de ſtatu hominum*; Oldendorp. *in hac regula noſtra.* Porro † variè legitur *hic §.* Accurſius enim legit pro liberum *liberos*: vt ſit ſenſus, liberos noſtros non eſſe in bonis noſtris, nec nos locupletiores eſſe dicendos propter multitudinem liberorum. Sed hæc ſententia vana eſt: non enim temerè Juriſconſultus liberum dicit, nō liberos, *l. non eſt. ff. de V. S.* Sunt etiam aliqui, qui pro liberum legunt *libertum*: quaſi & is rebus noſtris nihil queat adiicere, quod & ipſum abſurdum eſt ob multa, quibus libertos nobis deuinctos habemus. Tenetur enim libertus ad reuerentiam, ad operas præſtandas, tenetur etiam ad alimenta, ſi patronus non habet, vnde ſe ſuſtentet, vt probatur *in tit. ff. & C. de obſequiis parent. & patr. præſtand.* Receptior igitur & communior opinio eſt; vt de libero homine intelligatur, quia is in bonis noſtris non eſt, nec eſſe poteſt, ob quod licet de facto nobis acquiratur, tamen non propterea bona noſtra aucta dicuntur, vt teſtatur *hæc regula noſtra.*

§. Cum de lucro.

Cum de lucro duorum quæratur, melior eſt cauſa poſſidentis.

Hic §. qui docet, quod in pari cauſa, vel lucratiua, vel oneroſa, vel etiam pœnali, ſemper poſſeſſori ſit fauendum magis, quàm actori, vel, quod potior poſſeſſor haberi debeat ipſo actore: veluti, ſi duo emerunt rem eandem à non domino, melior ſemper eſt conditio poſſidentis: ſicut idem etiam probatur *in l. pari cauſa. infr. hoc tit.* explicatus eſt *in l. in eo. 33. ſupr. hoc noſtro tit.*

Summaria.

In L. Cum Prætor.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Hæredes, ſi aliquid ad eos ex delicto defuncti peruenit & ita locupletiores facti ſunt, conueniri poſſunt, & tenentur, etſi vel momento ſaltem apud eos permanſerit.*
3 *Momentum quid vocetur.*
4 *Regula procedit primò, cum momentanea acquiſitio, vel actus momentaneus vtilis eſt, & effectum producit.*
5 *Secundò, quando ex delicto defuncti aliquid peruenit ad hæredes: ſecus, ſi nihil.*

Regula CXXVII.

Cum prætor in hæredem dat actionem, quatenus ad eum peruenit: ſufficit, ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

1 PAuli Iuriſconſulti † eſt hæc lex, deſumpta ex libro eius 20. ad Edict. & conueniunt cum ea *l. videamus. ff. quod metus cauſa. l. quod diximus. ff. eod. tit. l. toties in hæredem. ſupr. hoc tit. noſtro.* Docet † autem, quod

quod hæredes, ſi aliquid ad eos ex delicto defuncti peruenit, & ita locupletiores facti ſunt, conueniri poſſint, & teneantur, etiamſi vel momento tantum apud eos permanſerit id, quod ex delicto defuncti acceperunt. Ex regula *toties in hæredem.* 44. *ſupr. hoc tit.* didicimus quod toties hæres propter delictũ defuncti conueniri poſſit, quoties aliquid ad eum ex delicto peruenit: hic autem docetur, quamdiu id apud hæredem permanere debeat, vt propterea poſſit conueniri, nimirum momentum temporis. Inquit enim Juriſconſultus hic: *ſi vel momento ad eum peruenit*, quaſi diceret, ſiue diu, ſiue breui apud hæredem fuit, ſemper eius rei nomine conueniri poteſt, nec excuſat eum breuitas, vel remouet vicium, quod hæres per ſucceſſionem contraxit, idque propterea, ne, quod turpiter & ſcelere eſt quæſitum, ad eius compendium quis pertinere putet. Vocamus † autem momentum non 3 breuiſſimum ſpatium, quod intellectu vix comprehendi poteſt, ſicuti Phyſici momentum uſurpant, ſed breue tempus, intra quod propter breuitatem vſus rei non ita longus fuit, ſicut & momentaneam poſſeſſionem appellamus, quam quis per exiguum tempus habet: quamuis & alio modo accipiatur momentum apud Juriſconſultos, vt videre eſt apud Cuiacium, *in commentario ſuo ad varios Digeſt. Iuris ciuilis titulos, in tit. de diuerſis & temporal. præſcript. cap.* 1. vbi de momento agit: Vt, hæres 20. aureos, quos defunctus per metum ex Conrado extorſit, conſecutus eſt, quos ſtatim altero die, quo accepit, conſumpſit; qui hæres, dum propterea iudicio, quod metus cauſa, interpellatur, ſe vix per momentum temporis eam pecuniam habuiſſe

dicit, & ob id non dandam eſſe contra eum actionem iniuriarum: quæritur quid iuris? Et respondetur, quod, quia prætor eius rei perſecutionem eſſe voluit, ſufficiat ſemel ad eum perueniſſe, etiamſi per exiguum tempus habuerit. Datur igitur actio non aliter contra hæredem, atq; ſi diu in poteſtate
4 20. florenos habuiſſet. Procedit † regula, cum momentanea acquiſitio, vel actus momentaneus vtilis eſt, & effectum producit, hoc eſt, quando ex momentanea illa poſſeſſione hæredes commodũ
5 accipiunt, Cag. *hic, nu.* 1. Secundo † procedit, quando ex delicto defuncti aliquid peruenit ad hæredes: ſecus, ſi nihil, Decius *hic. in princ.*

SUMMARIA.

In §. Hi qui in vniuerſum.

1 *Conuenientia §. huius.*
2 *Generaliter illi, ad quos bona alicuius vniuerſa perueniunt, hæredis loco habentur.*
3 *Fallit §. in ſucceſſore in prælatura, ſiquidem ille cum anteceſſore non cenſetur vna & eadem perſona.*
4 *Fallit item in fideicommiſſario vniuerſali, quando hæres quartam partem de hæreditate retinuit: tunc enim fideicommiſſarius non ad omnia onera hæreditaria obligatur, ſed tantum pro rata portione.*

REGVLA CXXVIII.

In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet.

HÆc Regula duas habet partes, quarum prima docet quod in pari cauſa ſemper ſit poſſeſſori fauendum, vel ꝙ in pari cauſa potior poſſeſſor haberi

beri debeat, explicata eſt *in l. in eo quod vel is. 33. ſupr. hoc noſtro titulo.*

§. Hi qui in vniuerſum,

Hi qui in vniuerſum ius ſuccedunt, hæredis loco habentur.

Cum † hoc §. conueniunt *l. prætor. ſupr. hoc tit. l. 1. ff. de caſtr. pecul. l. item veniunt. §. licet. ff de petit. hæred.* 1
Docet † autem, quod generaliter illi, ad quos bona alicuius vniuerſa perueniunt, hæredis loco habeantur. Sicut enim hæredes in omne ius ſuccedentes, quod defunctus tempore mortis habuit, eiuſdem cum defuncto poteſtatis eſſe dicuntur, *l. hæredem eiusdem. ſupr. hoc tit.* ita & illi, ad quos bona alicuius vniuerſaliter perueniunt, eiusdem poteſtatis cum eo habentur, à quo bona acceperunt: vt ſunt, bonorum poſſeſſores, *l. prætor bonorum. ſupr. eod.* vniuerſitatis emptores, fideicommiſſarii vniuerſales, aliique iuſti ſucceſſores, & quia tales eiusdem cum hærede cenſentur conditionis eſſe, ad omnia etiam, ad quæ hæres teneri ſolet, ipſos quoq; teneri, ambigendum non eſt. Obligatur autem hæres ad omnes actiones actiuas & paſſiuas: ergo & illi, qui loco hæredis habentur, eodem modo ad omnia hæreditaria onera obligantur. Fallit † hoc in 3
ſucceſſore in prælatura, ſiquidem ille cum anteceſſore non cenſetur vna & eadem perſona, vt monet Dec. *hic num. 1. verſ. nota tamen.* II. Fallit † in fidei- 4
commiſſario vniuerſali, quando hæres quartam partem de hæreditate retinuit: tunc enim fideicõmiſſarius non ad omnia onera hæreditaria obligatur, ſed tantum pro rata portione, §. ſed quia ſtipulationes, Inſtit. de fideicommiſſ. hæred.

Digitized by Google

REGVLA CXXIX.

Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit.

IN *regula 55. ſupr. hoc tit.* dictum eſt, quod is dolo nihil facere videatur, vel dicatur, qui ſuo iure vtitur. Hic nunc eius regulæ exemplum traditur in creditore, ſuum debitum repetente. Is enim creditor, licet videatur nocere aliis creditoribus, dum illis præfertur, & ſuum creditum de debitoris bonis, quæ ſcit non eſſe ſoluendo, detrahit, tamen dolo id facere non dicitur, cum ſuo iure vtatur. Sic enim inquit Juriſconſultus: Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit, nec ſtatim inſimulari debet doli vel fraudis creditor, ſi quando in reliquorum creditorum præiudicium ſuum recipit. Nam ſi debitam pecuniam accipit, antequam bona debitoris poſſidentur à reliquis creditoribus, quamuis ſciat debitorem non eſſe ſoluendo, tamen quia ſibi vigilauit, Edictum de reuocandis iis, quæ in fraudem creditorum geſta ſunt, non timebit. Jure enim ſuo vſus eſt, quare dolo feciſſe quicquam exiſtimandus non eſt, licet alii creditores ſuo defraudentur credito. Plura de ſenſu huius regulæ videre poteſtis *in l. nullus videtur. 55. ſupra hoc tit. noſtro.*

SUMMARIA.

In §. Cum principalis.

1 *Conuenientia §. huius.*
2 *Corruente principali corruit etiam acceſſorium.*
3 *Exemplum de ſeruo legato cum peculio.*

4 Exem-

Digitized by Google

4 *Exemplum aliud in matrimonio.*
5 *Procedit, etiamſi acceſſorium ſit nobilius & preioſius ipſo principali.*
6 *Obtinet etiam in contractibus.*
7 *Fallit primò, ſi eſt diuerſa ratio in principali & acceſſorio.*
8 *Secundò, quando acceſſorium non dependet à principali, ſed ſubſiſtit per ſe.*
9 *Tertiò, in codicillis in teſtamento factis.*

§. Cum principalis.

Cum principalis cauſa non conſiſtit: nec ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.

Cum † hoc §. continente ſecundam partem huius legis conuenit *l. cum principalis cauſa. infr. hoc tit. c. acceſſorium. de R. I. in 6.* Docet † autem, quod corruente principali, corruat etiam acceſſorium, idq; propter naturalem rerum inter ſe connexionem: non magis enim poſſibile eſt, acceſſorium ſine principali eſſe, quam accidens ſine ſubiecto. Et ideo reſciſſo principali reſcinditur etiam acceſſorium, & non ſubſiſtente principali, non ſubſiſtit acceſſorium, vt, ſi † ſeruus legatus eſt cum peculio, & ſeruus poſtea manumittitur, alienatur, vel moritur, peculii quoque legatum perit, quia ſeruus tanquam principale periit. Idem † & in matrimonio procedit. Nam ſi dos eſt promiſſa matrimonii cauſa, matrimonium autem poſtea non ſequitur, ſed corruit, dotis quoque exactio corruat neceſſe eſt, quia ſine matrimonio dos eſſe nequit, *l. dotis appellatio. ff. de iure. dot.* Procedit † etiam hoc, licet acceſſorium ſit nobilius & precioſius ipſo principali, quia extinguitur extincto principali, vt videre eſt

[margin: 1 2 3 4 5]

Digitized by Google

in ſcriptura, pictura, & area, in qua ædificium poſitum eſt, *§. literæ quoq́3. Inſt. de rerum diuiſ. l. & ſi non*
6 *ſint. §. perueniamus. ff. de auro & arg. leg.* Obtinet † etiam in contractibus. Nam ſi illi non ſubſiſtunt, nec pacta & conuentiones, circa illas factæ, ſubſiſtere potuerunt, Cag. *hic n. 9.* Quandoq; tamen hæc regula
7 non procedit, vt innuit verbũ *plærumq́3.* Fallit † itaq; I. ſi eſt diuerſa ratio in principali & acceſſorio, Bart. *in l. iſta ſtipulatio. ff. de V. O.* Decius *hic n. 3.* Cag. *n. 14.* II.
8 Fallit, † quando acceſſorium non dependet à principali, ſed ſubſiſtit per ſe, Dec. *hic n. 4.* Cag. *n. 14.* Nã ſi acceſſorium abſq; principali ſubſiſtere poteſt, re-
9 gula non procedit. III. Fallit † in codicillis in teſtamento factis. Etſi enim codicilli ante & poſt teſtamentum factum vires ſuas habeant à teſtamento, tanquam à principali: quo ſtante & ipſi ſtabunt, & quo collapſo, codicilli quoq; pereunt: tamen id in codicillis in teſtamento factis nõ procedit, quia iſti tum demum valent, quando teſtamentum nõ poteſt valere, Schneid. *in princ. Inſt. de Codicil. n. 23. & 24.*

SVMMARIA.

In L. Nunquam actiones.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quanam alia cum illa conueniant.*

2 *Si alicui ex vno & eodem facto plures competunt actiones, præſertim pœnales, alia aliam non conſumit vel tollit.*

3 *Plura delicta concurrentia nunquam faciunt, vt ullius impunitas detur.*

4 *Ex delicto regulariter ſequitur pœna.*

5 *Exemplum huius Regulæ.*

6 *Exemplum aliud.*

7 *Tertium Exem lum.*

8 *Plures ſæpe actiones deſcendunt ex vno & eodem facto, quarum tamen*

tamen vna aliam non conſumit, quod verum eſt, quoad natiuitatem & vitam, non autem quoad inſtitutionem.

9 *Fallit Regula primò, ſi ex illis actionibus vnum & idem petitur, quia tunc vna per alteram conſumitur.*

Ibid. Bona fides non patitur, bis idem exigi.

10 *Secundo, ſi ambæ ſunt rei perſecutoriæ, & perſequuntur vnam & eandem rem.*

Regula CXXX.

Nunquam actiones, præſertim pœnales, de eadem concurrentes, alia aliam conſumit.

DEſumpta † eſt hæc l. ex lib. 18. ad Edict. Vlp. Juriſconſulti, & conueniunt cum ea §. *fin. Inſt. ſi quadr. pauper. feciſ. dic. l. nunquam ff. de act. & oblig. l. plura delicta. ff eod. l. nunquam plura. ff. de priuat. delict.* Docet † autem, quod ſi alicui ex vno & eodem facto plures competūt actiones, præſertim pœnales, alia aliam non conſumat vel tollat, quo minus concurrant & ſimul competant. Tam ſollicitus enim fuit legiſlator, præſertim in delictis cohercendis, vt nonnunquam ex vno delicto aut facto, plures actiones ad pœnam exigendam competere voluerit, vt hac ratione delicta non manerent impunita. Quapropter ſi plures actiones ex vno & eodem facto vel delicto competunt, vult Juriſconſultus noſter *hic*, quod alia aliam non tollat vel conſumat, & quod etiam Juſtinianus monet, *in* §. *fin. Inſt. ſi quadr. pauper.* Ratio I. eſt, quia † nunquam plura delicta concurrentia faciunt, vt vllius impunitas detur. Neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam, ſed potius auget, *l. 2. ff. de priuat. delict.* II. Quia † ex delicto regulariter ſequitur pœna, *l. ſine hæreditaria. ff. de negot. geſt.* Vt, ſi quis † ſeruum alie-

alienum ſurripuit ſuo domino, eumque occidit, duæ competunt actiones: actio nimirum furti, & actio legis Aquiliæ, teſte Vlp. *in l. ſi ſeruus in princ. ff. ad l. Aquil.* nec tamen alia aliam conſumit vel tollit,
6 ſed vtraque competit domino. Sic is, qui † alienam ancillam ſurripuit & vitiauit, duplici actione obligatur, actione nimirum ſeruæ corruptæ, & actione furti, *l. 2. §. 3. ff. de priuat. delict.* Quarum tamen vna alteram non tollit nec conſumit, ſed ambæ competunt, vt teſtatur idem Vlp. *in l. 2. §. 3. de*
7 *priuat. delict.* Eodem † modo, ſi quis alium verberat & vulnerat, unum & idem factum eſt, vnum & idem delictum, ex quo tamen duæ competunt actiones: actio ſcilicet iniuriarum, & actio *l. Aquiliæ.* Quarum tamen vna aliam non conſumit, ſed vtraque competit, vt probat *l. 1. ff. de tutel. & ratio-*
8 *nibus diſtrah. l. 1. ff. de vi bon. rap.* Et ſic ſæpe plures † actiones deſcendunt ex vno & eodem facto, quarum tamen vna aliam non conſumit, quod verum eſt quoad natiuitatem & vitam, ambæ enim vivunt & competunt ab initio, non autem quoad inſtitutionem. Licet enim multæ oriantur ex uno delicto actiones, non tamen omnes is, cui competunt, inſtituere poteſt, ſed debet ex illa vnam eligere, quæ ſibi magis videtur apta & idonea, & vna electa & inſtituta, tollitur & conſumitur altera, quia non neceſſe eſt omnibus experiri, ſed vna tantummodo vtendum eſt, vt probat *l. nemo ex his. §. 1. ſupr. hoc tit.* Vbi dicitur: *Quoties concurrunt plures actiones eiuſdem rei nomine, vna quis experiri debet.* Et in *l. plura. 53. ff. de act. & oblig.* dicitur: *Plura delicta in vna re plures actiones admittunt, ſed non poſſe omnibus vti, probatum eſt.* Fallit
9 I. Si † ex illis actionibus vnum & idem petitur; quia

quia tunc vna per alteram conſumitur, cum bona fides non patiatur bis idem exigi, *l. bona fides. ſupra hoc tit.* II. Fallit, † ſi ambæ ſunt rei perſecutoriæ, & 10 perſequuntur vnam & eandem rem, *l. ſi merces. §. culpæ. ff. locati.*

Svmmaria.
In L. Qui dolo deſiit.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Paria ſunt in iure, poſſidere rem aliquam, vel deſinere eam poſſidere dolo malo.*
3 *Dolo deſinere rem poſſidere, eſt nihil aliud, quàm rem aut venditione, aut alia tranſlatione intempeſtiua, & non ſine dolo malo alienare.*
4 *Regula procedit primò, in eo, qui dolo alicuius rei poſſeſſionem acquirere voluit.*
5 *Secundò, in eo, qui culpa deſiit poſſidere.*
6 *Tertio, quoad damnum Nam quoad damnum, deſinens dolo poſſidere pro poſſeſſore habetur.*
7 *Fallit primo, quoad commodum. Nam dolo deſinens poſſidere, non habetur pro poſſeſſore, quoties de commodo poſſeſſoris agitur, ſed quoties de damno, quod ex poſſeſſione in poſſeſſorem redundat.*
8 *Secundo, quoad ſubtilitatem, non quoad effectum iuris.*

Regvla CXXXI.

Qui dolo deſiit poſſidere, pro poſſidente damnatur: quia pro poſſeſſione dolus eſt.

PAuli † Juriſconſulti eſt hæc lex, deſumpta ex 1 lib. eius 22. ad Edict. & conueniunt cum ea *l. 150. & l. 157. §. 1. inf. hoc tit. c. pro poſſeſſore. de R. I. in 6.*

l. 12.

a *l.12.ff.de noxal.act.* Docet † autem, quod is, qui dolo deſiit poſſidere fundum, vel aliam rem, ex iuris diſpoſitione pro poſſeſſore habeatur, hoc eſt, quod paria in iure ſint, poſſidere rem aliquam, vel deſinere eam poſſidere dolo malo. Quapropter, qui poſſidet hortum, agrum, vel ſimilem rem, & audiens eam rem dominum repetiturum, alienat agrum, quo minus apud eum inueniatur, & ſic dolo malo deſinit poſſidere, hic ſaluo iure ciuile manet priſtinis actionibus obnoxius, non aliter, ac ſi adhuc poſſideret, *l. 20. §. 6. ff. de petit. hæred.* Vnde ſicut aduerſus poſſeſſorem dari ſolet rei vendicatio, *l. 1. ff. de rei vend.* ita & aduerſus eum, qui dolo mala deſinit poſſidere. Dolus enim pro poſſeſſione
3 eſt, vt teſtatur hæc regula. Dolo † autem deſinere poſſidere rem, eſt nihil aliud, quam rem aut venditione, aut alia translatione intempeſtiua, & non ſine dolo alienare, & ita efficere, quo minus rem poſſideat, & à vero domino conueniri poſſit, quem dolum & fraudem prætor, cum nemini prodeſſe debere vellet, edixit, vt in eum, qui ſic dolo malo
4 deſineret poſſidere, actio competeret. Procedit † Regula & in eo, qui dolo alicuius rei poſſeſſionem acquirere voluit, *l.13.§.14.ff.de pet.hæred.* Cag. *hic n.2.*
5 Dec. *n.1.* II. Procedit † in eo, qui culpa deſiit poſſi-
6 dere, *l.63.ff.de rei vend.* Cag. *hic n.3.* III. Procedit † quoad damnum. Nam quoad damnum deſinens dolo poſſidere pro poſſeſſore habetur. Fallit I. quo
7 ad † commodum. Nam dolo deſinens poſſidere non habetur pro poſſeſſore, quoties de commodo poſſeſſoris agitur, ſed quoties de damno, quod ex poſſeſſione in poſſeſſorem redundat, Cag. *hic nu.1.*
8 Dyn. *in c. pro poſſeſſore. de R. I. in 6. n.3.* II. Fallit † quoad ſub-

ſubtilitatem, non quo ad effectum iuris. Nam quo ad effectum quilibet, & poſſeſſor, & dolo malo deſinens poſſidere, actione conuenitur, ſed quo ad ſubtilitatem, alia actione poſſidens, nimirum directa, alia dolo malo deſinens poſſidere, vtili nimirum, conuenitur, teſte Cag. *hic, num.* 1.

SVMMARIA.

In L. Imperitia culpæ.

1 *Origo Regula & conuenientia.*

2 *Damnum imperitia datum ſimile eſt damno culpa dato. Imperitia enim culpa adnumeratur.*

ibid. Non debet quis, quod ignorat, facilè aſſeuerare.

3 *Medicus, ſi ſeruum interficit, quia male eum ſecuit, aut medicamento perperam vſus eſt, pœna dignus eſt, & ob id l. Aquiliæ actione conueniri poteſt.*

4 *Idem iuris eſt in aſſeſſore, procuratore, aliisq; quibuscunq; artificibus, artem aliquam viliſſimam profitentibus.*

5 *Regula fallit in medico, ſi diligentiam adhibuit ſecundum artem: tunc enim illi nihil imputatur.*

6 *Ad quod tamen quatuor requiruntur.*

7 *Primum, vt illud officium ſibi conueniat.*

8 *Secundum, vt ſit peritus.*

9 *Tertium, vt adhibeat omnem diligentiã ſecundũ artem ſuam.*

10 *Vt informet ægrotum de his, quæ contraria ſunt ægritudini.*

11 *Idem eſt in aſſeſſore, iudice, aduocato. Nam ſi ſecundum iura rem tractant, non tenentur, licet res malè cedat.*

REGVLA CXXXII.

Imperitia culpæ annumeratur.

CAii † JCti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 7. ad Edict. prouinciale, & conueniunt cũ ea *l. 7. 8. & 9. ff. ad l. Aquil. l. 36. ſup. h. t. §. Imperitia. Inſt. ad l. Aquil.* Docet † autem, quod damnum, imperitia & inſcitia datum, ſimile ſit damno, culpa dato, ſiqui- 1 2

dicit, & ob id non dandam eſſe contra eum actionem iniuriarum: quæritur quid iuris? Et reſpondetur, quod, quia prætor eius rei perſecutionem eſſe voluit, ſufficiat ſemel ad eum perueniſſe, etiamſi per exiguum tempus habuerit. Datur igitur actio non aliter contra hæredem, atq; ſi diu in poteſtate
4 20. florenos habuiſſet. Procedit † regula, cum momentanea acquiſitio, vel actus momentaneus vtilis eſt, & effectum producit, hoc eſt, quando ex momentanea illa poſſeſſione hæredes commodũ
5 accipiunt, Cag. *hic, nu.* 1. Secundo † procedit, quando ex delicto defuncti aliquid peruenit ad hæredes: ſecus, ſi nihil, Decius *hic. in princ.*

SUMMARIA.

In §. Hi qui in vniuerſum.

1 *Conuenientia §. huius.*
2 *Generaliter illi, ad quos bona alicuius vniuerſa perueniunt, hæredis loco habentur.*
3 *Fallit §. in ſucceſſore in prælatura, ſiquidem ille cum anteceſſore non cenſetur vna & eadem perſona.*
4 *Fallit item in fideicommiſſario vniuerſali, quando hæres quartam partem de hæreditate retinuit: tunc enim fideicommiſſarius non ad omnia onera hæreditaria obligatur, ſed tantum pro rata portione.*

REGVLA CXXVIII.

In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet.

HÆc Regula duas habet partes, quarum prima docet quod in pari cauſa ſemper ſit poſſeſſori fauendum, vel ꝙ in pari cauſa potior poſſeſſor haberi

beri debeat, explicata eſt *in l. in eo quod vel is. 33. ſupr. hoc noſtro titulo.*

§. Hi qui in vniuerſum,

Hi qui in vniuerſum ius ſuccedunt, hæredis loco habentur.

Cum † hoc §. conueniunt *l. prætor. ſupr. hoc tit. l. 1. ff. de caſtr. pecul. l. item veniunt. §. licet. ff de petit. hæred.* 1
Docet † autem, quod generaliter illi, ad quos bona alicuius vniuerſa perueniunt, hæredis loco habeantur. Sicut enim hæredes in omne ius ſuccedentes, quod defunctus tempore mortis habuit, eiuſdem cum defuncto poteſtatis eſſe dicuntur, *l. hæredem eiusdem. ſupr. hoc tit.* ita & illi, ad quos bona alicuius vniuerſaliter perueniunt, eiusdem poteſtatis cum eo habentur, à quo bona acceperunt: vt ſunt, bonorum poſſeſſores, *l. prætor bonorum. ſupr. eod.* vniuerſitatis emptores, fideicommiſſarii vniuerſales, aliique iuſti ſucceſſores, & quia tales eiusdem cum hærede cenſentur conditionis eſſe, ad omnia etiam, ad quæ hæres teneri ſolet, ipſos quoq; teneri, ambigendum non eſt. Obligatur autem hæres ad omnes actiones actiuas & paſſiuas: ergo & illi, qui loco hæredis habentur, eodem modo ad omnia hæreditaria onera obligantur. Fallit † hoc in ſucceſſore in prælatura, ſiquidem ille cum anteceſſore non cenſetur vna & eadem perſona, vt monet Dec. *hic num. 1. verſ. nota tamen.* II. Fallit † in fideicommiſſario vniuerſali, quando hæres quartam partem de hæreditate retinuit: tunc enim fideicōmiſſarius non ad omnia onera hæreditaria obligatur, ſed tantum pro rata portione, §. ſed quia ſtipulationes, Inſtit. de fideicommiſſ. hæred. 2 3 4

Digitized by Google

REGVLA CXXIX.

Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit.

IN *regula 55. ſupr. hoc tit.* dictum eſt, quod is dolo nihil facere videatur, vel dicatur, qui ſuo iure vtitur. Hic nunc eius regulæ exemplum traditur in creditore, ſuum debitum repetente. Is enim creditor, licet videatur nocere aliis creditoribus, dum illis præfertur, & ſuum creditum de debitoris bonis, quæ ſcit non eſſe ſoluendo, detrahit, tamen dolo id facere non dicitur, cum ſuo iure vtatur. Sic enim inquit Iuriſconſultus: Nihil dolo creditor facit, qui ſuum recipit, nec ſtatim inſimulari debet doli vel fraudis creditor, ſi quando in reliquorum creditorum præiudicium ſuum recipit. Nam ſi debitam pecuniam accipit, antequam bona debitoris poſſidentur à reliquis creditoribus, quamuis ſciat debitorem non eſſe ſoluendo, tamen quia ſibi vigilauit, Edictum de reuocandis iis, quæ in fraudem creditorum geſta ſunt, non timebit. Iure enim ſuo vſus eſt, quare dolo feciſſe quicquam exiſtimandus non eſt, licet alii creditores ſuo defraudentur credito. Plura de ſenſu huius regulæ videre poteſtis *in l. nullus videtur. 55. ſupra hoc tit. noſtro.*

SUMMARIA.

In §. Cum principalis.

1 *Conuenientia §. huius.*
2 *Corruente principali corruit etiam acceſſorium.*
3 *Exemplum de ſeruo legato cum peculio.*

4 *Exemplum aliud in matrimonio.*
5 *Procedit, etiamſi acceſſorium ſit nobilius & precioſius ipſo principali.*
6 *Obtinet etiam in contractibus.*
7 *Fallit primò, ſi eſt diuerſa ratio in principali & acceſſorio.*
8 *Secundò, quando acceſſorium non dependet à principali, ſed ſubſiſtit per ſe.*
9 *Tertiò, in codicillis in teſtamento factis.*

§. Cum principalis.

Cum principalis cauſa non conſiſtit: nec ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.

Cum † hoc §. continente ſecundam partem huius legis conuenit *l. cum principalis cauſa. infr. hoc tit. c. acceſſorium. de R. I. in 6.* 1 Docet † autem, quod corruente principali, corruat etiam acceſſorium, idq; propter naturalem rerum inter ſe connexionem: non magis enim poſſibile eſt, acceſſorium ſine principali eſſe, quam accidens ſine ſubiecto. Et ideo reſciſſo principali reſcinditur etiam acceſſorium, & non ſubſiſtente principali, non ſubſiſtit acceſſorium, vt, ſi † ſeruus legatus eſt cum peculio, & ſeruus poſtea manumittitur, alienatur, vel moritur, peculii quoque legatum perit, quia ſeruus tanquam principale periit. Idem † & in matrimonio procedit. Nam ſi dos eſt promiſſa matrimonii cauſa, matrimonium autem poſtea non ſequitur, ſed corruit, dotis quoque exactio corruat neceſſe eſt, quia ſine matrimonio dos eſſe nequit, *l. dotis appellatio. ff. de iure. dot.* Procedit † etiam hoc, licet acceſſorium ſit nobilius & precioſius ipſo principali, quia extinguitur extincto principali, vt videre eſt in ſcri- 2 3 4 5

in ſcriptura, pictura, & area, in qua ædificium poſitum eſt, *§. literæ quoq́ʒ. Inſt. de rerum diuiſ. l. & ſi non*
6 *ſint. §. perueniamus. ff. de auro & arg. leg.* Obtinet † etiam in contractibus. Nam ſi illi non ſubſiſtunt, nec pacta & conuentiones, circa illas factæ, ſubſiſtere potuerunt, Cag. *hic n. 9.* Quandoq; tamen hæc regula
7 non procedit, vt innuit verbū *plærumq́ʒ*. Fallit † itaq; I. ſi eſt diuerſa ratio in principali & acceſſorio, Bart. *in l. iſta ſtipulatio. ff. de V. O.* Decius *hic n. 3.* Cag. *n. 14.* II.
8 Fallit, † quando acceſſorium non dependet à principali, ſed ſubſiſtit per ſe, Dec. *hic n. 4.* Cag. *n. 14.* Nā ſi acceſſorium abſq; principali ſubſiſtere poteſt, re-
9 gula non procedit. III. Fallit † in codicillis in teſtamento factis. Etſi enim codicilli ante & poſt teſtamentum factum vires ſuas habeant à teſtamento, tanquam à principali: quo ſtante & ipſi ſtabunt, & quo collapſo, codicilli quoq; pereunt: tamen id in codicillis in teſtamento factis nō procedit, quia iſti tum demum valent, quando teſtamentum nō poteſt valere, Schneid. *in princ. Inſt. de Codicil. n. 23. & 24.*

SVMMARIA.

In L. Nunquam actiones.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa conueniant.*
2 *Si alicui ex vno & eodem facto plures competunt actiones, præſertim pœnales, alia aliam non conſumit vel tollit.*
3 *Plura delicta concurrentia nunquam faciunt, vt ullius impunitas detur.*
4 *Ex delicto regulariter ſequitur pœna.*
5 *Exemplum huius Regulæ.*
6 *Exemplum aliud.*
7 *Tertium Exemplum.*
8 *Plures ſæpè actiones deſcendunt ex vno & eodem facto, quarum tamen*

tamen vna aliam non conſumit, quod verum eſt, quoad natiuitatem & vitam, non autem quoad inſtitutionem.

9 *Fallit Regula primò, ſi ex illis actionibus vnum & idem petitur, quia tunc vna per alteram conſumitur.*

Ibid. Bona fides non patitur, bis idem exigi.

10 *Secundo, ſi ambæ ſunt rei perſecutoria, & perſequuntur vnam & eandem rem.*

Regula CXXX.

Nunquam actiones, preſertim pœnales, de eadem concurrentes, alia aliam conſumit.

DEſumpta † eſt hæc l. ex lib. 18. ad Edict. Vlp. Ju- 1
risconſulti, & conueniunt cum ea §. *fin. Inſt. ſi
quadr. pauper. feciſ. dic. l. nunquam ff. de act. & oblig. l. plu-
ra delicta. ff eod. l. nunquam plura. ff. de priuat. delict.* Do-
cet † autem, quod ſi alicui ex vno & eodem facto 2
plures competũt actiones, præſertim pœnales, alia
aliam non conſumat vel tollat, quo minus concur-
rant & ſimul competant. Tam ſollicitus enim fuit
legislator, præſertim in delictis cohercendis, vt
nonnunquam ex vno delicto aut facto, plures a-
ctiones ad pœnam exigendam competere volue-
rit, vt hac ratione delicta non manerent impunita.
Quapropter ſi plures actiones ex vno & eodem fa-
cto vel delicto competunt, vult Jurisconſultus no-
ſter *hic*, quod alia aliam non tollat vel conſumat, &
quod etiam Juſtinianus monet, *in §. fin. Inſt. ſi quadr.
pauper.* Ratio I. eſt, quia † nunquam plura delicta 3
concurrentia faciunt, vt vllius impunitas detur.
Neque enim delictum ob aliud delictum minuit
pœnam, ſed potius auget, *l. 2. ff. de priuat. delict.* II.
Quia † ex delicto regulariter ſequitur pœna, *l. ſine* 4
hæreditaria. ff. de negot. geſt. Vt, ſi quis † ſeruum 5
alie-

alienum ſurripuit ſuo domino, eumque occidit, duæ competunt actiones: actio nimirum furti, & actio legis Aquiliæ, teſte Vlp. *in l. ſi ſeruus in princ. ff. ad l. Aquil.* nec tamen alia aliam conſumit vel tollit,
6 ſed vtraque competit domino. Sic is, qui † alienam ancillam ſurripuit & vitiauit, duplici actione obligatur, actione nimirum ſeruæ corruptæ, & actione furti, *l. 2. §. 3. ff. de priuat. delict.* Quarum tamen vna alteram non tollit nec conſumit, ſed ambæ competunt, vt teſtatur idem Vlp. *in l. 2. §. 3. de*
7 *priuat. delict.* Eodem † modo, ſi quis alium verberat & vulnerat, unum & idem factum eſt, vnum & idem delictum, ex quo tamen duæ competunt actiones: actio ſcilicet iniuriarum, & actio *l. Aquiliæ.* Quarum tamen vna aliam non conſumit, ſed vtraque competit, vt probat *l. 1. ff. de tutel. & ratio-*
8 *nibus diſtrah. l. 1. ff. de vi bon. rap.* Et ſic ſæpe plures † actiones deſcendunt ex vno & eodem facto, quarum tamen vna aliam non conſumit, quod verum eſt quoad natiuitatem & vitam, ambæ enim vivunt & competunt ab initio, non autem quoad inſtitutionem. Licet enim multæ oriantur ex uno delicto actiones, non tamen omnes is, cui competunt, inſtituere poteſt, ſed debet ex illa vnam eligere, quæ ſibi magis videtur apta & idonea, & vna electa & inſtituta, tollitur & conſumitur altera, quia non neceſſe eſt omnibus experiri, ſed vna tantummodo vtendum eſt, vt probat *l. nemo ex his. §. 1. ſupr. hoc tit.* Vbi dicitur: *Quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna quis experiri debet.* Et in *l. plura. 53. ff. de act. & oblig.* dicitur: *Plura delicta in vna re plures actiones admittunt, ſed non poſſe omnibus vti, probatum eſt.* Fallit
9 I. Si † ex illis actionibus vnum & idem petitur; quia

quia tunc vna per alteram conſumitur; cum bona fides non patiatur bis idem exigi; *l. bona fides. ſupra hoc tit.* II. Fallit, † ſi ambæ ſunt rei perſecutoriæ, & 10 perſequuntur vnam & eandem rem, *l. ſi merces. §. culpæ. ff. locati.*

Svmmaria.

In L. Qui dolo deſiit.

1 *Origo & conuenientia Legis.*

2 *Paria ſunt in iure, poſſidere rem aliquam, vel deſinere eam poſſidere dolo malo.*

3 *Dolo deſinere rem poſſidere, eſt nihil aliud, quàm rem aut venditione, aut alia translatione intempeſtiua, & non ſine dolo malo alienare.*

4 *Regula procedit primò, in eo, qui dolo alicuius rei poſſeſſionem acquirere voluit.*

5 *Secundò, in eo, qui culpa deſiit poſſidere.*

6 *Tertio, quoad damnum. Nam quoad damnum, deſinens dolo poſſidere pro poſſeſſore habetur.*

7 *Fallit primo, quoad commodum. Nam dolo deſinens poſſidere, non habetur pro poſſeſſore, quoties de commodo poſſeſſoris agitur, ſed quoties de damno, quod ex poſſeſſione in poſſeſſorem redundat.*

8 *Secundo, quoad ſubtilitatem, non quoad effectum iuris.*

Regvla CXXXI.

Qui dolo deſiit poſſidere, pro poſſidente damnatur: quia pro poſſeſſione dolus eſt.

PAuli † Juriſconſulti eſt hæc lex, deſumpta ex 1 lib. eius 22. ad Edict. & conueniunt cum ea *l. 150. & l. 157. §. 1. inf. hoc tit. c. pro poſſeſſore. de R. I. in 6.*

l. 12.

ſubtilitatem, non quo ad effectum iuris. Nam quo ad effectum quilibet, & poſſeſſor, & dolo malo deſinens poſſidere, actione conuenitur, ſed quo ad ſubtilitatem, alia actione poſſidens, nimirum directa, alia dolo malo deſinens poſſidere, vtili nimirum, conuenitur, teſte Cag. *hic, num.* 1.

SVMMARIA.

In L. Imperitia culpæ.

1 *Origo Regulæ & conuenientia.*

2 *Damnum imperitia datum ſimile eſt damno culpa dato. Imperitia enim culpæ adnumeratur.*

Ibid. Non debet quis, quod ignorat, facilè aſſeuerare.

3 *Medicus, ſi ſeruum interficit, quia male eum ſecuit, aut medicamento perperam vſus eſt, pœna dignus eſt, & ob id l. Aquiliæ actione conueniri poteſt.*

4 *Idem iuris eſt in aſſeſſore, procuratore, aliiſq; quibuscunq; artificibus, artem aliquam viliſſimam profitentibus.*

5 *Regula fallit in medico, ſi diligentiam adhibuit ſecundum artem: tunc enim illi nihil imputatur.*

6 *Ad quod tamen quatuor requiruntur.*

7 *Primum, vt illud officium ſibi conueniat.*

8 *Secundum, vt ſit peritus.*

9 *Tertium, vt adhibeat omnem diligentiã ſecundũ artem ſuam.*

10 *Vt informet ægrotum de his, quæ contraria ſunt ægritudini.*

11 *Idem eſt in aſſeſſore, iudice, aduocato. Nam ſi ſecundum iura rem tractant, non tenentur, licet res malè cedat.*

REGVLA CXXXII.

Imperitia culpæ annumeratur.

CAii † JCti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 7. ad Edict. prouinciale, & conueniunt cũ ea *l.* 7. 8. *&* 9. *ff. ad l. Aquil. l.* 36. *ſup. h. t.* §. *Imperitia. Inſt. ad l. Aquil.* Docet † autem, quod damnum, imperitia & inſcitia datum, ſimile ſit damno, culpa dato, ſiqui- 1 2

ſiquidem imperitia culpæ annumeratur, & ſicut culpa pœna digna eſt, ita & imperitia, quæ quaſi ſpecies culpæ habetur. Ratio eſt, quia non debet quis, quod ignorat, facilè aſſeuerare, *l.* 13.§.3. D. *de act. empti & vend.* Nec debet etiam quis affectare id, in quo intelligit vel intelligere debet, ſuam infirmitatem alteri fore nociuam, *l.8.ff.ad l.Aquil.* Vnde,
3 ſi † medicus ſeruum interficit; quia malè eum ſecuit, aut medicamento perperam vſus eſt, pœna dignus eſt, & ob id l. Aquiliæ actione conueniri poteſt, §. *Imperitia. Inſtit. ad l. Aquil. & l.7. in fine. ff. ad l. A-*
4 *quil.* Idem † iuris etiam eſt in aſſeſſore, procuratore, aliiſque quibuſcunque artificibus, artem aliquam viliſſimam profitentibus. Juſtiſſimè enim illis imputatur, ſi, quod non benè didicerunt, tam graui multorum periculo profitentur, & de vita hominis, item fortunis, tàm temerè ludunt, *l. 6. §. 7. ff. de off. præſid.* Non enim eſt ſine culpa, qui ſeſe rebus ad ſe nihil pertinentibus immiſcet, vt etiam ſupra *in l. 36.* declaraui. Similiter tabellio publicus, ſi officio ſuo, vt oportebat, non eſt functus, atque ita contrahentibus eſt nocitum, quia diem omiſit, vel pactionem, ſecus atque conuentum eſt, conſcripſit, ac alias imperitè officium exercuit, tunc ei, contra quem peccat, ad hoc, quod intereſt, obligatur, *l. quæſitum ff. de optione legata.* Perinde enim eſt, quiſpiam per imperitiam peccet, aut dedita opera: Vtrolibet enim pacto culpam contrahit, & pœna dignus efficitur, idque propterea, vt temerarii illi coherceantur, nec facilè exerceant artem,
5 quam non didicerunt. Fallit l. in † medico, ſi diligentiam adhibuit ſecundum præcepta artis: tunc enim nihil ei imputatur, vt notatur *in c. ad aures. ex:*

de

de ætate & qual. & ord. præficiend. Ad † hoc tamen 4. 6
requiruntur. 1. Quod illud † officium ſibi conue- 7
niat. 2. Quod † ſit peritus. 3. Quod adhibeat † o- 8. 9
mnem diligentiam ſecundũ artem ſuam. 4. Quod
† informet ægrotum de his, quæ contraria ſunt æ- 10
gritudini. His igitur præſtitis, ſi inſuper moritur ægrotans, non imputatur illud medico, ſecundum Ouidium dicentem:

Non eſt in medico ſemper releuetur vt æger:
Interdum docta plus valet arte malum.

Idem eſt † in aſſeſſore, Judice, aduocato. Nam ſi 11
ſecundum iura rem tractant, non tenentur, licet res malè cedat, teſte Schneid. *in §. præterea. Inſtit. ad l. Aquil.* *nu.* 4. Plura de hac regula vide *in l. culpa.* 36. *ſupra hoc noſtro titulo.*

SVMMARIA.

In L. Melior conditio.

1 *Vnde deſumpta ſit hac Regula, & quænam alia cum illa leges conueniant.*

2 *Conditio noſtra per ſeruos noſtros poteſt fieri melior, deterior verò nequaquam.*

3 *Ius gentium ſeruos nobis propterea ſubiecit, vt uſui eſſent & rem nobis facerent, non autem vt nobis incommodarent.*

4 *Quicquid in dominorum vſum, vtilitatem & fauorem introductum eſt, id non debet in eorum odium & detrimentum conuerti.*

5 *Exemplum huius rei.*

6 *Regula procedit, non tantum in ſeruis veris, ſed etiam in omnibus, qui ſunt ſeruilis conditionis.*

7 *Fallit primò, in delictis. Nam in illis per ſeruos fit deterior conditio, non melior.*

8 *Secundò, in acquirendis; ſecus in acquiſitis.*

Regvla CXXXIII.

Melior conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt.

1 CAii † Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 8. ad Edict. prouin. & conueniunt cum ea *l. fin. C. de acquir. poſ. l. ſeruus creditoris. C. de pact. l. etiam. ff. de acquir. rer. dom. l. ſeruus vetante. ff. de V. O. l.*
2 *ſi ſeruus. ff. de Iureiur.* Docet † autem breuiter, quod conditio noſtra per ſeruos noſtros poteſt fieri melior, deterior verò nequaquam, id eſt, quod ſeruis liceat & conceſſum ſit, augere noſtras facultates &
3 bona, non autem diminuere. Ratio eſt, quia † Ius gentium ſeruos nobis propterea ſubiecit, vt vſui eſſent, & rem nobis facerent, non autem, vt nobis incommodarent. Pro dominis enim & eorum vtilitatibus introductum eſt, vt habeant ſeruos, quorum opera vtantur, ob quod etiam, quicquid ſerui acquirunt illud dominis etiam ignorantibus & inuitis acquiri manifeſtum eſt, *l. etiam. ff. de acquir. rer. dom. §. 1. Inſtit. per quas perſon. nobis acquir.* Quapro-
4 pter † quicquid in dominorum vſum, vtilitatem & fauorem introductum eſt, id non debet in eorũ odium & detrimentum conuerti, *l. nulla quod fauore.*
5 *C. de ll.* Vnde † pactum, quod ſeruus facit cum creditore, ne petat, exceptionem domino parit, ratũq; erit; quod ſi verò pactus eſt cum debitore domini ſui, ne petatur debitum, non valet illud pactum, quia obligationem rectè conſtitutam in deterius nouo pacto reformare non poteſt, *l. ſeruus creditoris. C. de pact.* Eſt etiam *in l. ſi ſeruus. 23. ff. de iur. & in l. ſi debitor.*

Digitized by Google

bitor.ff.de pact. exemplum huius regulæ. Nam *in l. ſi ſeruus* dicitur: *Si ſeruus iurauerit dominum dare non oportere, exceptio domino indulgenda eſt, ſibiq́; aduerſarius imputare debet, quod ſeruo iuramentum detulit*: Et ſic melior redditur conditio domini per iuramentum ſerui. Idem etiam *in l. ſed etſi. 25. D. de iureiur.* ſed etſi ſeruus meus delato vel relato iuramento iurauit rem domini eſſe, vel ei dari oportere, puta dandam mihi actionem, vel pacti exceptionem, propter religionem & conuentionem: *& in l. ſeruus creditoris. C. de pact.* dicitur: *ſeruus creditoris meliorem cauſam domini facere poteſt, in deterius autem reformare nouo pacto non poteſt obligationem rectè conſtitutam.* Procedit † 6
hæc regula non tantum in ſeruis veris, ſed in omnibus, qui ſunt ſeruilis conditionis, vt in miniſtris noſtris, monachis, & notariis, qui quaſi publici ſerui dicuntur. Nam ſtipulando alteri poſſunt eius, cuius intereſt, facere conditionem meliorem, ſed non deteriorem, teſte Sichardo *in l. ſeruus. C. de pact. nu. 5.* Fallit † 1. in delictis. Nam in illis per ſeruos 7
fit deterior conditio, non melior: grauat enim dominum ſaltem in noxa, *l. 21. in princ. & l. 22. ff. de noxal. action.* Secundo † fallit in acquirendis, ſecus in 8
acquiſitis, *l. fin. C. de acquir. poſſeſ.*

SUMMARIA:
In L. Non fraudantur.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa leges conueniant.*

2 *Debitores verè & proprie dicuntur defraudare creditores ſuos, qui patrimonium & bona ſua diminuunt, alienando, vendendo, &c.*

3 *Edictum de iis, quæ in fraudem creditorum facta ſunt, ad diminuentes patrimonium pertinet.*

4 *Debitor, qui delatam hæreditatem repudiat, vel pecuniam domi otioſam habet, non dicitur defraudare creditores ſuos.*

5 *Aliud Exemplum.*

6 *Regula fallit primo, in caſibus illis, in quibus quis de natura contractus tenetur acquirere.*

7 *Secundo, ſi pactione conuentum eſſet, vt debitor quid acquireret, is autem facere dolo malo poſthabet: tunc enim per hoc bona ſua diminuta videntur.*

Regula CXXXIV.

Non fraudantur creditores, cum quid nõ acquiritur à debitore, ſed cum quid de bonis minuitur.

1 VLp. Juriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex libro eius 12. ad Edictum, habetque duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. qui autem. ff. de his quæ in fraud. cred. l. nemo ex ſociis. ff. pro ſocio.* Do-
2 cet † autem, quod debitores verè & propriè dicantur defraudare creditores ſuos; ita vt locus eſſe poſſit *edicto de iis quæ in fraudem creditorum facta ſunt,* nimirum illi debitores, qui patrimonium & bona ſua diminuunt, vendendo, alienando ea, non qui occaſionem acquirendi plura bona negligunt; vel
3 id agunt, vt locupletentur. Nam † *Edictum de iis quæ in fraudem creditorem facta ſunt,* ad deminuentes patrimonium ſuum ait Vlpianus pertinere, *in l. 6. ff. de his quæ in fraud. creditor.* Non autem ad eos, qui id agunt, vt locupletentur, vel bona eorum augean-
4 tur. Debitor † igitur qui delatam hæreditatem repudiat, vel pecuniam domi otioſam habet, neque lucrifaciendi cauſa in merces conuertit, velut donationis cauſa ei oblatum contemnit, non dicitur de-

defraudare creditores ſuos, neque quicquam in fraudem creditorum feciſſe cenſetur, tantum abeſt, vt contra *edictum de iis quæ in fraudem credit.* egiſſe iudicetur. Ratio eſt, quia in rebus creditoribus oppignoratis nihil fraudulenter molitus eſt, II. Quia dum id agit, ne locupletetur, non interuertuntur, nec diminuuntur res creditorum, tantum abeſt, vt edicto locus eſſe poſſit. Hinc dicitur *in l. qui autem. ff. quæ in fraud. credit.* *Qui autem cum poſſit*: & paulo poſt: *perinde qui repudiauit hæreditatem.* Sic † ſi debi- 5
tor habet filium in ſua poteſtate, qui hæres eſt inſtitutus à Titio, vel cui legatum eſt relictum, & is facta inſtitutione emancipat filium, quo ſibi filius acquirat hæreditatem non patri, quæritur an in fraudem creditorum hoc feciſſe videatur pater, ita vt per *Edictum de iis, quæ in fraud. cred.* conueniri poſſit, & reſpondetur, quod non, *& l. qui autem. § ſimili modo dictum eſt, ff. eod.* Fallit † Reg. 1. In caſibus il- 6
lis, in quibus quis de natura contractus tenetur acquirere, teſte Bart. *in l. qui autem. ff. d. tit.* Decius *hic num. 1. verſ. & regula eſt.* Cag. *num. 1.* II. Fallit, † ſi pa- 7
ctione conuentum eſſet, vt debitor quid acquireret, is autem facere dolo malo poſthabet, tunc enim per hoc bona ſua diminuta videntur, Bart. *in d. l. qui autem d. tit.*

SUMMARIA.

In §. Nemo ex ſuo.

1 *Concordantia §. huius.*
2 *Nemini ex delictis & facinoribus ſuis premium ſperandum eſt.*
3 *Delicta pœnam, non impunitatem & premium, merentur.*
4 *Rebus noſtris neq; ex alieno delicto debet fieri acceſſio, tantum abeſt. vt ex proprio delicto id fieri poſſit.*

5 *Non tantum delinquentes ipſi pœnis ſubiici debent, ſed & ſi quid per alterius iniuriam arripuerunt, id eis auferatur, ne quiſquam ex ſuo delicto conditionem ſuam meliorem facere videatur.*

6 *Exemplum de corrumpente iudicem.*

7 *Exemplum aliud de marito & muliere. & n. 8.*

9 *Dilatatio exempli. & n. 10.*

§. Nemo ex ſuo delicto.

Nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poteſt.

1 Cum † hoc §. continente ſecundam huius legis partem conueniũt *l. ſi ab hoſtib. §. 1. ff. ſol. mat. l. nunquã. ff. de priuat. delict. l. ſancimus C. de pœnis. c. mora ſua. de R.*
2 *I. in 6.* Docet † autem quod nemo ob delicta ſua & ſcelera commodum ſentire debeat, vel quod nemini ex delictis & facinoribus ſuis ſuis premium
3 ſperandum ſit. Ratio I. eſt, quia delicta † pœnam, non impunitatem & præmium merentur; *l. nunquam. ff. de priuat. delict. l. ſancimus. C. de pœnis. l. ſiue he-*
4 *reditaria. ff. de negoc. geſt.* Secundo, quia † rebus noſtris neque ex alieno delicto debet fieri acceſſio, tantum abeſt, vt ex proprio delicto id fieri poſſit, cum malitia ſua nemini lucroſa eſſe debeat, ne maioris tumultus occaſio fiat, quod ſanè fieret, ſi prodeſſet nobis id, quod alteri dolo malo abſtuliſſe-
5 mus. Rectè † itaque receptum & ſancitum eſt, vt non tantum pœnis delinquentes ipſi ſubiicerentur, ſed & ſi quid per alterius iniuriam arripuerunt, id eis auferatur, ne quiſquam ex ſuo delicto conditionem ſuam meliorem facere videatur, vt extat Imp. Antonini conſtitutio, qua prohibet pecuniã dare iudici, vt ſententiam pro damnum dante ferat, *l. 1.*
6 *§. 3. ff. de calumniator.* Si † igitur quis nunc corrumpit

pit iudicem, vt pro ſe ferat ſentẽtiam, & data pecunia innoteſcit iudicem eſſe corruptum, dicendum eſt, quod corrumpens iudicem pro ſe ſententiam habere non debeat, ne ex ſua malitia ſentiat commodum, ſed quod cauſa cadere debeat, i. amittere rem, *d.l.1.§.3.ff.de calum.* & iudex omninò etiam puniri debet, quod iniuſtam tulerit ſententiã, vt probatur *in pr.Inſt.de obl. quæ ex q. del.* Eodem † modo ſi 7
inter maritum & vxorem conuentum eſt, vt, ſi vxor prior moriatur, maritus omnia eius bona lucretur, & ecõtra, ſi maritus prior moriatur, vxor eius bona lucretur. Si poſtea maritus interficit vxorẽ vel eam malè habentem non curat, nec ei medicum vllum adducit, vel adducit quidem, ſed talem qui artis imperitus eſt, vt eo citius decumbat, ſanè in tali caſu maritus non debet lucrari bona vel dotem, ſed hæredes vxoris eam repetere poſſunt. Iniquum n. eſſet, ex ſuo ſcelere conditionẽ ſuam facere meliorem. Idem † ſtatuendum eſt, ſi vxor maritum vene- 8
no necaſſet. Nam nec tunc ipſa donationem propter nuptias lucrifaceret, *l. ſi ab hoſtib.ff.ſol.mat.* Sic † 9
ſi matrimonium inter perſonas aliquas non valet, ſed legibus moribusq. publicis prohibitum eſt, vt inter ſenatorem & libertam, vel ſimiles perſonas, de quib⁹ *in tit.Inſt.de nupt.* tali caſu nec donationes inter eas perſonas conſiſtere poſſunt, ne melior ſit cõditio eorum qui delinquunt, *l.hæc ratio.§.videamus. ff.de don. inter vir. & vx.* Procedit † hoc in omnibus 10
cauſis, quibus ex maleficio aliquid inceptum eſt, vt in vi publica, priuata, vi bonorũ raptorum, damno iniuria dato, furtis & id genus mille delictis, in quibus & pœna irrogatur, & ablatũ repetitur, cum nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere debeat, *teſte hac R. noſtra.* SUM-

Svmmaria.

In L. Ea quæ ad dandum.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *In actibus & obligationibus adiectio impoſſibilium, vel eorum, quæ in rerum natura non ſunt, nihil operatur, ſed perinde habetur, ac ſi adiecta non eſſet.*
3 *Qui negotium gerit, eius plerunq; animi eſſe creditur, vt magis velit negotium conſiſtere, quàm peſſum ire.*
4 *Exemplum.*
5 *Procedit Regula primò, in legatis.*
6 *Secundo, in fideicommiſſariis libertatibus, partim ob fauorem vltimarum voluntatum, partim ob fauorem libertatis.*
7 *Tertio, in matrimonio.*
8 *Impoſſibilia vocantur ea non tantum, quæ de natura & facto ſunt impoſſibilia, ſed etiam ea, quæ de iure prohibentur.*
9 *Quæ ſunt contra LL & bonos mores, ea nec facere nec poſſe exiſtimandum eſt.*
10 *Fallit Regula primo, in contractibus. Illos enim adiectio impoſſibilium vitiat.*
11 *In contractibus non ſe obligare velle videtur, qui ſub impoſſibili conditione contrahit.*
12 *Secundo fallit in iis, quæ dari non poſſunt, vel quia nullum eorum eſt commercium.*

Regula CXXXV.

Ea quæ ad dandum impoſſibilia ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro non adiectis habentur.

1 Eiusdem † Vlpiani Juriſconſulti eſt hæc regula, deſumpta ex lib. eius 23. ad Edictum, & conueniunt cum ea *l. impoßibilium. infr. hoc tit. c. nemo poteſt ad impoßibile. de* R. I. *in 6. c. quæ contra ius fiunt. eod. tit.*

tit.§.fin.Inſtit.de hæred.inſtit.l.mulier.ff.de condit.inſtit. l.ab omnibus §.1.*ff.de leg.* 1. Docet † autem breuiter, 2
quod per adiectionem impoſſibilium vel earum rerum, quæ in rerum natura non ſunt, actus vel obligatio non vitietur, ſed quod impoſſibilia illa pro non adiectis habeantur, hoc eſt, quod in actibus & obligationibus adiectio impoſſibilium, vel eorum, quæ in rerum natura non ſunt, nihil operetur, ſed perinde habeatur, ac ſi adiecta non eſſet: vel quod actus nonnulli, etiamſi contineant impoſſibilia, quæ dari non poſſunt, nec ſunt in rerum natura, tamen propterea non vitientur, ſed firmi & validi permaneant, vt *hic* probatur, *&* §. *fin. Inſtit. de hæred.inſtit.* Ratio eſt, quia † qui negocium gerit, 3
eius plærumque animi eſſe creditur, vt magis velit negocium conſiſtere, quam peſſum ire, alias ſatius foret omnino abſtinere, quàm intercepto otio rerum moleſtiis fruſtra ſe exponere. Vt † ſi Titius in- 4
ſtitutus eſt hæres in teſtamento Sempronii ſub hac conditione impoſſibili: Titius ſi cœlum digito attigerit, hæres meus eſto, & quæritur, an Titius hæres eſſe poſſit, etiamſi conditionem illam, ſub qua inſtitutus eſt, non impleat, vel implere poſſit? dicendum eſt, quod ſic, illa enim impoſſibilis conditio non vitiat inſtitutionem, ſed perinde habetur, ac ſi inſtitutioni adiecta non eſſet, *l.* 1. *ff. de condition.inſtit.* idem † procedit etiam in legatis. Nam 5
ſi alicui legatum eſt relictum ſub conditione impoſſibili, veluti, lego Titio 100. ſi fratrem ſuum interfecerit, & dubitatio oritur, an nihilominus Titio legatum debeatur, etiamſi fratrem non interfecerit, reſpondendum ſanè eſt, quod ſic, quia pro non adiecta habetur illa turpis & inhoneſta

6 conditio, §.*fin.Inſt.de hæred.inſtit.* Procedit † Regula etiam in fideicommiſſariis libertatibus, partim ob fauorem ultimarum voluntatum, partim ob fauo-
7 rem libertatis, *d.§.fin.Inſt.de hæred.inſtit.* Obtinet † etiam in matrimonio; nam nec illud vitiatur per adiectionem eorum, quæ impoſſibilia ſunt, modo non ſint contra ſubſtantiam ipſius matrimonii, vt, ſi adoleſcens promittit puellæ matrimonium ſub conditione hac impoſſibili: Ducam te in vxorem, ſi Chymæram vel Ætnam montem dotis nomine mihi dederis; Hoc in caſu matrimonium nihilominus valet, licet conditionem puella adimplere non poſſit, cum conditio hæc impoſſibilis pro non adiecta propter fauorem matrimonii habeatur.
8 Vocamus † autem impoſſibilia, non tantum ea, quæ de natura & facto ſunt impoſſibilia, vt cœlum digito tangere, aureum montem præbere, & ſimilia, ſed etiam ea, quæ de iure prohibentur, & turpia ſeu inhoneſta vocantur, quæque contra bonos mores ſunt, vt homicidium committere, adulterium, furtum vel ſimilia delicta perpetrare. Illa enim omnia Iuriſconſultus vocat impoſſibilia, te-
9 ſte Dyn. *in c. nemo ad impoſſ. de R.I. in 6.* Nam † quæ ſunt contra LL. & bonos mores, ea nec facere nos poſſe exiſtimandum eſt, *l.filius.ff.de condit.inſtit.* Fal-
10 ſit † regula in contractibus, illos enim adiectio impoſſibilium, vel eorum, quæ in rerum natura non ſunt, vitiat, nec valere eos ſinit, vt videre eſt in ſtipulatione, §.*ſi impoßibilis. Inſtit, de inutil. ſtipul. l. non*
11 *ſolum.ff.de act. & oblig.* In † contractibus enim non videtur ſe velle obligare, qui ſub impoſſibili conditione contrahit, ſed potius ludere præſumitur.
12 Idem † eſt in iis, quę dari non poſſunt, vel quia nullum

Digitized by Google

lum eorum eſt commercium, vt ſunt res ſacræ, ſanctæ, religioſæ. De illis enim ſic inquit JCtus; *Quod nullius eſſe poteſt, id alicuius vt fieret, nulla obligatio valet efficere, l. quod nullius. h.t. noſtro.* Vel quia non ſunt in rerum natura, nec ſperantur, vt probatur *Inſt. de inut. ſtip. in pr.* Et hinc eſt quod JCtus inquit: *Nemo ad impoſſibilia obligatur. d.c. nemo & l. impoſſibilium. inf. h.t.*

SVMMARIA.

In L. Bona fides tantundem.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Paria ſunt in iure, bona fide rem aliquam poſſidere, vel verum dominum eſſe.*
3 *Iuſta & probabilis ignorantia nemini damnum adferre debet.*
4 *Exemplum.*
5 *Regula procedit, quoad effectum dominii.*
6 *Bona fidei poſſeſſor, & verus dominus re & verbis differunt.*
7 *Procedit item in illis, vbi lex impedimento non eſt.*
8 *Res furtiua & vi poſſeſſæ, licet bona fide longo tempore poſſideantur, tamen non præſcribuntur.*

REGULA CXXXVI.

Bona fides tantundem poſſidenti præſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt.

PAuli † JCti eſt hæc Regula, deſumpta ex libro 1 eius 18. ad edict. & conueniunt cum ea *l. qui ſcit. & l. fructus. ff. de vſuris. l. magis puto. ff. de rebus eorum. l. apud antiquos. § fin. C. de furt. §. ſi quis à non Domino. Inſtitut. de rer. diuiſ.* Docet † autem quod is, qui bona 2 fide rem alienam poſſidet, penè veri domini loco ſit & habeatur, & quod ipſi in acquirendis fru-

fructibus aliiſque commodis bona fides tantum præſtet & proſit, quantum veritas ipſa: vel quod paria ſint in iure, bona fide rem aliquam poſſidere, vel verum dominum eſſe, ſeu ex vero contractu cum vero domino inuito poſſidere: vel quod bonæ fidei poſſeſſor in multis æquiparetur vero, iuſto & legitimo domino. Nam ſicut verus dominus lucratur fructus & alia rei commoda, ita & bonæ fidei poſſeſſor. Bona fides enim idem præſtat, quod
3 veritas ipſa, vt teſtatur *hæc regula noſtra*. Ratio eſt, † quia iuſta & probabilis ignorantia nemini damnũ afferre debet, §. *rectè quoq; mandat. Inſtit. de mandato.*
4 Vt † Sempronius in alieno agro, quem bona fide à non domino, cum dominum eſſe crederet, habet, frumentum ſeuit, quem agrum cum dominus euiciſſet, etiam fructus, quos bonæ fidei poſſeſſor interim perceperat, ſibi reſtitui petiit, quæritur quid iuris, & reſpondetur, quia bonæ fidei poſſeſſor in percipiendis fructibus vero domino æquiparatur, quod Sempronius fructus perceptos ſuos faciat, cum bona fides, quam Sempronius habuit, tantum ei proſit, quantum veritas ipſa, id eſt, quantum prodeſſet, ſi verus dominus fuiſſet, vel à vero domino agrum emiſſet, *l. qui ſcit fundum. §. in alieno ff. de vſur.* Sic *in l. qui ſcit. §. 1. de vſur.* dicitur, *Si ego fun-*
5 *dum alienum*. Procedit † Regula, quoad effectum dominii, & quoad perceptionem fructuum, quo ad actionem, exceptionem & alia commoda, quæ ex vero dominio, tanquam ex ſua cauſa proficiſcuntur. Id quod & Iuriſconſultus *hic* per vocem *tantundem* ſatis eleganter expreſſit: non quo ad o-
6 mnia. Nam † non perinde eſt, quis bonæ fidei poſſeſſor ſit aut verus dominus, quia & re & verbis differunt

ferunt bonæ fidei poſſeſſor & verus dominus, *l. bonæ fidei emptor. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. & l. quacunq; cauſa. ff. de publ. in rem act.* II. Procedit † in illis, vbi lex 7
impedimento non eſt: vbi enim lex eſt impedimento, non procedit regula noſtra, vt probatur *hic*, in verbis: *Quoties lex.* Vt, quando lex inquit, quod ex aliena re nihil percipere poſſim, bona fides quoque id immutare nequit, vt *l. 12. tab. & l. Atilia* inhibent vſucapionem rerum furtiuarum & vi poſſeſſarum, *§. furtiua quoq; res. Inſtit. de vſucap.* Quæ
† res licet bona fide longo tempore poſſideantur, 8
tamen non præſcribuntur, ſiquidem in his non tantum efficit bona fides, quantum veritas, quia Lex impedimento eſt.

Summaria.
In L. Qui authore.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Iuſſus iudicis aliquem excuſat à dolo.*
3 *Iuſte poſſidet, qui authoritate prætoris poſſidet.*
4 *Authoritas & iuſſus iudicis purgat alienæ rei ſcientiam.*
5 *Subditus parere habet neceſſe iudici.*
6 *Exemplum Regulæ primum.*
7 *Exemplum ſecundum.*
8 *Exemplum tertium.*
9 *Procedit Regula primò, ſi quis bona fide, id eſt, ex iure permiſſa cauſa, vtitur authoritate magiſtratus ad comparandam rem aliquam, non quando obrepſit iudici; tunc enim nihil agit.*
10 *Secundo, ſi præceptum iudicis iuſtum vel dubium eſt; ſecus, ſi de iniuſtitia eius conſtat.*
11 *Fallit, ſi iudex aliquid facit, quod ad officium eius non ſpectat.*

Regv.

Digitized by Google

REGVLA CXXXVII.

Qui authore iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

1 DEſumpta † eſt hæc l. ex lib. 25. Vlp. JCti ad Edict. & conueniunt cum ea *l. iuſtè. ff. de acquir. poſſ. l. non videntur. §. qui iuſſu. h. t. c. quod quis mandato. de*
2 R. I. *in* 6. Docet † autem quod iuſſus iudicis aliquẽ excuſet à dolo, & quod is dolo careat, nec quicquam dolo feciſſe iudicetur, qui iudicis mandato obtemperat, ſicut econtra dolo non caret is, qui iudicis mandato non obtemperat, *l. non poteſt dolo carere, infr. hoc tit.* Vel quod habeatur loco bonæ fidei poſſeſſoris is, qui authoritate & iuſſu iudicis poſſidet rem etiam quam ſcit eſſe alienam. Ratio
3 I. eſt, quia † iuſtè poſſidet, qui authoritate prætoris
4 ris poſſidet, *l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſ.* II. Quia † authoritas & iuſſus iudicis purgat alienæ rei ſcientiam. In ciuitate enim magna eſt authoritas Iudicis, qui publicam perſonam ſuſtinet, & quicquid ex officio agit, iuſtè, & vt oportet, agere creditur.
5 III. Quia † parere habet neceſſe iudici, *c. quod quis mandato. de R. I. in* 6. quæ neceſſitas obtemperandi facit ceſſare præſumptionem doli & malam fidem, *l. qui cum maior. §. ſi pater. ff. de bonis libertorum.* Vnde
6 † qui prætoris authoritate fretus aliquid ſibi comparauit, iuſto titulo id poſſidere credendus eſt, donec liquidum fiat, eum contra iuſtitiam egiſſe: Vsque eo enim authoritas illa, quam publicam habet, in bonæ fidei locum ſuccedit, tituliq; cauſam ſuppeditat, adeo, vt etiamſi ea res ab emente vendicetur, nihilominus tamen bonæ fidei poſſeſſor

habea-

habeatur, & fructus, quos percepit, lucretur, *d. l. qui poſsidet. ff. de acquir. poſſeſſ.* Sic † ſi ego obligatus 7
ſum Titio in 100. quos circa feſtum Paſchatis ei ſoluere ſum paratus, eos vero de mandato iudicis alii, quam Titio, ſoluo, excuſatus ſum, & ab obligatione Titii veri debitoris liberor, adeo, vt in poſterum ab eo amplius moleſtari non poſſim, Bart. *in l. creditor. ff. de ſolut.* Sic † ſi debitor aliquis cum 8
iuramento & ad certam diem ſub pœna ſoluere obligatus ſit, iudex verò ſequeſtrari fecerit pecuniam, vel præceperit, ne ſolueret debitor ſtatuto die, non ob id incurrit debitor in periurium, nec in pœnam incidit, cum dolo & culpa careat is, qui iudicis mandato obtemperat, *l. fin. §. fin. ff.* 9
de l. commiſſoria. Procedit † Regula, ſi quis bona fide, hoc eſt, ex iure permiſſa cauſa, vtitur authoritate magiſtratus ad comparandam rem aliquam, non quando obrepſit Judici, tunc enim nihil agit, *l. & ſi præſes. C. de prædiis & aliis rebus minorum.* II. Pro- 10
cedit, † ſi præceptum iudicis iuſtum vel dubium eſt, ſecus ſi de iniuſtitia eius conſtat, quia parendum illi non eſt, ſed reſiſtendum, *l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib.* 10. Decius *hic, n.* 4. Cag. *nu.* 5. III. Fal- 11
lit, † ſi iudex aliquid facit, quod ad officium eius non ſpectat, vt probatur *in l. factum à iudice.* 170. *inf. hoc tit. & c. ea quæ fiunt à iudice. de* R. I. *in* 6.

SVMMARIA.

In L. Omnis hæreditas.

1 *Origo & conuenientia Legis.*

2 *Omnis hæreditas, licet non ſtatim à morte defuncti adeatur, tamen eo ipſo temporis momento, quo defunctus ex hac vita deceſſit, adita & in hæredem continuata fingitur.*

3 *Quicquid ergo iuris ſiue actiui, ſiue paſſiui, interim hæreditati obue-*

obuenit, ad ſucceſſores ſpectat perinde, ac ſi hæredes ſtatim tempore mortis extitiſſent.

4 *Exemplum Regulæ.*

5 *Quod ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatem ſtipulatur, hæreditati acquiritur, & per hoc etiam hæredi.*

6 *Si procurator generalis eius nomine, cui hæreditas eſt delata, iudicium inſtituit, non poteſt id conuelli, quaſi ante aditam hæreditatem nihil negotii cum bonis habuiſſet; ſi ſcriptus hæres poſtea adiit hæreditatem.*

7 *Regula fallit primo, in illis caſibus, in quibus veritas requiritur, quia tantum ſecundum fictionem Iuriſconſultorum procedit.*

8 *Secundo, ſi fictio tendit ad præiudicium alterius.*

REGVLA CXXXIIX.

Omnis hæreditas quamuis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

1 PAuli † Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 37. ad Edict. habetque duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. omnia ferè. infr. hoc tit. l. hæres quoq; ff. de acquir. hær. l. ſi ex re. §. fin. ff. de ſtip. ſer. §. ſui autem hæredes. Inſtit. de hæred. quæ ab in-* 2 *teſt. defer.* Docet † autem, quod omnis hæreditas, licet non ſtatim à morte defuncti adeatur, ſed hæredes vt plurimum menſem integrum expectent, tamen eo ipſo temporis momento, quo defunctus ex hac vita deceſſit, adita, & cum mortis tempore in hæredem continuata fingatur, vt interim omnia ferè iura hæredum non ſecus habeantur, atque ſi continuo à mortis die vel momento mortis hæreditatem ſubiiſſent, & ſic hæredes confeſtim extitiſſent. Idque propterea, ne ea, quæ iacente hære-

hæreditate obuenerunt, domino careant. Quam ob rem † quicquid iuris ſiue actiui, ſiue paſſiui, vt 3
vulgo vocant, interea hæreditati obuenit, ad ſucceſſores perinde ſpectat, ac ſi hæredes ſtatim tempore mortis extitiſſent, *l. hæres quando. ff. de acquir. hær.* Defunctus † igitur ſi rem emit ab eo, quem 4
dominum credebat, cum non eſſet, & vſurpare eam cæpit, certè iacentis hæreditatis tempus proderit, licebit enim hæredi & illud in finiendam vſucapionem computare, non aliter ac ſi ipſam hæreditatem poſſediſſet, *l. nunquam. §. vacuum. & l. iuſto errore. §. nondum. ff. de vſucap.* Item † quod ſeruus hæ- 5
reditarius ante aditam hæreditatem ſtipulatur hæreditati, quæ in plærisque vicem defuncti ſuſtinet, acquiritur & per hoc etiam hæredi, qui eo ipſo tempore fingitur habere & poſſidere hæreditatem licet reuerà non habeat vel poſſideat. Eodem † 6
modo, ſi procurator generalis eius nomine, cui hæreditas eſt delata, iudicium inſtituit, non poteſt id conuelli, quaſi ante aditam hæreditatem hæres nihil negocii cum bonis habuiſſet, ſi ſcriptus hæres poſtea adiit hæreditatem, quia aditio ad tempus mortis retrotrahitur, & perinde eſt, ac ſi ſtatim hæreditatem adiiſſet, Bald. *in l. hæres quandoq;. ff. de acquir. hær. & l. ſi filius. ff. de vulg. ſubſt.* Et ſic ferè omnia, quæ iacente hæreditate acquiruntur, & hæreditatis nomine geruntur, ipſis hæredibus poſtea adeuntibus acquiruntur, eorum nomine geſta dicuntur: multa tamen ſunt, quæ iacenti hæreditati accedunt, nec tamen hæredi acquiruntur. Fallit † 7
igitur primum in illis caſibus, in quibus veritas requiritur, ſiquidem hæc Regula ſecundum fictionem Juriſconſultorum procedit, teſte Dec. *in l.*

8 *omnia ferè. infra eod. num.* 1. II. Fallit, † ſi fictio tendit ad præiudicium alterius, Dec. *in l.* 1. *hoc tit. n.* 1. apud quem plures fallentias huius regulæ videre poteſtis, ſiquidem *l. omnia ferè. inf. hoc tit.* idem docet, quod hæc lex noſtra.

SUMMARIA.

In §. Nunquam ex poſtfacto.

1 *Concordantes cum hoc* §. *Leges.*

2 *Delictum olim perpetratum non ſolet ex poſtfacto regulariter augeri, vt pluris æſtimari poſſit, quàm ſi nihil amplius ſit factum.*

Ibid. In his, quæ iuris ſunt, ſemper ſpectamus initia & tempus perpetrati delicti.

3 *Exemplum Regulæ primum.*

4 *Exemplum Regulæ ſecundum.*

5 *Exemplum tertium.*

6 *Regula procedit primò, in perfectis & conſummatis delictis, non autem in imperfectis: in illis enim ex poſtfacto augetur æſtimatio.*

7 *Secundò, quando actio nata & intentata eſt: & ſuperuenit poſtea aliud factum.*

§. Nunquam ex poſtfacto.

Nunquam ex poſtfacto creſcit delicti æſtimatio.

1 Cum † hoc §. qui continet ſecundam partem legis, conueniunt *l. ei qui. ff. de furt. l. qui occidit.* §. *fin. ff. ad l. Aquil. l. prætor ait.* §. *docere. ff. de vi bon. rapt.* Docet

2 † autem, quod delictum olim perpetratum non ſoleat ex poſtfacto regulariter augeri; vt pluris æſtimari poſſit, quam ſi nihil amplius ſit factũ, hoc eſt, quod præteritum delictum, hoc eſt, ſemel natum & forma ſua conſummatum ex poſtfacto, id eſt, ex aliis ſuperuenientibus delictis, quoad æſtimationem, creſcere non poſſit; & rationem reddit

dit Joh. Ram. *in lib. ſuo Enchirid. axiom.* 118. hanc, quia in his, quæ iuris ſunt, ſemper ſpectamus initia & tempus perpetrati delicti, *l. ſi filiusfamilias. ff. de V. O.* Vnde † ſemel actionem furti conſecutus, quam- 3
uis multorum res idem fur deinceps ſurripuerit & & ſic in aſſidua fuerit alienarum rerum contrectatione, tamen ad prioris æſtimationem delicti non valet, vt actio inde creſcat, *l. ei qui. ff. de furt.* Sic † ſi 4
ſeruus vulneratus eſt, non tamen lethaliter, poſtea verò negligentia chirurgi, vel alia ex cauſa periit, actio l. Aquiliæ de vulnerato tantum datur, non de occiſo. Commiſſi enim delicti æſtimatio propter negligentiam poſtea commiſſam creſcere non debet, *l. qui occidit. §. fin. ff. ad l. Aquil.* Simili † modo ſi 5
quis priuatus iniuria eſt affectus, poſteà verò magiſtratus factus, non creſcit ob id iniuriæ æſtimatio, vt atrox propterea habeatur, tempus enim factæ iniuriæ inſpicitur, *l. prætor ait. §. docere. ff. de vi bon. rap.* Procedit † Regula in perfectis & conſummatis 6
delictis, non autem in imperfectis, in illis enim ex poſtfacto augetur æſtimatio, vt probat Cag. *hic n.* 4.
II. Procedit, † quando actio nata & intentata eſt, 7
& ſuperuenit poſtea aliud factum, teſte Jacobo Ræuardo *in hac Reg. noſtra.*

SVMMARIA:

In L. Omnes actiones.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Omnes actiones pœnales, perſonales & aliæ, quæ morte vel præſcriptione pereunt & extinguuntur, per litis conteſtationem fiunt perpetuæ.*
3 *Pœnales actiones, morte delinquentis pereunt & extinguuntur.*
4 *Actiones perſonales & reales præſcriptione pereunt.*
5 *Non ſolet deterior fieri conditio eorum, qui litem conteſtati ſunt.*

6 *Litis conteſtatio eſt quaſi contractus.*
7 *Hæredes tranſeunt in omne ius defuncti.*
8 *Actio, quæ eſt annalis, triennalis, decennalis, vel 20. annorum, ſi ante præſcriptionis tempus per litis conteſtationem fuerit ſuſcepta, licet poſtea ſuperuenerit tempus præſcriptionis, non tamen propterea perit & extinguitur actio.*
9 *Exemplum Regulæ.*

Regula CXXXIX.

Omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio, ſaluæ permanent.

1 CAii † Iuriſconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius ad Edict. prætoris Vrbani, habetq; duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. non ſolet. cum l. ſeq. l. ſicuti pœna. l. pupillum. §. in hæredem. ſupr. hoc noſtro tit. §. non autem omnes. Inſtit. de perpet. & tempor. act. l. pœnalia Iudicia, infr. hoc tit. l. omnes ff. de action. &* 2 *oblig.* Docet † autem, quod omnes actiones pœnales, perſonales & aliæ, quæ morte vel præſcriptione pereunt & extinguuntur, fiant perpetuæ per Litis conteſtationem, factam cum reo, ita vt in hæredem tranſeant, hæredi noceant, & proſint, morte eius, contra quem vel cui competit actio pœnalis. 3 Pœnales † enim actiones morte delinquentis pereunt & extinguuntur, ita vt aduerſus hæredes eius nullo modo inſtitui poſſint, vt probat *l. pupillum. 111. §. 1. ſupr. hoc tit. §. non autem omnes. Inſtit. de perpet. & tempor. act. Et l. ſicuti pœna. ſupr. hoc noſtro tit.* idem 4 probatur. Præſcriptione † pereunt actiones perſonales & reales: quædam enim actiones vno anno, vt actio iniuriarum, quædam quinque annis, vt adul-

adulterii, querela inofficioſi teſtamenti, quædam ſeptem annis, quædam 10. annis præſcribuntur. Hæ † igitur & ſimiles actiones temporales, quæ ad 5 tempus tantum durant, fiunt perpetuæ per litis conteſtationem cum reo factam, ita vt in hæredes tranſeant, & hæredibus etiam competant, & hic eſt vnus de effectibus litis conteſtationis, vt dictum eſt, *in l. non ſolet conditio. 86. cum l. ſeq. ſupra. hoc tit.* vbi dicitur: *Non ſolet deterior conditio fieri eorum, qui litem conteſtati ſunt, denique poſt litem conteſtatam hæredi quoque proſpicitur, & hæres tenetur ex omnibus cauſis: & in l. pœnalia. infra. hoc tit.* Ratio † autem, cur per litis conteſtationem tempo- 6 rales actiones fiant perpetuæ, prima eſt, quia litis conteſtatio eſt quaſi contractus, DD. *in hac l. & in l. pœnalia iudicia. infr. eod. & in §. non autem.* ex contractibus autem vel quaſi actiones tranſeunt in hæredes actiuè & paſſiuè, *d. §. non autem.* Ergo etiam ex litis conteſtatione. Secunda † eſt, quia 7 cum à principalibus perſonis actiones illæ ſemel ſunt incluſæ iudicio, quodammodo propria facta videtur lis & ad ius defuncti refertur, quod ius defunctus ad hæredes transmittit, cum hæredes tranſeant in omne ius defuncti, *l. prætor bonorum poſſ. ſupra hoc tit.* Vt † actio quæ eſt annalis, triennalis, de- 8 cennalis, vel etiam 20. annorum, ſi ante tempus præſcriptionis per litis conteſtationem fuerit ſuſcepta, licet poſtea ſuperueniat tempus præſcriptionis, non tamen propterea perit & extinguitur actio, ſed perpetuatur, & ad hæredes transmittitur. Veluti † ſi quis mihi furatur 100. floren. poſ- 9 ſum aduerſus eum furti actionem intentare, §. *fin. Inſtit. de oblig. quæ ex del. naſc.* At ſi ipſe fur moritur,

antequam actionem inſtituo, non tranſit illa actio in furis hæredes, niſi fortè cum fure agere ceperim, & litem cum ipſo conteſtatus fuerim, tunc enim ſi poſt litem conteſtatam moritur fur, ipſius hæredes litem continuare coguntur, *ſecundũ l. omnes. ff. de act. & oblig. & l. pœnalia iudicia. inf. eod. h. t.* Idem & de aliis actionibus, quæ tempore pereunt, ſentiendum eſt, qua de re plura videantur *in l. ſicut. 38. in l. non ſolet. 86. cum l. ſeq. in l. pupillum. 111. §. 1. ſupr. hoc tit noſtro.*

SUMMARIA.

In §. Non videtur.

1 *Concordantes cum hoc §. Leges.*
2 *Illa propriè & perfectè noſtra dicenda non ſunt, quæ rurſus à nobis auferri poſſunt.*
3 *Dominium etſi per traditionem tranſeat in accipientem, tamen id fit commutabiliter, nec ſine periculo reuocationis.*
4 *Hæc eſt natura conditionum, vt exiſtentes vel non exiſtentes, rem à nobis denuo auferant.*
5 *Licet alicui aliquid donatum ſit mortis cauſa, tamen propriè & perfectè id noſtrum non eſt ante conditionis euentum, ſiue mortem donatoris.*
6 *Quod euincitur, in bonis noſtris non eſt.*

§. Non videtur.

Non videtur perfectè cuiusque id eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt.

1 Cum † hoc §. qui continet ſecundam huius l. partem, conueniunt *l. non videtur. ſupr. hoc tit. l. quod euincitur. inf. hoc noſtro tit. l. non videtur. ff. de acquir.*
2 *poſ.* Docet † autem, quod illa propriè & perfectè noſtra dicenda non ſint, quæ rurſus a nobis auferri poſſunt, vt ſunt ea, quæ ſub conditione vel ad certum

tum tempus nobis data vel conceſſa ſunt. Etſi † 3
enim per traditionem tranſeat dominium in accipientem, tamen id fit commutabiliter, nec ſine periculo reuocationis, *l. ſi is cui. ff. de donat. mort. cauſa.* Veluti, ſi ſub conditione tibi trado fundum, hortum, agrum, vel aliam rem ſimilem, hoc modo vinea illa tua erit, ſi conſul Jenæ factus fueris. vel donec Jenæ Conſul factus fuerit hic, vinea propriè & perfectè tua eſſe non dicitur, quia ante auocari poteſt, conditione vel exiſtente, vel non exiſtente.
Hæc † enim eſt natura conditionum, vt exiſtentes, 4
vel non exiſtentes, rem à nobis denuo auferant: ſic ſi tibi data res eſt, ad certum tempus, illa propriè & perfecta tua non eſt, ita vt eam alienare, diſtrahere & pro tuo arbitrio de ea diſponere poſſis, cum adueniente tempore viciſſim à te auocari poſſit. Huc
pertinet etiam donationes mortis cauſa. Nam † li- 5
cet nobis aliquid donatum ſit mortis cauſa, tamen propriè & perfectè id noſtrum non eſt, ante conditionis euentum, ſeu ante mortem donatoris, cum donatore reconualeſcente ſemper à nobis auocari
poſſit, vt probatur *in princ. Inſtit. de donat.* Simile † 6
eſt, quod de euictionis periculo tradit Celſus *in l. quod euincitur. infr. hoc tit. noſtro.* vbi dicitur: *Quod euincitur, in bonis noſtris non eſt*, hoc eſt, quod in ea cauſa eſt, vt euinci poſſit, quamuis ciuiliter in bonis dicatur propter vſucapiendi conditionem, *l. bonorum. ff. de V. S.* in bonis tamen reuera & naturaliter ſeu pleno iure non eſt, quia euinci vel auocari poteſt. Plura de ſenſu huius regulæ videre poteſtis *in l. non videtur. 5 n. ſupr. hoc tit.*

SUMMARIA.
In L. Abſentia eius.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Abſentia Reip. cauſa non debet obeſſe.*
3 *Si quis, dum Reipubl. cauſa abeſt, læſus eſt, in integrum reſtituitur.*
4 *Sic & miles.*
5 *Sic & proconſul, Legatus, & ſimiles.*
6 *Regula procedit non tantum in abſentia Reip. cauſa, ſed & in qualibet alia probabili.*
7 *Fallit primò, ſi quis dolo malo abeſſe capit.*
8 *Secundò, ſi abſens procurauit ſibi dari legationem.*
9 *Tertiò, ſi fatali damno læſus eſt, quod idem ſentire coactus eſſet, ſi domi fuiſſet.*
10 *Quartò, ſi non fuerit reuerſus, cum optimè potuit.*
11 *Quintò, ſi læſio contigit culpa abſentis, tunc enim ceſſat reſtitutio.*
12 *Sextò, in primo decreto, quod contra abſentem Reipubl. cauſa interponitur, ſi non defenditur.*

REGULA CXL.

Abſentia eius, qui Reipublicæ cauſa abeſt, neq; ei, neque alii damnoſa eſſe debet.

1 VLpiani † Iuriſconſulti eſt hæc Regula deſumpta ex lib. eius 65. ad Edict. & conueniunt cum ea *l. ſeruus. infr. hoc tit. §. Rurſus. Inſtit. de action.* Item totus *tit. ff. & C. ex quibus cauſis maior. in integ. reſtit.* Do-
2 cet † autem, quod abſentia Reipublicæ cauſa non debeat obeſſe & nocere vel ei, qui abeſt, vel alii, hoc eſt, quod is qui Reip. cauſa abeſt, propter illam abſentiam non debeat ſentire incommodum, neque etiam alius. Non quidem ei qui abeſt, nocere

cere debet abſentia Reip. cauſa, ne ex ſua probitate quiſquam ſentiat incommodum, *l. 1. in princ. ff. de dolo malo.* Non etiam alii, ne ſcilicet res inter alios acta aliis noceat, *l. ſæpe. ff. de re iud.* Vnde † ſi quis 3
dum Reip. cauſa abeſt læſus eſt, vel in captionem incidit, in integrum reſtituitur, ne abſentia illa, quæ publicè commodat, ipſi ſit damnoſa, *l. 1. & l. item ſi, & l. & qui data. ff. ex quibus cauſis maior.* Sic † ſi 4
res militis, qui Reip. cauſa abeſt, vſucapta eſt, reuerſus intra certum tempus (puta anni ſpatium) rem reuendicare poteſt, *§. rurſus. Inſt. de action.* Idem
† eſt & in eo, qui Reip. cauſa ab vrbe profectus eſt, 5
vt proconſul, legatus, procurator principis, aut qui ad aliud Reip. officium amandatur, & interea, cum non defenditur, domi damnum paſſus eſt; Is enim cum ei officium publicum damnoſum eſſe non debeat, in ea cauſa eſt, vt in integrum reſtituatur, vt probatur *toto tit. ex quibus cauſis maior. § rurſus & ibi DD. Inſtit. de action.* Procedit † R. non tantum 6
in abſentia Reip. cauſa, ſed etiam in qualibet alia probabili & neceſſaria, vt eſt abſentia ſtudiorum gratia, quia, vbi eſt eadem ratio, ibi etiam idem ius eſſe debet, teſte Weſemb. *in parat. ex quibus cauſis maior.* Item Zaſio *in §. rurſus. Inſtitut. de act. num. 23.*
Fallit † I. ſi quis dolo malo abeſſe cæpit, *l. item ſi. 4.* 7
cum l. ſeq. ff. ex quib cauſis maior. Nam qui litis deuitandæ cauſa Reip. cauſa abeſſe cæpit, maturiuſque profectus eſt, Edicto non debet iuuari, vt in dictis LL. probatur. II. Si † abſens procurauit ſibi dari le- 8
gationem, *l. Reipub. & l. 4. d. tit.* III. Si † fatali da- 9
mno læſus eſt, quod idem ſentire coactus eſſet, ſi domi fuiſſet, Zaſ. *in §. rurſus. Inſt. de action. nu. 23.* IV.
Si † non fuerit reuerſus cum optimè potuit, Idem 10

11 Zaſ. *in d. §. ruſ. Inſtit. de act.* V. Si † læſio contigit culpa abſentis, tunc enim ceſſat reſtitutio, Cag. *hic. n.*
12 2. VI. Fallit † in primo decreto quod contra abſentẽ Reip. cauſa interponitur, ſi non defenditur, Dec. *hic num. 2.*

SVMMARIA.

In L. Quod contra rationem.

1 *Regula hæc unde deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa leges conueniant.*

2 *Non ſunt ad conſequentiam vel alios caſus, de quibus ius ſingulare non loquitur, trahenda, quæ ſunt iuris ſingularis.*

3 *Quicquid eſt irrationabile, reſtringendum eſt, ne dato vno inconuenienti ſequantur infinita.*

4 *Ea quæ ſunt iuris ſingularis, & contra rationem iuris introducta, per ſe ſuum locum ægre tuentur, nedum ad ſimilia trahi poſſunt.*

5 *Ea, quæ ſunt iuris ſingularis, à DD. varie inſcribuntur, & quomodo.*

6 *A iure communi exorbitare dicuntur ea, quæ ſingulari legis beneficio ſunt introducta.*

7 *Ad conſequentiam producendum non eſt, quod contra ius commune receptum eſt.*

8 *Contra rationem iuris recepta dicuntur, quæ conſuetudine, neceſſitate, vel ſtatuto in quibusdam locis recepta ſunt.*

9 *Propter neceſſitatem recepta dicuntur, quæ propter neceſſitatem vrgentem Leges ſpecialiter conceſſerunt.*

10 *In alicuius gratiam conſtituta dicuntur, quæ in fauorem alicuius perſonæ ſunt introducta, & ea ſimili modo extra caſum fauoris, ad perſonæ detrimentum retorquenda non ſunt.*

11 *Exemplum huius rei in pupillis.*

12 *Regula fallit, ſi eadem vel maior eſt ratio in caſu illo, ad quem fieri debet extenſio.*

REGV.

REGULA CXLI.

Quod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendū ad conſequentiam.

PAulus † Juriſconſultus eſt autor huius l. in lib. 1
54. ad Edict. habet autem hæc l. duas partes, cū quarum prima conueniunt *l. quod vero. & l. quod non ratione. ff. de ll. l. quæ propter neceſſitatem. infr. hoc tit.* Docet † autem, quod ad conſequentiam, vel alios ca- 2
ſus, de quibus ius ſingulare non loquitur, trahenda ea non ſint, quæ ſunt iuris ſingularis, hoc eſt, quod ea, quæ talia ſunt, vt contra tenorem rationis, vel propter odium, vel vtilitatem, & fauorem quorundam, authoritate conſtituentium introducta ſunt, non debent trahi ad ſimilia vel alios caſus aliasque perſonas. Ratio I. eſt, quia † quicquid eſt 3
irrationabile, reſtringendum eſt, ne dato vno inconuenienti ſequantur infinita, Cag. *hic in princ.* II. Quia † ea, quæ ſunt iuris ſingularis & contra ratio- 4
nem iuris introducta per ſe ſuum locum ægrè tuentur, nedum ad ſimilia trahi poſſunt. Inſcribuntur † autem ea, quæ ſunt iuris ſingularis, variè à 5
DD. & Juriſconſultis. Interdum enim dicuntur à iure communi exorbitare, *vt in c. quæ à iure. de R. I. in 6.* Interdum contra iuris rationem recepta dicuntur, vt *hic.* Interdum ob neceſſitatem introducta, vt *in l. quæ propter neceſſitatem recepta.* 162. *infr. hoc tit.* Interdum denique in alicuius gratiam conſtituta, *c. quod ad gratiam. de* R. I. *in 6.* Et de hiſce omnibus dicitur generaliter, quoad conſequen-

tiam

6 tiam trahi non debeant. A † iure communi exorbitare dicuntur ea, quæ ſingulari legis beneficio ſunt introducta, vt ſuccurſum eſt mulieribus, pro aliis intercedentibus, per Senatusconſultum Velleianum; Item per Jus prælationis in bonis maritorum, *l. fin. C. qui potior. in pig.* quæ omnia ad alias perſonas
7 trahenda non ſunt. Nam † ſi quis alius extra ſexum fœmineum hoc ſibi arrogare vellet, non audiretur, cum ad conſequentiam producendum non ſit, quod contra ius commune receptum eſt, quod ius commune vult, vt is, qui prior eſt tempore, potior ſit iure in bonis debitorum, *l. qui prior. de R. I. in 6.*
8 Contra † rationem iuris recepta dicuntur, quæ conſuetudine, neceſſitate vel ſtatuto in quibusdam locis recepta ſunt: vt receptum eſt Jure Saxonico, quod maritus lucratur omnia bona mobilia vxoris defunctæ, Landtr. *lib. 1. art. 31. lib. 3. art. 76.* Hoc quia eſt contra iuris rationem, non producitur ad conſequentiam in aliis regionibus, vbi non viget ius Saxonicum. Sic ſtatuto nonnullorum locorum introductum eſt, vt is, qui emit rem aliquã, eamque certis terminis perſoluere promittit, nec tum id facit, ſed quædam ſoluit, poſtremo verò termino in mora eſt ſoluendi, & rem & precium amittat, hoc, quoniam eſt contra iuris rationem, in aliis locis, in quibus hoc ſtatutum non viget, con-
9 ſequendum non eſt, *per Reg. noſtram.* Propter † neceſſitatem recepta dicuntur, quæ propter neceſſitatem vrgentem Leges ſpecialiter conceſſerunt: vt patri conceſſum eſt, vendere filium vel obligare tempore famis, *l. 2. C. de patribus qui filios diſtrax.* idque propter neceſſitatem factum eſt, ne fame periret. In alio igitur caſu patri hoc concedendum non

non eſt, *d. l.* 2. *C. eod.* In † alicuius gratiam denique 10
conſtituta dicuntur, quæ in fauorem alicuius perſonæ ſunt introducta, & ea ſimili modo extra caſum fauoris ad perſonę detrimentum vel damnum retorquenda non ſunt, *c. quod ad gratiam. de R. I. in 6. & c. quod alicui. eod. l. quod fauore. C. de ll.* Vt † ob gra- 11
tiam & fauorem tributum eſt pupillis, vt nihil eorum, quæ ſine authore geſſerunt, valeat, *toto tit. Inſtit. de auth. tut.* Idque propterea, ne ſint in damno, conceſſum etiam eſt illis, vt meliorem conditionē ſuam ſine tutoris authoritate & conſenſu facere poſſint, vt *in d. tit. Inſt.* probatur. Hæc ad eorum diſpendia & damna trahenda non ſunt, cum ſpeciali fauore & gratia ſint conceſſa, vt in prædictis titulis probatur. Fallit † R. ſi eadem vel maior eſt ratio 12
in caſu eo, ad quem fieri debet extenſio, teſte Cag. *hic num.* 5. Quia vbi eſt eadem vel maior ratio, ibi idem Jus ſtatui debet.

SVMMARIA.

In §. Vni duo.

1 *Concordantes cum hoc §. Leges.*
2 *Vnius rei in ſolidum duo non poſſunt ſimul & ſemel eſſe hæredes.*
3 *Quando plures ab vno hæredes ſcribuntur in teſtamento, non quidem ſinguli in ſolidum ſunt hæredes, ſed in partes, iuxta diſtributionem.*
4 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis.*
5 *Regula in quibus procedat.*

§. Vni duo.

Vni duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt.

Cum

1 Cum † hoc §. ſecundam partem l. continentē conueniunt *l. ſi etiam certo. §. duobus. ff. commodati. l.*
2 *3. ff. de acquir. poſſ. l. duo. ff. de precario.* Docet † autem quod vnius rei in ſolidum duo non poſſunt ſimul & ſemel eſſe hæredes, hoc eſt, quod duo hæredes non poſſint vnam & eandem hæreditatem ſinguli in ſolidum habere, ſed quilibet pro rata parte. Ratio eſt, quia hæres idem eſt, quod dominus, *§. fin. Inſt. de hæred. qual.* Sed vnius rei duo domini in ſolidum eſſe non poſſunt, *d. l. ſi vt certo. § ſi duob. d. l. 3.* E.
3 nec hæredes. Quando † enim plures ab vno hæredes ſcribuntur in teſtamento, non quidem ſinguli in ſolidum ſunt hæredes, ſed in partes, iuxta diſtributionem, *§. & vnum hominem. ff. de hæred. Inſt.* Con-
4 tra † naturam enim, inquit JCtus, eſt, vt cum aliquid ego teneam, tu quoq; tenere videaris eadem iuris ratione. Sicut enim plures eandem rem in ſolidum poſſidere non valent, ita nec hæredes pro ſolido vni eſſe poſſunt. Quia hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, quod ita non poteſt diuidi, vt plures in ſo-
5 lidum id habeant. Procedit † Regula I. in hæredibus, vt hæc Reg. noſtra teſtatur. II. In dominis, *d. l. ſi vt certo. §. ſi duobus.* III. In omnibus ſingularium rerũ poſſeſſoribus, *d. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſ.* IV. In commodato, locato, precario. V. Procedit vno & eodem temporis momento. Nam diuerſis temporibus non ſolum duo, ſed decem, vel 100. poſſunt pro ſolido domini eſſe, vel hæredes, Cag. *hic. n.* 2. VI. Procedit vna & eadem iuris ratione, vno & eodem modo. Diuerſo enim modo & diuerſa ratione vnius rei poſſunt eſſe duo domini, ita vt alter habeat proprietatem, alter vſumfructum. Verum

vt

vt duo habeant ſimul proprietatem & vſumfructum, & quidem quilibet in ſolidum, id eſſe nequit, vt hæc regula noſtra teſtatur.

SVMMARIA.

In L. Qui tacet.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Tacens non videtur fateri vel conſentire.*
Ibid. Tacere eſt quoddam medium inter fateri & negare; inter conſentire & contradicere.
3 *Exemplum Regulæ.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Regula fallit primò, quando vltra taciturnitatem aliquis actus poſitiuus accedit, vt acceptatio literarum vel ſubſcriptio.*
6 *Secundò, in inſtitutione hæredum. Quia teſtator nomen hæredis expreſſe debet dicere.*

REGVLA CXLII.

Qui tacet, non vtique fatetur; ſed tamen verum eſt, cum non negare.

EIusdem † Pauli Juriſconſulti eſt hæc Regula, 1
deſumpta ex lib eius 56. ad Edict. & conueniũt cum ea *c. is qui tacet. & c. qui tacet. de R. I. in 6. l. 1. §. ſcientiam. ff. de tributor. act. l. inuitus. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. inuitus C. de procurat. l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procurator.* Docet † autem primo, quod tacens 2
non videatur fateri vel conſentire. II. Quod neque negare, neque etiam contradicere dicatur, ſed tacere ſit quoddam medium inter fateri & negare, inter conſentire & contradicere, Bart. *in l. dotis. 1. ff. ſol. mat.* Jacob Ræuard. *in l. eius eſt nolle. hoc tit.* Cicero in Epiſtol. ad Att. lib. 13. Epiſtol. 12. ſicut & illud

illud etiam *in l. eius eſt nolle. ſupr. hoc titulo* ſatis declarauimus. Vt autem clariora fiant præcedentia,
3 exemplis declarabimus, & I. † quidem oſtendemus, quod tacens non videatur fateri, nec dici etiam poſſit fateri, vel conſentire *ex l. inuitum. ff. de V. S.* vbi dicitur; Quod ſeruitus in re quadam inuito domino non conſtituatur: vbi inuitum accipit, non tantum, qui expreſſè diſſentit & contradicit, ſed etiam qui nihil dicit tacetque. Sic ſi ad articulos & propoſitiones in conſtituto termino non reſpondet, ſed tacendo præterit, non vtique fatetur, nec poteſt ob id in eum, vt in confeſſum, ſententia ferri, ſed tunc demum, ſi fuerit iuſſus reſpondere, & hoc contemnit, *c. finali. de confeſ. in 6.* Sic procurator, quem coram conſtituit, licet tacendo non contradicat, tamen non propterea videtur conſenſiſſe in mandatum, vt cogi poſſit negotia
4 exequi, *l. inuitus. C. de procurator.* Quod † etiam tacens non videatur negare, contradicere vel diſſentire, probatur in matrimonio. Nam licet ſponſa taceat, tamen, ſi vel annulum vel tale quidpiam arrhæ loco accipit, taciturnitas illa pro conſenſu erit, etiamſi verbis expreſſis illud non ſit teſtata, *c. tuæ*
5 *fraternitatis. extra de ſponſal. & matrimon.* Fallit † R. primum quando vltra taciturnitatem aliquis actus poſitiuus accedit, vt acceptatio literarum vel ſubſcriptio, *l. ſi fideiuſſor. §. primo. ff. de pignor.* Tunc enim
6 is, qui tacet, conſentire dicitur. Secundo † in inſtitutione hæredum. Quia teſtator nomen hæredis debet expreſſè dicere, *l. iubemus. C. de teſtamentis.*

Alias huius R. fallentias videre poteſtis apud Dyn. *in additione c. is qui tacet. de R. I. in 6.*

SVMMA-

Summaria.

In L. Quod ipſis.

1 *Origo legis & conuenientia.*
2 *Omne quod obſtat contrahentibus, & ſucceſſoribus eorũ obſtat.*
3 *Nemo debet eſſe melioris conditionis, quam author eius, à quo ius in eum tranſiit.*
4 *Qui in ius damnumue alterius ſuccedit, eius iure uti debet.*
5 *Nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quam ipſe habuit.*
6 *Regula procedit I. non ſolum in ſucceſſoribus ſingularibus, ſed & uniuerſalibus.*
7 *Secundo, in vitio reali.*
8 *Vitium reale eſt, quod ipſam rem comitatur, ad quemcunq; etiam perueniat.*
9 *Tertio, in vitio perſonali.*
10 *Vitium perſonale eſt, quod ex perſona oritur.*
11 *Regula fallit in vitio perſonali, quoad ſingularem ſucceſſorem.*

Regula CXLIII.

Quod ipſis, qui contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

VLpiani † JCti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. 1
eius 62. ad Edictum, & conueniunt cum ea *l. 44. ff. mandati. l. 3. ff. quæ in fraudem creditor. l. hæredem. & l. qui in ius. l. inuitus. §. plerumq; l. in omnibus. §. non debeo. inf. h. t.* Docet † autem, quod omne quod ob- 2
ſtat contrahentibus, & ſucceſſoribus eorum obſtare ſoleat, & quod eadem onera, eadem impedimenta, quæ habent ipſi principales, & eorum ſucceſſores habeant, & quod omnia ea quæ defuncto opponi potuerunt, & ſucceſſori eius opponi valeant, & quæ potuerunt nocere defuncto, vel prodeſſe, eadẽ etiam ſucceſſori eius proſint & noceant. Ratio I. eſt, quia † nemo debet eſſe melioris con- 3

ditionis, quam author eius, à quo ius in eum tranſiit, *l. in omnibus officiis. §. non debeo. infr. h. t.* Secundo
4 † qui in ius damnumue alterius ſuccedit, eius iure vti debet, *l. qui in ius. h. t, & c. is qui in ius. de R. I. in 6. &*
5 *l. cum quis in alicuius locum. infr. h. t.* III. Quia † nemo poteſt plus iuris in alium transferre quam ipſe habuit, *l. nemo plus iuris. ſupr. h. t.* Sed hæres & ſucceſſor eiuſdem iuris & poteſtatis cum defuncto cenſentur, *l. hæredem eiusdem. ſupr. eod.* Eadem igitur patiatur, & idem expectet ſucceſſor, quod defunctus pati coactus fuiſſet, ſi viueret. Vt ſi patri tuo, petenti rem aliquam, obiici potuit exceptio doli mali, vel alia, ſanè & tibi ſucceſſori, eandem rem petenti, eadem exceptio obſtabit poſt mortem patris.
6 Procedit † regula non ſolum in ſingularibus ſucceſſoribus, qui forte rem ab aliquo emerunt, vel dono acceperunt, vel ſimili ſingulari titulo poſſident, ſed etiam in ſucceſſoribus vniuerſalibus, qui ex teſtamento, ab inteſtato, vel alio modo vniuerſali ſuccedunt, vt probatur *in l. hæredem. & l. qui in*
7 *ius. hoc tit.* II. Procedit † in vitio reali. Nam ſi res aliqua inquinata eſt vitio reali anteceſſoris, quia illud vitium ſemper comitatur rem, ad quemcunque etiam perueniat, dicendum eſt, quod ſicut illud obſtat ei, qui contraxit, ita & ſucceſſori eius vel vniuerſali, vel ſingulari. Vnde res furtiua ſicut à fure vſucapi nequit, ita nec à ſucceſſore eius, vel ſingulari, vel vniuerſali, *§. furtiuæ. Inſtitut. de vſucap.*
8 Vocatur † autem vitium reale, quod ipſam rem comitatur, ad quemcunque etiam perueniat, vt eſt furtum, violenta ablatio, violenta poſſeſſio, expul-
9 ſio & ſimilia. III. Procedit † in vitio perſonali. Nam ſicut vitium perſonale nocet actori, ita & ſucceſſori eius

eius vniuerſali. Sicut igitur pater poſſidens aliam
rem, ſciens, propter malam fidem rem vſucapere
nequit, ita nec filius ſucceſſor eius. Dicitur† autem 10
perſonale vitiū, quod ex perſona oboritur, vt ſunt
dolus malus, mala fides, ſcientia rei alienæ. Fallit † 11
R. in vitio perſonali, quoad ſingularem ſucceſſorē,
l.1.C.de longi temp.præſcript. Nam emptor bonæ fidei
præſcribit rem, etiamſi eius venditor fuerit in mala
fide, DD.*in l.vitia poſſeſsionum. C.de acquir.poſſ.*

SVMMARIA.

In L. Non omne quod licet.

1 *Regula hac vnde deſumpta ſit, & quanam alia cum illa leges conueniant.*

2 *Non omne, quod à Legibus impune permittitur, ſemper eſt honeſtum.*

3 *Contrahentibus impune licet, ſe inuicem decipere; ſed id tamen non ſtatim eſt honeſtum.*

Ibid. Non videtur dolo quicquam facere, qui ſuo iure vtitur.

4 *Regula procedit in matrimonio.*

5 *Item in aliis actibus. Nam per leges licet fornicari & habere concubinam; ſed parum tamen honeſtum illud eſt.*

In §. In ſtipulationibus.

1 *Concordantia huius §.*

2 *In ſtipulationibus ſemper conſiderandum eſt initium, non medium vel finis.*

3 *In iis, qua iuris ſunt, ſemper initia ſpectantur.*

4 *Procedit §. hic non tantum in ſtipulationibus conditionalibus, ſed etiam in ſtipulationibus in diem directis.*

5 *Fallit in legatis, qua ſub conditione relicta ſunt, & ante conditionis euentum legatarius moritur; tunc enim ea in hæredes non deuoluuntur.*

11 Zaſ. *in d.§.ruſ.Inſtit.de act.* V. Si † læſio contigit culpa abſentis, tunc enim ceſſat reſtitutio, Cag. *hic n.*
12 2. VI. Fallit † in primo decreto quod contra abſentē Reip. cauſa interponitur, ſi non defenditur, Dec. *hic num. 2.*

Svmmaria.

In L. Quod contra rationem.

1 *Regula hæc unde deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa leges conueniant.*

2 *Non ſunt ad conſequentiam vel alios caſus, de quibus ius ſingulare non loquitur, trahenda, quæ ſunt iuris ſingularis.*

3 *Quicquid eſt irrationabile, reſtringendum eſt, ne dato vno inconuenienti ſequantur infinita.*

4 *Ea quæ ſunt iuris ſingularis, & contra rationem iuris introducta, per ſe ſuum locum ægre tuentur, nedum ad ſimilia trahi poſſunt.*

5 *Ea, quæ ſunt iuris ſingularis, à DD. varie inſcribuntur, & quomodo.*

6 *A iure communi exorbitare dicuntur ea, quæ ſingulari legis beneficio ſunt introducta.*

7 *Ad conſequentiam producendum non eſt, quod contra ius commune receptum eſt.*

8 *Contra rationem iuris recepta dicuntur, quæ conſuetudine, neceſſitate, vel ſtatuto in quibuſdam locis recepta ſunt.*

9 *Propter neceſſitatem recepta dicuntur, quæ propter neceſſitatem vrgentem Leges ſpecialiter conceſſerunt.*

10 *In alicuius gratiam conſtituta dicuntur, quæ in fauorem alicuius perſonæ ſunt introducta, & ea ſimili modo extra caſum fauoris, ad perſonæ detrimentum retorquenda non ſunt.*

11 *Exemplum huius rei in pupillis.*

12 *Regula fallit, ſi eadem vel maior eſt ratio in caſu illo, ad quem fieri debet extenſio.*

Regv.

REGVLA CXLI.

Quod contra rationem iuris receptum eſt, non eſt producendū ad conſequentiam.

PAulus † Iuriſconſultus eſt autor huius l. in lib. 1
54. ad Edict. habet autem hæc l. duas partes, cū quarum prima conueniunt *l. quod vero. & l. quod non ratione. ff. de ll. l. quæ propter neceſſitatem. infr. hoc tit.* Docet † autem, quod ad conſequentiam, vel alios ca- 2
ſus, de quibus ius ſingulare non loquitur, trahenda ea non ſint, quæ ſunt iuris ſingularis, hoc eſt, quod ea, quæ talia ſunt, vt contra tenorem rationis, vel propter odium, vel vtilitatem, & fauorem quorundam, authoritate conſtituentium introducta ſunt, non debent trahi ad ſimilia vel alios caſus aliasque perſonas. Ratio I. eſt, quia † quicquid eſt 3
irrationabile, reſtringendum eſt, ne dato vno inconuenienti ſequantur infinita, Cag. *hic in princ.* II. Quia † ea, quæ ſunt iuris ſingularis & contra ratio- 4
nem iuris introducta per ſe ſuum locum ægrè tuentur, nedum ad ſimilia trahi poſſunt. Inſcribuntur † autem ea, quæ ſunt iuris ſingularis, variè à 5
DD. & Iuriſconſultis. Interdum enim dicuntur à iure communi exorbitare, *vt in c. quæ à iure. de R. I. in 6.* Interdum contra iuris rationem recepta dicuntur, vt *hic.* Interdum ob neceſſitatem introducta, vt *in l. quæ propter neceſſitatem recepta. 162. infr. hoc tit.* Interdum denique in alicuius gratiam conſtituta, *c. quod ad gratiam. de R. I. in 6.* Et de hiſce omnibus dicitur generaliter, quoad conſequen-

tiam

6 tiam trahi non debeant. A † iure communi exorbitare dicuntur ea, quæ ſingulari legis beneficio ſunt introducta, vt ſuccurſum eſt mulieribus, pro aliis intercedentibus, per Senatusconſultum Velleianum; Item per Jus prælationis in bonis maritorum, *l. fin. C. qui potior. in pig.* quæ omnia ad alias perſonas
7 trahenda non ſunt. Nam † ſi quis alius extra ſexum fœmineum hoc ſibi arrogare vellet, non audiretur, cum ad conſequentiam producendum non ſit, quod contra ius commune receptum eſt, quod ius commune vult, vt is, qui prior eſt tempore, potior ſit iure in bonis debitorum, *l. qui prior. de R. I. in 6.*
8 Contra † rationem iuris recepta dicuntur, quæ conſuetudine, neceſſitate vel ſtatuto in quibusdam locis recepta ſunt: vt receptum eſt Jure Saxonico, quod maritus lucratur omnia bona mobilia vxoris defunctæ, Landtr. *lib. 1. art. 31. lib. 3. art. 76.* Hoc quia eſt contra iuris rationem, non producitur ad conſequentiam in aliis regionibus, vbi non viget ius Saxonicum. Sic ſtatuto nonnullorum locorum introductum eſt, vt is, qui emit rem aliquã, eamque certis terminis perſoluere promittit, nec tum id facit, ſed quædam ſoluit, poſtremo verò termino in mora eſt ſoluendi, & rem & precium amittat, hoc, quoniam eſt contra iuris rationem, in aliis locis, in quibus hoc ſtatutum non viget, con-
9 ſequendum non eſt, *per Reg. noſtram.* Propter † neceſſitatem recepta dicuntur, quæ propter neceſſitatem vrgentem Leges ſpecialiter conceſſerunt: vt patri conceſſum eſt, vendere filium vel obligare tempore famis, *l. 2. C. de patribus qui filios diſtrax.* idque propter neceſſitatem factum eſt, ne fame periret. In alio igitur caſu patri hoc concedendum

non

non eſt, *d. l. 2. C. eod.* In † alicuius gratiam denique 10
conſtituta dicuntur, quæ in fauorem alicuius perſonæ ſunt introducta, & ea ſimili modo extra caſum fauoris ad perſonę detrimentum vel damnum retorquenda non ſunt, *c. quod ad gratiam. de R. I. in 6. & c. quod alicui. eod. l. quod fauore. C. de ll.* Vt † ob gra- 11
tiam & fauorem tributum eſt pupillis, vt nihil eorum, quæ ſine authore geſſerunt, valeat, *toto tit. Inſtit. de auth. tut.* Idque propterea, ne ſint in damno, conceſſum etiam eſt illis, vt meliorem conditionē ſuam ſine tutoris authoritate & conſenſu facere poſſint, vt *in d. tit. Inſt.* probatur. Hæc ad eorum diſpendia & damna trahenda non ſunt, cum ſpeciali fauore & gratia ſint conceſſa, vt in prædictis titulis probatur. Fallit † R. ſi eadem vel maior eſt ratio 12
in caſu eo, ad quem fieri debet extenſio, teſte Cag. *hic num.* 5. Quia vbi eſt eadem vel maior ratio, ibi idem Jus ſtatui debet.

SVMMARIA.

In §. Vni duo.

1 *Concordantes cum hoc §. Leges.*

2 *Vnius rei in ſolidum duo non poſſunt ſimul & ſemel eſſe hæredes.*

3 *Quando plures ab vno hæredes ſcribuntur in teſtamento, non quidem ſinguli in ſolidum ſunt hæredes, ſed in partes, iuxta diſtributionem.*

4 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis.*

5 *Regula in quibus procedat.*

§. Vni duo.

Vni duo pro ſolido hæredes eſſe non poſſunt.

Cum

1 Cum † hoc §. ſecundam partem l. continentē conueniunt *l. ſi etiam certo. §. duobus. ff. commodati. l.*
2 *3. ff. de acquir. poſſ. l. duo. ff. de precario.* Docet † autem quod vnius rei in ſolidum duo non poſſunt ſimul & ſemel eſſe hæredes, hoc eſt, quod duo hæredes non poſſint vnam & eandem hæreditatem ſinguli in ſolidum habere, ſed quilibet pro rata parte. Ratio eſt, quia hæres idem eſt, quod dominus, *§. fin. Inſt. de hæred. qual.* Sed vnius rei duo domini in ſolidum eſſe non poſſunt, *d. l. ſi vt certo. § ſi duob. d. l. 3.* Er.
3 nec hæredes. Quando † enim plures ab vno hæredes ſcribuntur in teſtamento, non quidem ſinguli in ſolidum ſunt hæredes, ſed in partes, iuxta diſtributionem, *§. & vnum hominem. ff. de hæred. Inſt.* Con-
4 tra † naturam enim, inquit JCtus, eſt, vt cum aliquid ego teneam, tu quoq; tenere videaris eadem iuris ratione. Sicut enim plures eandem rem in ſolidum poſſidere non valent, ita nec hæredes pro ſolido vni eſſe poſſunt. Quia hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, quod ita non poteſt diuidi, vt plures in ſo-
5 lidum id habeant. Procedit † Regula I. in hæredibus, vt hæc Reg. noſtra teſtatur. II. In dominis, *d. l. ſi vt certo. § ſi duobus.* III. In omnibus ſingularium rerū poſſeſſoribus, *d. l. 3. § ex contrario. ff. de acquir. poſſ.* IV. In commodato, locato, precario. V. Procedit vno & eodem temporis momento. Nam diuerſis temporibus non ſolum duo, ſed decem, vel 100. poſſunt pro ſolido domini eſſe, vel hæredes, Cag. *hic. n.* 2. VI. Procedit vna & eadem iuris ratione, vno & eodem modo. Diuerſo enim modo & diuerſa ratione vnius rei poſſunt eſſe duo domini, ita vt alter habeat proprietatem, alter vſumfructum. Verum

vt

Digitized by Google

vt duo habeant ſimul proprietatem & vſumfructum, & quidem quilibet in ſolidum, id eſſe nequit, vt hæc regula noſtra teſtatur.

SVMMARIA.

In L. Qui tacet.

1 *Origo Legis & conuenientia.*

2 *Tacens non videtur fateri vel conſentire.*

Ibid. *Tacere eſt quoddam medium inter fateri & negare; inter conſentire & contradicere.*

3 *Exemplum Regulæ.*

4 *Exemplum aliud.*

5 *Regula fallit primò, quando vltra taciturnitatem aliquis actus poſitiuus accedit, vt acceptatio literarum vel ſubſcriptio.*

6 *Secundò, in inſtitutione hæredum. Quia teſtator nomen hæredis expreſſe debet dicere.*

REGVLA CXLII.

Qui tacet, non vtique fatetur; ſed tamen verum eſt, cum non negare.

EIusdem † Pauli Juriſconſulti eſt hæc Regula, 1 deſumpta ex lib eius 56. ad Edict.& conueniũt cum ea *c. is qui tacet. & c. qui tacet. de R. I. in 6. l.* 1. *§. ſcientiam. ff. de tributor. act. l. inuitus. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. inuitus C. de procurat. l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procurator.* Docet † autem primo, quod tacens 2 non videatur fateri vel conſentire. II. Quod neque negare, neque etiam contradicere dicatur, ſed tacere ſit quoddam medium inter fateri & negare, inter conſentire & contradicere, Bart. *in l. dotis.* 1. *ff. ſol. mat.* Jacob Ræuard. *in l. eius eſt nolle. hoc tit.* Cicero in Epiſtol. ad Att. lib. 13. Epiſtol. 12. ſicut & illud

illud etiam *in l. eius eſt nolle. ſupr. hoc titulo* ſatis declarauimus. Vt autem clariora fiant præcedentia,
3 exemplis declarabimus, & I. † quidem oſtendemus, quod tacens non videatur fateri, nec dici etiam poſſit fateri, vel conſentire *ex l. inuitum. ff. de V. S.* vbi dicitur; Quod ſeruitus in re quadam inuito domino non conſtituatur: vbi inuitum accipit, non tantum, qui expreſſè diſſentit & contradicit, ſed etiam qui nihil dicit tacetque. Sic ſi ad articulos & propoſitiones in conſtituto termino non reſpondet, ſed tacendo præterit, non vtique fatetur, nec poteſt ob id in eum, vt in confeſſum, ſententia ferri, ſed tunc demum, ſi fuerit iuſſus reſpondere, & hoc contemnit, *c. finali. de confeſ. in 6.* Sic procurator, quem coram conſtituit, licet tacendo non contradicat, tamen non propterea videtur conſenſiſſe in mandatum, vt cogi poſſit negotia
4 exequi, *l. inuitus. C. de procurator.* Quod † etiam tacens non videatur negare, contradicere vel diſſentire, probatur in matrimonio. Nam licet ſponſa taceat, tamen, ſi vel annulum vel tale quidpiam arrhæ loco accipit, taciturnitas illa pro conſenſu erit, etiamſi verbis expreſſis illud non ſit teſtata, *c. tuæ*
5 *fraternitatis. extra de ſponſal. & matrimon.* Fallit † R. primum quando vltra taciturnitatem aliquis actus poſitiuus accedit, vt acceptatio literarum vel ſubſcriptio, *l. ſi fideiuſſor. §. primo. ff. de pignor.* Tunc enim
6 is, qui tacet, conſentire dicitur. Secundo † in inſtitutione hæredum. Quia teſtator nomen hæredis debet expreſſè dicere, *l. iubemus. C. de teſtamentis.*

Alias huius R. fallentias videre poteſtis apud Dyn. *in additione c. is qui tacet. de R. I. in 6.*

SVMMA-

SUMMARIA.

In L. Quod ipſis.

1 *Origo legis & conuenientia.*
2 *Omne quod obſtat contrahentibus, & ſucceſſoribus eorũ obſtat.*
3 *Nemo debet eſſe melioris conditionis, quam author eius, à quo ius in eum tranſiit.*
4 *Qui in ius damnumue alterius ſuccedit, eius iure vti debet.*
5 *Nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quam ipſe habuit.*
6 *Regula procedit I. non ſolum in ſucceſſoribus ſingularibus, ſed & vniuerſalibus.*
7 *Secundo, in vitio reali.*
8 *Vitium reale eſt, quod ipſam rem comitatur, ad quemcunq; etiam perueniat.*
9 *Tertio, in vitio perſonali.*
10 *Vitium perſonale eſt, quod ex perſona oritur.*
11 *Regula fallit in vitio perſonali, quoad ſingularem ſucceſſorem.*

REGULA CXLIII.

Quod ipſis, qui contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

VLpiani † JCti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 62. ad Edictum, & conueniunt cum ea *l.* 1
44*.ff.mandati.l.3.ff.quæ in fraudem creditor. l. hæredem. & l. qui in ius. l. inuitus.* §*. plerumq;. l. in omnibus.* §*. non debeo. inf. h. t.* Docet † autem, quod omne quod ob- 2
ſtat contrahentibus, & ſucceſſoribus eorum obſtare ſoleat, & quod eadem onera, eadem impedimenta, quæ habent ipſi principales, & eorum ſucceſſores habeant, & quod omnia ea quæ defuncto opponi potuerunt, & ſucceſſori eius opponi valeant, & quæ potuerunt nocere defuncto, vel prodeſſe, eadẽ etiam ſucceſſori eius proſint & noceant. Ratio I. eſt, quia † nemo debet eſſe melioris con- 3

ditionis, quam author eius, à quo ius in eum tranſiit, *l. in omnibus officiis. §. non debeo. infr. h. t.* Secundo
4 † qui in ius damnumue alterius ſuccedit, eius iure vti debet, *l. qui in ius. h. t. & c. is qui in ius. de R. I. in 6. &*
5 *l. cum quis in alicuius locum. infr. h. t.* III. Quia † nemo poteſt plus iuris in alium transferre quam ipſe habuit, *l. nemo plus iuris. ſupr. h. t.* Sed hæres & ſucceſſor eiuſdem iuris & poteſtatis cum defuncto cenſentur, *l. hæredem eiusdem. ſupr. eod.* Eadem igitur patiatur, & idem expectet ſucceſſor, quod defunctus pati coactus fuiſſet, ſi viueret. Vt ſi patri tuo, petenti rem aliquam, obiici potuit exceptio doli mali, vel alia, ſanè & tibi ſucceſſori, eandem rem petenti, eadem exceptio obſtabit poſt mortem patris.
6 Procedit † regula non ſolum in ſingularibus ſucceſſoribus, qui forte rem ab aliquo emerunt, vel dono acceperunt, vel ſimili ſingulari titulo poſſident, ſed etiam in ſucceſſoribus vniuerſalibus, qui ex teſtamento, ab inteſtato, vel alio modo vniuerſali ſuccedunt, vt probatur *in l. hæredem. & l. qui in*
7 *ius. hoc tit.* II. Procedit † in vitio reali. Nam ſi res aliqua inquinata eſt vitio reali anteceſſoris, quia illud vitium ſemper comitatur rem, ad quemcunque etiam perueniat, dicendum eſt, quod ſicut illud obſtat ei, qui contraxit, ita & ſucceſſori eius vel vniuerſali, vel ſingulari. Vnde res furtiua ſicut à fure vſucapi nequit, ita nec à ſucceſſore eius, vel ſingulari, vel vniuerſali, *§. furtiuæ. Inſtitut. de vſucap.*
8 Vocatur † autem vitium reale, quod ipſam rem comitatur, ad quemcunque etiam perueniat, vt eſt furtum, violenta ablatio, violenta poſſeſſio, expul-
9 ſio & ſimilia. III. Procedit † in vitio perſonali. Nam ſicut vitium perſonale nocet actori, ita & ſucceſſori

eius

eius vniuerſali. Sicut igitur pater poſſidens aliam rem, ſciens, propter malam fidem rem vſucapere nequit, ita nec filius ſucceſſor eius. Dicitur † autem 10
perſonale vitiũ, quod ex perſona oboritur, vt ſunt dolus malus, mala fides, ſcientia rei alienæ. Fallit † 11
R. in vitio perſonali, quoad ſingularem ſucceſſorẽ, *l.1.C.de longi temp.præſcript.* Nam emptor bonæ fidei præſcribit rem, etiamſi eius venditor fuerit in mala fide, DD. *in l.vitia poſſeßionum. C. de acquir. poſſ.*

Svmmaria.

In L. Non omne quod licet.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa leges conueniant.*

2 *Non omne, quod à Legibus impune permittitur, ſemper eſt honeſtum.*

3 *Contrahentibus impune licet, ſe inuicem decipere; ſed id tamen non ſtatim eſt honeſtum.*

Ibid. Non videtur dolo quicquam facere, qui ſuo iure vtitur.

4 *Regula procedit in matrimonio.*

5 *Item in aliis actibus. Nam per leges licet fornicari & habere concubinam; ſed parum tamen honeſtum illud eſt.*

In §. In ſtipulationibus.

1 *Concordantia huius §.*

2 *In ſtipulationibus ſemper conſiderandum eſt initium, non medium vel finis.*

3 *In iis, quæ iuris ſunt, ſemper initia ſpectantur.*

4 *Procedit §. hic non tantum in ſtipulationibus conditionalibus, ſed etiam in ſtipulationibus in diem directis.*

5 *Fallit in legatis, quæ ſub conditione relicta ſunt, & ante conditionis euentum legatarius moritur; tunc enim ea in hæredes non deuoluuntur.*

REGVLA CXLIV.

Non omne, quod licet, honeſtum eſt.

1 PAuli † Juriſconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. 62. ad Edict. habetque duas partes, cum quarũ prima conueniunt *l. ſemper in coniunctionibus. inf. h. t. l. ſemper in coniunctionibus. ff. de ritu nupt. §. ſi vxor tua.*
2 *Inſt. de nupt. l. in cauſæ, §. penult. ff. de minorib.* Docet † autem quod non omne, quod à ll. impune permittitur, & per ll. impune licet, ſemper ſit honeſtum, ob quod etiam Juris conſultus *in l. ſemper in coniunctionibus. inf. h. t.* monet, vt in omnibus contractibus & actibus, & quod licet & quod honeſtum eſt, conſiderare, eaque in omnibus actionibus noſtris
3 coniungere debeamus. Procedit † Reg. I. in contractibus, vt ecce, impune licet contrahentibus ſeſe decipere, *l. in cauſa. §. pen. ff. de minor.* Sed hoc licitum non ſtatim honeſtum eſt & dicitur. Non enim conuenit bono viro, vt in emptione aliisque contractibus & actibus alios decipiat, Dec. *hic n. 7.* Cag. *n. 7.* Sic licet aperire puteum ſuum, etiamſi per illud factum vicino præripiatur aqua. Non enim dolo quicquam facere videtur, qui ſuo iure vtitur, *l. nullus videtur. ſup. h. t.* Verum ſi quis forte ſatis aquæ habens in fraudem vicini ſui ſub prætextu legis id permittentis aquam ei præripit, quia facit, quod ſibi fieri non vult, parum honeſtè facere videtur, vt & ſupra demonſtrauimus *in l. domum ſuam. ſup. hoc*
4 *tit.* II. Procedit † in matrimonio, vt ſi vxor mea poſt diuortium ab alio filiam procreauerit, illa quidem non eſt priuigna mea, & ob id ducere in vxorem

rem

rem poſſum, ſed quia minus honeſtum eſt, monet Julianus JCtus, vt ab eiuſmodi nuptiis abſtineamus, §. *ſi vxor tua poſt diuort.* 9. *Inſt. de nupt.* Idem pronunciat Juriſconſultus de ſponſa patris & de ſponſa filii, quod licitum ſit eas ducere, ſed non honeſtum, *d.* §. *ſi vxor.* III. Procedit † etiam in aliis acti- 5
bus. Nam per ll. licet fornicari & habere concubinam, *toto tit. ff. de concubinis*, ſed parum honeſtum id eſt: Imò fornicatione nihil eſt inhoneſtius; Semper igitur in hoc incumbere debemus, vt non tantum ea, quæ permittuntur, faciamus, ſed etiam honeſtatis habeamus rationem, ſuadente hoc *Reg. Semper in coniunctionibus. inf. h. t. l. ſemper in coniunct. ff. de ritu nupt.* vbi dicitur; *ſemper.*

§. In ſtipulationibus.

In ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

Cum † hoc §. qui continet ſecundam partem l. 1
conueniunt *l. filiusfamil. ff. de V. O. l. quæ Legata. l. quod quis dum ſeruus eſt, infr. hoc tit.* Docet † autem, quod 2
in ſtipulationibus ſemper conſiderare debeamus tempus, quo contracta & celebrata eſt ſtipulatio, hoc eſt, initium ſtipulationis, non medium vel finem. Ratio eſt, quia † in iis, quæ iuris ſunt, ſemper 3
initia ſpectamus. *l. ſi filiusfamilias. ff. de V. O.* Verum ſtipulatio eſt iuris, ergo in ea initium ſpectare debemus: vt ſi filiusfamilias in patris poteſtate exiſtens, ſub conditione 100. ſibi dari ſtipulatus eſt, poſt ſtipulationem verò à patre eſt emancipatus, & poſt emancipationem factam conditio demum, ſub qua ſtipulatio facta eſt, extitit, quæritur cui 100. acquirat filius, num patri, in cuius poteſtate erat

Digitized by Google

tempore ſtipulationis contractæ, an verò ſibi, cum iam exiſtente conditione ſui iuris effectus ſit? Et reſpondetur, quod patri acquirat, non ſibi. Ratio eſt, quia in ſtipulationibus id tempus cõſideratur, quo contrahitur vel contracta eſt ſtipulatio. Eo autem tempore, quo contrahebatur ſtipulatio, filius erat in poteſtate patris, & patri acquirebat, quicquid acquirebat, ergo etiam ſtipulationis commodum ad patrem pertinebit, *l. filiusfamil. ff. de V. O.* Eodem modo, ſi quis, cum ſeruus eſſet, ſtipulatus ſub conditione ſibi aliquid dari, eo autem, liberto per manumiſſionem facto, conditio exiſtat, quæritur, cui proſit ſtipulatio: an ei, in cuius poteſtate ſeruus erat, cum ſtipulatio celebrabatur; an verò ſibi, iam facto liberto? Et reſpondetur quod ei, in cuius poteſtate fuit, cum ſtipulationem celebraret: initium enim ſpectamus, non finem, id quod JCtus Paulus teſtatur, cum inquit: *Quod quis dum ſeruus eſſet, agit, proficere liberto facto non poteſt, l. quod quis dũ ſeruus. inf. h. t.* Procedit † hic §. noſter nõ tantum in ſtipulationibus conditionalibus, vt ex præcedentibus apparet, ſed etiam in ſtipulationibus in diem directis. Nam ſi filiofamilias in patris poteſtate conſtituto quid eſt promiſſum in diem, filio autem emancipato dies extitit vel venit, quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo celebrata eſt ſtipulatio, patri, non filio, acquiritur, quicquid ei eſt promiſſum. *§. ſiue autem. &* § *idem iuris. Inſt. de V. O.* Et ideo, ſi quis ſub conditione ſtipulatus eſt, & ante conditionis euentum moritur, transfert ſtipulationem in ſuum hæredem, *§. ex conditionali. Inſt. de V. O.* Fallit

4 (marginal, at "h. t. Procedit")

5 † in legatis, quæ ſub conditione relicta ſunt. Nam ſi ante conditionis euentum legatarius moritur, non trans-

tranſmittit ea in hæredes, vt declaratum fuit *in l. quæ legata.* 18. *ſupr. h. t.* vbi ſimul differentiæ rationem inter legata & ſtipulationem indicauímus.

SUMMARIA.

In L. Nemo fraudare.

1 *Vnde deſumpta ſit hæc Regula, & quænam aliæ cum illa Leges conueniant.*
2 *Scienti & volenti non fit iniuria.*
3 *Damnum, iniuria & fraus. plerunq; nobis inuitis inferri ſolet, non quando & ſcientia & conſenſus interuenit.*
4 *Damnum, fraudem & iniuriam, quam quis ſua culpa, & volens, ſentit, ſibi & non aliis imputare debet.*
5 *Filiusfamilias, qui ſua voluntate exhæredatur, non dicitur iniuria affectus, nec poteſt etiam teſtamentum impugnare.*
6 *Regula procedit primò, non ſolum in conſentiente & ſciente, ſed & in ſcire debente.*
Ibid. Pari ſunt, ſcire, vel ſcire debere.
7 *Secundò, in ſciente & conſentiente vel patiente ſimul.*
8 *Regula fallit primò, in doloſa perſuaſione.*
Ibid. Si quis rapit virginem, etiam volentem, tenetur de raptu, quia etiamſi virgo conſentiat, nihilominus tamen iniuria ei fieri dicitur.
9 *Secundò, in iniuria; quæ corpori infertur, cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum.*
10 *Tertiò, in iudice. Etſi enim conſentiens iniuriarum actione agere non poſſit, iudex tamen pro intereſſe publico benè poteſt agere.*

REGVLA CXLV.

Nemo fraudare videtur eos, qui ſciunt & conſentiunt.

1 VLpiani † JCti eſt hæc l. deſumpta ex lib. 66. ad
Edictum, & conueniunt cum ea *c. ſcienti. de R. I.*
in 6. l. qui autem. §. præterea. ff. quæ in fraud. cred. l. 1. §. uſq;
2 *adeo. ff. de iniur.* Docet † autem breuiter, quod ſcienti
& volenti non fiat iniuria, ſeu quod nemo videatur
illos defraudare, circumuenire aut decipere, qui
ſciunt fraudem, & conſentiunt in fraudē, vel quod
pro defraudatis habendi minimè ſint ii, qui opti-
3 mè norunt fraudem & deceptionem, & tamen in
fraudem conſentiunt. Ratio eſt, quia † damnum,
fraus & iniuria plærumq; nobis inuitis inferri ſolet,
non quando & ſcientia & conſenſus interuenit: cũ
nemo mortalium adeo ſupinus & ſtultus (modò
ſanæ mentis ſit) cenſeri debeat, qui res ſuas peſſum
iri & ſe iniuria affici cupiat aut velit, *l. qui autem. §.*
4 *præterea illud ſciendum. ff. quæ in fraud. credit.* II. Quia †
damnum, fraudem & iniuriam, quam quis ſua cul-
pa & volens ſentit, ſibi & non aliis imputare debet,
l. quod quis ex culpa ſua. inf. h. t. c. damnum. eod. in 6. & in
l. quod autem. §. præterea illud ſciendum ff. quæ in fraud.
5 *credit.* Sic † filiusfamilias, qui ſua voluntate exhære-
datur, & à paterna hæreditate excluditur, non di-
citur iniuria affectus, vel defraudatus, non poteſt
etiam teſtamentum impugnare, Bart. *in l. ſi quando.*
6 *C. de inoff. teſtament.* Procedit † Regula non tantum
in conſentiente & ſciente, ſed & in ſcire debente,
Cag. *hic n. 2. per gl. in c. ſcienti de R. I. in 6.* Paria enim
ſunt ſcire vel ſcire debere, *l. ſi duo. ff. de acquir. hæred.* II.
7 Procedit † in ſciente & conſentiente vel patiente
ſimul. Illa enim duo copulatiuè requiruntur, ſcien-
tia ſcilicet & patientia, cum ſcienti, ſed non con-
8 ſentienti poſſit fieri dolus, Cag. *hic nu. 3.* Fallit † re-
gula I. in doloſa perſuaſione. Nam ſi quis rapit vir-
ginem

ginem, etiam volentem, tenetur de raptu, quia, etiamſi virgo conſentiat, nihilominus tamen iniuria ei fieri dicitur, *l.* 1. *C. de raptu virg.* Nec excuſatur hac regula rapiens, quaſi nolenti & conſentienti non fiat iniuria, Cag. *n.* 4. Dec. *n.* 6. II. Fallit † in iniuria, quæ corpori infertur, cum nemo ſit dominus 9
membrorum ſuorum, *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.* Etſi enim quis conſentit, & volens patitur, ſibi vulnera infligi: tamen illi iniuria fieri dicitur, licet conſentiat, vel volens patiatur vulnera, Cag. *hic. n.* 5. Dec. *num.* 8. III. Fallit † in iudice. Nam etſi conſentiens 10
iniuriarum actione agere non poſſit, Judex tamen pro intereſſe publico bene poteſt agere, Cag. *nu.* 7. Dec. *num.* 11.

SUMMARIA.

In L. Quod is cum ſeruus.

1 *Liberto neq; nocet, neq; prodeſt contractus, quem celebrauit, dum ſeruus eſſet.*

2 *Initium ſtipulationum & contractuum conſiderandum, non medium, aut finis.*

REGVLA CXLVI.

Quod is cum ſeruus eſſet egerit, proficere liberto facto non poteſt.

HÆc Lex, quæ † docet, quod liberto neq; noceat neque proſit contractus, quem celebrauit dum ſeruus eſſet, licet tum demum vires ſuas habuerit, cum libertus factus ſit, cum initium † ſtipulationis & contractuum conſideretur, non medium vel finis, nec etiam tempus exiſtentis conditionis, ſi ſub conditione contractus eſt factus, ſu-

Hh 5 pra-

Digitized by Google

pra declarata eſt *in l. non omne. 144. §. In ſtipulationibus. hoc tit.* Referatur huc etiam *l. quæ legata. 18. l. filiusfamil. 19. l. omnis hereditas. 138. §. nunquam creſcit. ſupr. hoc tit.* In quibus omnibus docetur, quod initium contractus, initium ſtipulationis, principium delicti conſideretur, non medium, finis, vel tempus exiſtentis conditionis, nec etiam tempus, quo vires ſuas acquirit contractus.

SVMMARIA.

In L. Semper generalibus.

1 *Specialia generalibus inſunt. Et diſpoſita de genere, de qualibet etiam eius ſpecie diſpoſita videntur.*

2 *Si cui alimenta legata ſunt, tanquam genus, ei cibus, potus, veſtitus & habitatio, tanquam ſpecies debentur.*

REGULA CXLVII.

Semper generalibus ſpecialia inſunt.

1 HÆc Regula, quæ † docet, quod ſpecialia generalibus inſunt: vel, quod diſpoſita, de genere, de qualibet etiam eius ſpecie diſpoſita videntur: vel, quod generalia ſub ſe comprehendunt
2 ſpecialia: Veluti † ſi cui alimenta legata ſunt, tanquam genus, ei cibus, potus, veſtitus & habitatio tanquam ſpecies debentur, *l. legatis. ff. de adimend. leg.* explicata eſt *in l. 113. ſupr. hoc tit.*

SVMMA-

SVMMARIA.

In L. Cuius effectus.

1 *Origo & conuenientia legis.*

2 *Quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.*

3. 4. 5. *Tria Regulæ Exempla.*

6 *Procedit Regula, in eo, quod eſt commune pluribus, vt vniuerſis In illis enim ſtatur voluntati maioris partis, & in illis maior pars concludit.*

7 *Decius & alii, quomodo hanc Regulam aliter interpretentur.*

REGVLA CXLVIII.

Cuius effectus omnibus prodeſt, eius & partes ad vniuerſos pertinent.

PAuli † Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta 1
ex lib. eius 16. & conueniunt cum ea *c. quod omnes tangit. de R. I. in 6. l. per fundum. ff. de S. R. P. l. 2. §. ſi aquæductus. ff. de S. R. P.* Docet † autem quod 2
illud negotium, actus, contractus, factum, vel aliud quiddam, quod ad plures pertinet, vel commodum, vel incommodum multos ſimul tangit, ab omnibus etiam, quos tangit, debeat approbari, vt probatur *in c. quod omnes. de R. I. in 6.* vbi dicitur: *Quod omnes tangit*, id eſt, cuius vtilitas, emolumentum vel incommodum ad omnes pertinet, *illud etiam ab omnibus debeat comprobari.* Vt, ſi † plures ha- 3
beant fundum communem, & volunt conſtituere ſeruitutem, in eo oportet omnium conſenſum interuenire, alias defectus vnius reddit conſtitutionem inutilem, *l. per fundum. ff. de S. R. P.* Sic, ſi † plures habent ſeruitutem aquæ ducen- 4
dæ ex fonte eodem, & dominus velit aliis eandem

dem ſeruitutem concedere, in præiudicium tamen aliorum non poterit id facere, ſine conſenſu eorum, præſertim ſi ius ipſorum diminuitur, alias ſe-
5 cus, *l.2.§. ſi aquæductus.ff.de S.R.P.* Eodem modò, ſi † quis bannitus eſt à territorio plurium dominorũ, non poteſt is cum licentia vnius licitè redire, quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari,
6 Cag. *hic num.2.* Procedit † Regula in eo, quod eſt commune pluribus, vt vniuerſis. In illis enim ſtatur voluntati maioris partis, & in illis maior pars concludit, Dyn. *in c.quod omnes tangit. eod. in 6.n.3.*
7 Cag. *hic nu.2.* Porrò † Decius, & alii, hanc legem ita interpretantur, vt dicant, ſenſum eius eſſe hũc, nimirum, quod ſicut effectus alicuius totius omnibus prodeſt, ita & partes vel ſpecies ad omnes pertinere: vt, ſicut totius iuris effectus omnibus communis eſt, ita & partes vel ſpecies iuris, hoc eſt, legem, plebiſcitum, Senatusconſultum, prætorum Edicta, prudentum reſponſa ad omnes homines pertinere. Sed hunc intellectum reprobat Cag. *hic in princ.verſ.Mihi autem videtur Iuriſconſultum velle & amplecti priorem intellectum.* Quæ autem ſecundum hunc poſteriorem intellectum ſint fallentiæ huius regulæ, docet Dec. *hic n.3.4.5.6. cum ſeqq.*

SVMMARIA.

In L. Ex qua perſona.

1 *Regula hæc vnde deſumpta ſit, & quænam aliæ cum illa leges conueniant.*

2 *Iſtarum perſonarum facta præſtare & probare debemus, ex quibus commoda atq; lucra ſentimus.*

Ibid. Secundum naturam eſt, vt ſentiat onus, qui vult ſentire commodum.

3 *Heres,*

3 *Hæres, ſiue pro parte ſit hæres, ſiue in vniuerſum, contravenire facto defuncti non poteſt.*

4 *Exemplum de patre, filium taberna præponente.*

5 *Exercitor nauis recte obligatur ex contractu magiſtri, cum aliis celebrato, atq; adeo ob illum contractum etiam conueniri poteſt.*

6 *Regula procedit, quando quis lucrum capit ex aliqua perſona; ſecus, quando nullum lucrum ex illa haberet.*

7 *Fallit, quando hæres facit inuentarium.*

REGULA CXLIX.

Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet.

VLpiani † JCti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. 1
eius 67. ad Edict. & conueniunt cum ea *l. cum à matre. C. de rei uend. l. ſi ab eo. C. de negot. geſt. l. uxor. C. de bon. auth. Iud. poſ.* Docet † autem quod iſtarum per- 2
ſonarum facta præſtare & probare debeamus, ex quibus perſonis commoda atq; lucra ſentimus. Secundum naturam enim eſt, vt ſentiat onus, qui vult ſentire commodum, *l. ſecundum naturam. ſup. hoc noſtro titulo.* Aliàs nemo eſſet, qui commoda non affectaret, aliis onera atque diſpendia deuorantibus, quæ præ magnitudine nonnunquam lucra obſcurant. Vnde † hæres: ſiue pro parte ſit hæres, ſiue in 3
vniuerſum, contrauenire facto defuncti non poteſt, id eſt, non poteſt, quod defunctus contrahendo fecit, infringere vel impugnare, ſed omnibus modis ſeruare tenetur, niſi doli inſimulari velit, *l. cum à matre. C. de rei vendic. l. ſiue poſſeſſio. C. de euict.* Sic
† ſi pater filium tabernæ præpoſuit, & filius mer- 4
cium cauſa, mutuam accepit pecuniam ab aliis, patrem obligatum facit, & pater tenetur præſtare filii facta, ex quo lucrum capere paratus eſt, *l. 1. & l.*

in eum-

Digitized by Google

5 *in eum. ff. de inſtitoria actione.* Idem † etiam eſt in
magiſtro nauis. Nam exercitor rectè obligatur ex
contractu magiſtri, cum aliis celebrato, conueniri
etiam poteſt ob illum contractum, & præſtare fa-
ctum eius tenetur, §. *eadem ratione. 2. Inſtit. quod cum*
eo, qui in alien. poteſtate eſt: & toto tit. ff. de exercitor. act.
Quicunque enim adminiculo ex perſona ſui au-
thoris vtitur, cum ſua cauſa ſuisque vitiis id facere
vtique debet, vt ſic eodem iure, quo author ſuus,
comprehendatur, *l. Pomponius.* §. *cum quis. ff. de ac-*
6 *quir. poſſeſſ. c. ſi quis. de* R. I. *in 6.* Procedit † Regula,
quando quis lucrum capit ex aliqua perſona, ſecus
quando nullum lucrum ex ea haberet, Dec. *hic n.* 4.
7 Cag. *nu.* 2. *verſ. procedit hæc* R. Fallit, † quando hæ-
res facit Inuentarium, Decius *hic nu.* 2. Cag. *n.* 6.

Regula CL.

Parem eſſe conditionem oportet eius, qui quid poſſideat vel habeat: atque eius, cuius dolo malo factum ſit, quo minus poſſideret vel haberet.

HÆc lex, quæ docet, quod dolo malo deſinens poſſidere, pro poſſeſſore, quoties de damno agitur, habeatur, vel, quod par conditio ſit eorum, qui aliquid poſſident vel habent, & eorum, qui dolo malo fecerunt, quo minus poſſiderent: vel quod paria ſint, aliquid poſſidere, & dolo malo deſiiſſe poſſidere, explicata eſt *in l. qui dolo deſiit poſſidere. ſupr. hoc tit.*

Summa-

SUMMARIA.

In L. Nemo damnum.

1 *Legis origo & conuenientia.*
2 *Damnum dare is proprie dicitur, qui aliquid facit prohibente lege, vel qui contra leges facit & nocet.*
3 *Sine dolo eſt, qui ſuo iure vtitur & lege experitur.*
4 *Vis, damnum, iniuria, talia ſunt vocabula, quibus cum iure nunquam eſt ſocietas.*
5 *Qui adulterum cum vxore ſua in domo deprehenſum interficit, licet damnum dederit, tamen quia fecit quod facere ius habet, damnum dediſſe dicendus non eſt.*
6 *Etſi magiſtratus quid vi facit pro publica pace conſeruanda, tamen in iniuriam id non redundat, neq; ob id iniuriarum tenetur.*
7 *Si quis alienum interficit, cum aliter ſe tueri non poſſit, etſi reuera damnum dat, dediſſe tamen non videtur, cum id fecerit, quod iura & leges permittunt.*
8 *Regula fallit, ſi illud, quod factum eſt, non legitime factum eſt; tunc enim nihilominus damnum dediſſe cenſendus eſt.*

REGULA CLI.

Nemo damnum facit, niſi qui id facit quod facere ius non habet.

DEſumpta † eſt hæc l. ex lib. 64. ad Edict. Pauli Iuriſconſulti; & conueniunt cum ea *l. factum cuiq; ſuum. 55. §. non videtur vi facere. infr. h. t. l. Gracchus. 4. C. ad l. Iul. de adult. l. marito. 24. ff. adult. l. quemadmodum. 29. §. Labeo. ff. ad l. Aquil.* Docet † autem breuiter, quod is damnum dare proprie dicatur, qui aliquid facit, prohibente lege, vel qui contra ll. facit & nocet. Nam qui Lege permittente facit, quod facit, licet alteri damnum inferat, tamen damnum dediſſe non cenſetur. Ratio prima eſt, quia ſuo

3 ſuo iure vſus eſt. Sine † dolo autem eſt, qui ſuo iure vtitur & lege experitur, *l. nullus videtur dolo facere. ſup.*
4 *hoc tit.* II. Quia † vocabula *vis, damnum, iniuria*, ſunt eiuſmodi, quibus cum iure nunquam eſt ſocietas,
5 teſte Ioh. Ramo *in hac Regula.* Vt, qui † adulterum, cum vxore ſua in domo deprehenſum, interficit, licet damnum dederit, tamen quia fecit, quod facere ius habet, damnum dediſſe dicendus non eſt, *l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult. l. marito. ff. de adult.* Eo-
6 dem modo, etſi magiſtratus † quid vi facit, pro publica pace conſeruanda, tamen in iniuriam id non redundat, neq; ob id iniuriarum tenetur. Facit enim, quod ius habet facere: Veluti, ſi furem in carcerem coniecit, & ille metu pœnæ poſtea ſe suſpendit. Neq; enim ex L. Aquilia, neq; ex alio iuris capite actionem ſuſtinebit, *l. quemadmodum. §. ma-*
7 *giſtratus municipales. ff. ad l. Aquil.* Sic, ſi quis † alienum interficit, cum aliter ſe tueri non poſſet, etſi reuera damnum dat, damnum tamen dediſſe non videtur, cum id fecerit, quod iura & ll. permittunt, *l. 3. ff. de iuſt. & iure. l. ſcientiam. § qui cum aliter. ff. ad l. A-*
8 *quil.* Fallit † regula, ſi illud, quod factum eſt, non legitimè factum eſt, hoc eſt, eo modo, quo leges voluerunt. Nam tum damnum dediſſe nihilominus cenſendus eſt vt ll. præſcribunt modum, ſecundum quem adulter deprehenſus poſſit interfici. Sic ll. præſcribunt certos limites, intra quos continere ſe debet ille, qui legitimam defenſionem allegare vult, quæ ſi non obſeruantur, damnum datum dicitur: Etiamſi leges defenſionem concedunt, *l. marito, ff. de adulteriis,* Item DD. *in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure.*

SVMMA-

S V M M A R I A.
In L. Hoc iure vtimur.

1 *Regula hac unde deſumta ſit, & quanam alia cum illa leges conueniant.*
2 *Vis eſt duplex: Publica & Priuata.*
Ibid. *Quotieſcunq; ab aliquo vis facta eſt, vel publica vel priuata intelligitur facta.*
3 *Publica vis eſt, qua armis infertur.*
Ibid. *Armorum appellatione non ſolum ſcuta, gladios & galeas intelligimus, ſed & fuſtes & lapides.*
4 *Priuata vis eſt, qua neq; armis, neq; metu armorum fit.*
5 *In dubio, quando fit mentio, vis de priuata intelligitur propter mitiorem pœnam, qua vi priuata irrogatur*

R E G V L A CLII.

Hoc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat: aut in vis publicæ, aut vis privatæ crimen incidat.

VLpiani † Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 69. ad edict. habetq; multas partes, cum quarum prima conueniunt §, *recuperandæ. Inſtit. de interdict. § Item lex Iulia. Inſtit. de publ. iudic. toto tit. C. de vi publ. & pri.* Docet † autem breuiter, quod vis ſit duplex; Publica & Priuata, & quod quotieſcunq; ab aliquo vis facta ſit, vel publica vel priuata intelligatur facta. Sic enim incipit Vlpianus: *Hoc vtimur iure vt quicquid per vim fiat, aut in vis plublica, aut in vis priuata incidat crimen*, id eſt, quicquid fit per vim, vel incidit in publicam vim, vel in priuatam. Ea diuiſio probatur etiam per Rubricam *C. de vi publ. & priu.* Eandem etiam habet §. 1 2

recuperandæ.Inſtit.de Interdict. vbi dicitur. *Qui autem aliquem &c. & in* §. *Item l. Iulia. 9. Inſtit.de publ. Iudic.* Iuſtinianus inquit: *Item lex Iulia de vi publica & priuata aduerſus eos exeritur.* Duplex igitur omnino vis
3 eſt,publica & priuata. Publica † vis eſt, quæ armis infertur, §.*recuperandæ. Inſt.de Interd.* Armorum autem appellatione non vtique vel ſolum ſcuta, gladios & galeas intelligimus, ſed & fuſtes & lapides, §.*armorum.Inſtit.de interd.& l.armorum appellatione.ff. de V.S.* Et hæc ex l. Iulia deportationem pœnam habet, §.*Item l.Iulia.Inſtit.de publ.Iudic.* Eſt etiam vis publica, quando quis armorum intuitu & metu quid agit. Veluti, quando ſeditionis faciendæ inito conſilio ſeruos liberosue homines in armis habuit aut conuocatis hominibus vim fecit. Item quando quis hominem dolo malo incluſit, obſedit, noua vectigalia violenter exegit. Item qui alienas ædes expilauit, effregit, expugnauitque, *l.in eadem cauſa.l.qui dolo malo.l.qui ædes cum l.fin.ff.ad l.Iul.de*
4 *vi publ.* Priuatam † vim vocamus, quæ neq; armis neque metu armorum fit. Cui obnoxium facimus eum, qui alium conuocatis hominibus ſine armis ex agro ſuo deiicit, qui ex incendio, vel naufragio, quid dolo malo rapit, item qui debitoris bona ſine authoritate iudicis occupat, vt probatur *toto tit.ff.de vi priuata.* & hæc pœnam habet tertiæ partis bonorum publicationem aut ſubhaſtationem vna cum nominis ignominia, §.*Item lex Iulia.Inſtit.de publ.iud.* Ex his igitur apparet, omnem vim aut eſſe publicam aut priuatam. In † dubio tamen quando fit mentio, vis de priuata intelligitur, propter mitiorem pœnam, quæ vi priuatæ irrogatur, teſte Dec. *hic nu. 2.*

SVMMA-

Digitized by Google

Svmmaria.

In §. Deiecit qui.

1 *Concordantia §. huius.*
2 *Quis dicatur aliquem deijcere ex ſua poſſeſſione.*
3 *Si familia mea quem è poſſeſſione ſua voluntate mea vi deiecit; ego deieciſſe videor; & ob id contra me datur interdictum vnde vi.*
4 *Idem obtinet, ſi alius iuſſu vel mandato meo id fecit; vt procurator meus. Nam & tum interdictum vnde vi aduerſus me inſtitui poteſt.*
5 *Sic ſi plane extraneus meo nomine, ſine tamen meo mandato, quem ex ſua poſſeſſione deiecit, & ego id poſtea ratifico factum per Interdictum vnde vi conueniri poſſum.*
Ibid. Ratihabitio mandato æquiparatur.
6 *Procedit Regula, primo, non tantum in pœnalibus, ſed etiam in ciuilibus.*
7 *Secundo, ſi meo nomine quid geſtum eſt. Ratum enim habere quis non poteſt, quod ipſius nomine geſtum non eſt.*
8 *Tertio, ſi ratum habeo, tanquam meo nomine geſtum; alias ſecus.*
9 *Quis de ſua poſſeſſione eiectus dicatur.*

§. Deiecit qui.

Deiecit, qui vel iuſſit, vel mandauit, vel ratum habuit. Rati enim habitio mandato comparatur.

Cum † hoc §. conueniunt *l. 1. §. deieciſſe autem videtur. & §. ſed & ſi cum quis. ff. de vi & vi arm. l. ſemper qui non prohibet. ſupr. hoc tit. c. ratihabitionem. de R.I. in 6.* 1
Docet † autem, quis dicatur aliquem à ſua deiicere poſſeſſione, nimirum primum is, qui mandauit aliis eiectionem & expulſionem: etſi enim is in propria perſona non eiecerit, ſi tamen aliis manda- 2

uit, vt ſuo nomine eiicerent, nihilominus ipſe eieciſſe dicitur, vt probatur hic in verbis; *Deiecit & qui mandat*, *& in l.* 1 *§. deieciſſe. ff. de vi & vi arm.* dicitur; *deieciſſe autem* &c. Secundo, qui expulſionem ab aliis factam ratificat & comprobat, vt probatur *hic* in verbis: in maleficio *ratihabitio mandato comparatur: & in d.l.1. §. ſed & ſi cum quis, ff. de vi & vi arm.* vbi
3 dicitur, *ſed & ſi cum quis*, &c. Vnde † ſi familia mea quem è poſſeſſione ſua voluntate mea vi deiecit, ego deieciſſe videor, & ob id contra me datur Interdictum vnde vi, *l.* 1 *§ deieciſſe. ff. de vi & vi arm.* Eo-
4 dem † modo, ſi alius iuſſu vel mandato meo id fecit, vt procurator meus. Nam & tum interdictum vnde vi aduerſus me inſtitui poteſt, *l. quod iuſſu. infr.*
5 *hoc tit.* Sic † ſi plane extraneus meo nomine, ſine tamen meo mandato, quem ex ſua poſſeſſione deiecit, & ego id poſtea ratifico factum, per Interdictũ vnde vi conueniri poſſum, quia ratihabitio mandato æquiparatur, *c. ratihabitionem. de R.I in 6.* Pro-
6 cedit † Regula I. non tantum in pœnalibus, ſed etiam in ciuilibus. Nam & illis mandans vel ratificans æquiparantur, vt *in l. ſemper, qui non prohibet.*
7 *ſupr. eod.* demonſtratum eſt. II. Procedit, † ſi meo nomine quid geſtum eſt. Illud enim ratificans teneor, non ſi alieno nomine geſtum eſt, licet enim illud ratum habeam, non tamen ob id obligor, *c. ratum. de R. I. in 6.* vbi dicitur: *Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine geſtum non eſt.* III. Procedit,
8 † ſi ratum habeo, tanquam meo nomine geſtum, alias ſecus, *gl. in l.* 1. *§. ſed & ſi cum quis*, in verbo *Ratum*
9 *habuero. ff. de vi & vi arm.* Quis † autem dicatur deiectus ex ſua poſſeſſione, docet idem Iuriſconſultus *in l.* 1. *§. deiicitur vi ff. de vi & vi arm.* Cum inquit, *deiicitur*

citur qui poſsidet, ſiue naturaliter, ſiue ciuiliter poſsideat. Nam & naturalis poſſeſſio ad hoc interdictum pertinet, idemque, etiamſi maritus vxori donauit, eaq; vi deiecta ſit, poterit interdicto vti, non tamen ſi colonus eſt deiectus, quia non poſſidet.

SVMMARIA.

In §. In contractibus.

1 *Concordantia §. huius.*

2 *Hæredes interdum ex dolo defuncti in ſolidum obligantur, præſertim ſi dolus à defuncto commiſſus eſt in contractibus, in quibus bona fides requiritur.*

3 *Intellectus l. Toties in hæredem 44. ſupra h. t.*

4 *Hæredes ex dolo defuncti in delictis commiſſo conueniuntur in id, quod ad eos peruenit, & non vlterius.*

5 *Si in commodato, mandato, tutela, negotiorum geſtione, aliisq; ſimilibus contractibus defunctus dolo malo verſatus eſt, ob dolum illum hæredes in ſolidum obligantur.*

6 *Regula procedit in contractibus; in dolo ſcilicet ex contractu deſcendente ſecus, de dolo ex delictis proficiſcente.*

§. In contractibus.

In contractibus, quibus doli præſtatio vel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur.

Cum † hoc § conueniunt *l. ad ea § in contractibus.* 1
infr. hoc tit. & l. toties in hæredem ſupr. eodem l ſi hominem,
§. datur actio. ff depoſiti. Docet † autem, quod hære 2
des interdum ex dolo defuncti in ſolidum obli-
gentur, præſertim ſi dolus à defuncto commiſſus
eſt in cōtractibus, in quibus bona fides requiritur,
ſicuti fit in omnibus contractibus bonæ fidei, qui
in §. actionum. Inſtit. de act. ordine enumerantur. Et-
ſi † autem *in l. toties in hæredem. 44. ſupr. eod* dicitur, 3
Hæredes ex delicto defuncti obligari tantum in

id, quod ad eos peruenit, intelligendum tamen illud eſt de dolo defuncti, in delictis commiſſo. Veluti ſi per vim, rapinam, furtum, vel ſimile delictum à defuncto dolus eſt commiſſus. Hic autem loquimur de dolo defuncti in contractibus commiſſo. Is enim in ſolidum obligat hæredes, vt id clare teſtatur Iuriſconſultus *in l. ad ea. §. in contractibus. infr. hoc tit.* cum inquit Iuriſconſultus: *in contra-*
4 *ctibus* &c. Hæredes † igitur ex dolo defuncti in delictis commiſſo conueniuntur in id, quod ad eos peruenit & non vlterius. Ex dolo vero defuncti, in contractibus commiſſo, in ſolidum obligantur. Ratio I. quia eiuſmodi dolus ex coniunctione cōtractus, cui adhæret, Iuris conditione iunctus eſt, *l. & eleganter. ff. de dolo malo*, & ideo qualis in defuncto eſt, talis tranſit etiam in hæredem, quod maxime fit in illis contractibus, in quibus bonam fidem præſtare iubemur, *l. ex contractibus. ff. de act. & oblig.* Vnde qui ſeruum, apud ſe depoſitum, vt de eo quæſtio haberetur, habuit, ac miſericordia ductus eum ſoluit, atq; abire fecit, in dolo eſt; nam intempeſtiue miſericordiam exercuit, cum ſciret, cui rei ſeruaretur, vnde & hæredem eius in ſolidum propterea obſtringit. Idem eſt & in alia re depoſita, à defuncto vero dolo malo alienata, *l. ſi hominem. §.*
5 *datur actio depoſiti. ff. depoſiti.* Sic † ſi in commodato, mandato, tutela, negotiorum geſtione, aliiſq; ſimilibus contractibus defunctus dolo malo verſatus eſt, ob dolum illum hæredes in ſolidum obligantur, *l. ex depoſiti. ff. de act. & oblig.* Nam hæres cum defuncto quaſi vna perſona eſt, & ob id etiam idem cum ipſo ius ſuſtinere, & eius factum, ex quo lucrum capit, præſtare debet, vt ſupra *in l. ex qua perſo-*

na quis

Digitized by Google

na quis lucrum, dictum eſt. Procedit † Regula in 6
contractibus, in dolo ſcilicet ex contractu deſcendente: Secus de dolo, ex delictis proficiſcente. De illis enim ſucceſſores & hæredes tantum conueniuntur in id, quod ad eos peruenit, vt *in l. toties in hæredem 44. ſupr. hoc tit.* demonſtratum eſt.

SVMMARIA.

In L. Fere quibuſcunque.

1 *Quilbet actus & contractus, item quodlibet negotium, eo modo diſſoluitur, quo eſt celebratum.*
2 *Contactus, re celebrati, re viciſſim diſſoluuntur.*
3 *In hac Regula cur verbum Fere ponatur.*
4 *Non procedit in omnibus contractibus, vt eodem modo diſſoluantur, quo ſunt celebrati.*

REGVLA CLIII.

Fere quibuſcunque modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur: quum quibus modis acquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla poſſeſſio acquiri, niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt.

HÆc lex, quæ docet, † quod quilibet actus & 1
contractus, item quodlibet negotium, eo modo diſſoluatur, quo eſt celebratum; veluti contractus † re celebrati, re viciſſim diſſoluantur &c. 2

explicata eſt *in l. nihil tam naturale. 35. ſupr. eod.* Poni-
3 tur † autem hic aduerb. *Fere* non ſine emphaſi:
4 Vult enim quod non † in omnibus contractibus procedat, vt eodem modo diſſoluantur, quo ſunt celebrati, ſed quod fallat R. in quibuſdam: quas fallentias ſupra quoque *in d. l. nihil tam naturale,* poſuimus.

SVMMARIA.

In L. Cum par delictum.

1 *Origo Legis.*

2 *In pari cauſa vel delicto melior eſt conditio poſſeſſoris, quam petitoris.*

3 *Petitor ſemper cogitur probare ſuam intentionem.*

REGVLA CLIV.

Cum par delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor, & melior habetur poſſeſſoris cauſa: ſicut fit, cum de dolo excipitur petitoris, neque enim datur talis replicatio petitori, aut ſi rei quoque in ea dolo actum ſit.

1 VLpiani † Iuriſconſulti eſt hæc L. deſumpta ex lib. eius 70. ad Edictum, habetque duas par-
2 tes, quarum prima, quæ docet, quod † in pari cauſa vel delicto melior ſit conditio poſſeſſoris,
3 quam petitoris: quia petitor † ſemper cogitur probare ſuam intentionem firmiſſimis rationibus, id quod eſt difficilimum, & quia poſſeſſor de dolo peti-

petitoris excipere poteſt; petitor autem non ita replicare; explicata eſt *in l. in eo, quod vel is.* 33. *& in l. in pari cauſa.* 128. *hoc tit. noſtro.* Videatur etiam Dyn. *in c. in pari delicto. de* R. I. *in* 6.

SVMMARIA.

In §. Illi debet permitti.

1 *Huius § concordantia.*
2 *Is pœnam poteſt exigere, qui in pœnam non incidit.*
3 *Exemplum Regulæ*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Regula procedit, ſi omnium perſonarum contrahentium eadem eſt, & æqualis per omnia conditio; ſecus, ſi diuerſa.*
6 *Fallit in eo, qui ſibi locatum veſtimentum poliendum alii contra voluntatem domini commodauit & quomodo.*

§. Illi debet permitti.

Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit.

Cum † hoc §. conueniunt *l. cum pater. §. libertis. ff. de legat* 2. *l. qui re ſibi commodata. §. ſi quis alteri. ff. de furt. l. quæro inter. ff. locati.* Docet † autem quod is pœnam poſſit petere & exigere, qui in pœnam non incidit, vel qui ipſa pœna dignus non eſt, vel qui ipſe contra contractus, legem & conuentionem non egit. Nam ſi vterque contrahens peccauit, & vterque contra contractus conuentionem egit, neuter ab alio poteſt petere pœnam, quia is poteſt petere & exigere pœnam, qui ipſa pœna non eſt dignus. Fruſtra enim petit quis fidem ſeruari ab eo, cui ipſe fidem non ſeruauit, *c. fruſtra ſibi. de* R. I. *in* 6. Vt, ſi † cui res furto eſt ablata, quam ipſe quoque ſubtraxit alteri, non dabitur

1 (margin, line 1 of paragraph); 2 (margin, at "Docet"); 3 (margin, at "Vt, ſi")

ei actio furti ad petendam pœnam, quia & ipſe incidit in pœnam, ſed actionem furti habebit verus dominus rei aduerſus vtrumq; furem, *l. qui re ſibi*
4 *commodata. §. ſi quis alteri. ff. de furt.* Idem † eſt, & ſi aliqui contraxerunt pacem ſub certa pœna, alter qui pacto ſtetit, nec contrauenit, pœnam petere poteſt, non is qui fidem rupit, & ſic in pœnam fractæ pacis incidit, Bart. *in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg.*
5 2. Procedit † Reg. quando omnium perſonarum contrahentium eadem eſt & æqualis per omnia conditio ſeu ratio, ſecus ſi diuerſæ, Dyn. *in c. fruſtra ſibi quis petit. de R. I. in 6. nu. 3.* quem videre poteſtis de
6 hac regula noſtra. II. Fallit † in eo qui ſibi locatum veſtimentum poliendum alii contra voluntatem domini commodauit. Nam ſi commodatarius per furtum amiſerit, ſartor, qui commodauit, actionem furti habet: Licet ipſe in pœnam furti inciderit, commodando alteri veſtimentum inuito domino, *l. qui vas. §. ſi ego. ff. de furt.* Frangenti fidem fides frangatur eidem.

SVMMARIA.

In L. Factum cuique ſuum.

1 *Origo legis & conuenientia.*
2 *Alterius conditio ex alieno facto durior & deterior fieri non debet, ſed ſuum cuiq; nocere debet factum & delictum.*
3 *Regula procedit non tantum in ciuilibus cauſis, hoc eſt, contractibus, ſed etiam in delictis.*
Ibid. Nemo alterius delicto debet grauari.
Fallit in crimine læſæ maieſtatis.

REGV-

REGVLA CLV.

Factum cuique ſuum, non aduerſario ſuo, nocere debet.

PAVLI † Iuriſconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 65. ad Edict. habetque multas partes: cum quarum prima conueniunt *l. non debet alteri. 74. ſupr. hoc noſtro tit. l. ſancimus. C. de pœnis. l. in condemnatione. §. vnicuique. infr. hoc tit. c. mora ſua. de R. I. in 6.* 1
Docet † autem, quod alterius conditio ex alieno facto durior & deterior fieri non debeat, ſed quod cuiq; ſuum nocere debeat factum & delictum, vt illud etiam probatur *in l. non debet. ſupr. hoc tit. & in c. mora. de R. I. in 6. & in l. in condemnatione. §. vnicuique. infr. hoc tit.* Quod & in duobus reis promittendi obſeruatur, vt ſi ſocius omnium bonorum callide renunciat ſocietati propter lucrum aliquod, quod ſibi ſoli habere cupit, hoc ſuum factum ſibi nocere debet, non alteri, quia ſi alter ſocius, cui renunciatum eſt, aliquid quæſierit, renuncianti non communicabit, renuncians autem, ſuum lucrum, quod ſibi ſoli reſeruare volebat, communicare tenetur, *§. manet, inſtit. de ſocietate.* 2
Procedit † R. non tantum in ciuilibus cauſis, hoc eſt, in contractibus, ſed etiam in delictis. Nam & in illis æquum viſum eſt, vt pœna maneat ſuos authores, *l. ſancimus. C. de pœnis.* Nemo enim debet alterius delicto grauari, vel propter alterius delictum puniri, vt in *c. non debet aliquis de R. I. in 6. & toto tit. C. ne filius pro patre. & in c. delictum perſonæ. de R. I. in 6. in l. neque interdicto. infr. hoc tit.* habetur. 3
Fallit † in crimine læſæ maieſtatis, *l. quiſquis.* 4

quiſquis.C ad l.Iul.maieſt. Item in crimine hæreſeos, vt ſupra demonſtratum eſt *in l. 74 hoc tit.*

SVMMARIA.

In §. Non videtur vim.

1 *Concordantia huius §.*
2 *Is non videtur vim facere, qui iure ſuo vtitur, & actione ordinaria experitur.*
3 *Ad vim & damnum faciendum requiritur I. dolus vel culpa II. quod quis faciat contra iuris adminiculum.*
4 *Exemplum Regulæ.*
5 *Exemplum aliud.*

§. Non videtur.

Non videtur vim facere, qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur.

1 Conuenit † cum hoc §. *l. nullus videtur. l nemo*
2 *damnum. l. domum ſuam. infr. hoc tit.* Docet † autem, quod is non videatur vim facere, qui ſuo iure vtitur & actione ordinaria experitur, ſicut & is dolo facere nihil videtur, qui ſuo iure vtitur, *l. nullus dolo. ſupr. hoc tit.* ſicut nec damnum dare is dicendus eſt, qui facit, quod ius facere prohibet, *l. nemo damnum.*
3 *ſupr. hoc tit.* Ratio eſt quia † ad vim & damnum faciendum requiritur primum dolus vel culpa. II. Quod quis faciat contra iuris adminiculum. Siquidem ad vim pertinet hoc, vt quis citra iuris adminiculum pro ſe faciat, quod iuris ordine erat peragendum, idq; dolo malo. Si quis autem legibus vtitur & ſecundum leges agit, ſuumq; petit & repetit ordinaria actione, is vim facere dicendus
4 non eſt: Vt, creditor † qui per conuentionis legem

gem & præſidis authoritatem pignorum poſſeſſionem eſt conſecutus, extra vim eſt: Iure enim ſuo vſus eſt, *l. creditores. C. de pignor.* Haud diſſimiliter, ſi † iudex ad actoris petitionem, fundi per ſententiam vindicat poſſeſſionem, & reo militari manu ademerit, eamq; victori dederit, vim feciſſe nõ dicitur, ſed hoc, quod ordinarii iuris eſt, fecit. Quare fruſtra de vi ſibi illata conqueritur debitor, cum in illum contra legis rationem nihil ſit attentatum. Plura videantur de hac Regula *in l. nullus videtur dolo. ſupra hoc tit.* 5

SVMMARIA.

In §. In pœnalibus.

1 *Concordantia §. huius.*
2 *In pœnalibus mitiorem & leuiorem partem amplecti debemus.*
3 *Exemplum Regulæ.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Exemplum tertium.*
6 *Regula procedit, cum de delicto vel delicti ſpecie non ſatis conſtat, vel non ſatis apta eſt probatio.*

§. In pœnalibus.

In pœnalibus cauſis benignius interpretandum eſt.

Cum hoc §. conuenit *c. in pœnis. & c. odia. de R. I. in 6. l. ea, quæ in partes. § in re dubia infr. hoc tit. l. ſemper in dubiis. ſupr. hoc tit. l. cum quidam. de liber. & poſthu.* Docet † autem breuiter, quod in pœnalibus benignius reſpondere debeamus, vel, quod in pœnalibus mitiorem & leuiorem pœnam amplecti debeamus. Siquidem in cauſis pœnalibus faciliores eſſe debemus ad abſoluendum, quam ad condemnandum, idque etiam dicitur *in cap.* 1 2

pœnis.

2 *pœnis.de* R. I. *in 6*. Vt, ſi † conſtat aliquem feciſſe vel cõmiſiſſe vim: ignoratur autem vtrum cum armis, vel ſine armis, interpretandum hoc dubium eſt benignius; diciturque, reum potius vim priuatam, quam publicam commiſiſſe, vt per hoc mitius pu-
3 niatur, *l. ſi praeſes, & l. pen. ff. de pœnis*. Eodem † modo, ſi conſtet, tutorem eſſe ſuſpectum, & ob ſuſpicionem à tutela remouendum, dubitatur tamen, vtrum propter dolum, an vero propter culpam; amplectimur ſecundum hanc Regulam, mitiorem partem, & dicimus eũ ob culpam, & nõ ob dolum, eſſe remouendum, ne fiat infamis, *l. hae enim cauſae. ff.*
4 *de ſuſpect. tutor*. Sic, ſi † ſocius rem communem contrectauerit, & dubitatur, vtrum animo furandi fecerit nec ne, & vtrum actione furti, an actione pro ſocio ſit conueniendus, reſpondetur per hanc Regulam noſtram, quod actione pro ſocio, tanquam mitiori, conueniri debeat. In dubio enim non videtur furti conſilium habuiſſe, ſed quia dominus rei partiarius fuit, ſuo iure in re contrectanda vſus cenſetur, *l. rei communis, & l. merito. ff. pro ſocio*. Pro-
5 cedit † Regula, cum de delicto vel delicti ſpecie non ſatis conſtat, vel non ſatis aperta eſt probatio: Nam ſi delictum eſt certum, ratione circumſtantiarum & qualitatum regula non procedit, vt probatur *in l. ea, quae in partes. §. in re dubia, hoc noſtro tit.* vbi dicitur, *in re dubia* &c. Idem probat & Dyn. *in c. in pœnis. de R. I. in 6. num. 5. cum ſeq.* Plures fallentias vide apud Decium *hic.*

SVM-

SVMMARIA.

In L. Inuitus nemo.

1 *Origo & conuenientia legis.*
2 *Nemo inuitus cogi poteſt ad defendendum alium.*
3 *Regula procedit, ſi procurator publice non eſt receptus.*
4 *Fallit in aduocato publico.*

REGVLA CLVI.

Inuitus nemo cogitur defendere.

VLpian. Iuriſconſulti † eſt hæc R. deſumpta ex lib. eius 70. ad Edict. habetq; multas partes, cum quarum prima conueniunt *l. inuitus. ff. de pact. l. filiusfamil. §. inuitus. de procurator. l. 1. ff. de admin. tutor.* 1
Docet † autem quod nemo inuitus cogi poſſit ad defendendum alium, id eſt, quod nemo inuitus cogi poſſit, vt alterius defenſionem ſuſcipiat, & alterius negotia gerat. Ratio eſt, quia defendere, & abſentis amici negotia tuenda ſuſcipere, officii & amicitiæ eſt, nec habet ea res in ſe neceſſitatem, cum ſit priuatum munus, non publicum, quod inuitis imponi poteſt, *l. 1. ff. de admin. tutor. & cur.* vt ſi Scæuola per epiſtolam, vel etiã præſens à te procurator inſtitutus eſt, ille autem munus id recipere recuſat, non poterit à te cogi, vt inuitus ſuſcipiat tuarum rerum defenſionem & geſtionem, *l. inuitus. ff. de procurator. l. filiusfamilias. §. Inuitus. ff. de procurator.* 2
Procedit † Regula, ſi procurator publice non eſt receptus, vt procurator fiſci, vel alias iudicio iuriſiurandi religione publice addictus. Is enim, velit nolit, 3

nolit, procurationem ſuſcipere cogitur, niſi habeat eam exceptionem, quæ iudici ſufficiens videri poteſt, teſte *Cyno in l. inuitus. C de procurator.* Vera igitur regula eſt, non tantum in procuratore, ſed etiam in aliis officiis & muneribus vtilitate & authoritate publicis, quæ recuſare nemini fas eſt.
4 Fallit † igitur in aduocato publico, Dec. *hic num.* 2. Item in procuratore fiſci vel Reipubl. Decius *nu.* 3. Item in notario publico, Dec. *nu.* 4. Item in caupone, hoſpite & tabernario, Decius *hic num.* 5. Hæc enim omnia habent hanc rationem, quia ſunt officia publica, ideoq; neceſſaria, Dec. *nu.* 8. Cagn. *n.* 1.

SVMMARIA.

In §. Cui damus.

1 *Conuenientia §. huius.*
2 *Multo magis exceptio ei datur, cui datur actio.*
Ibid. Fauorabiliores ſunt rei, quam actores.
3 *Faciliores ſumus ad abſoluendum, quam condemnandum vel obligandum.*
4 *Exceptio maiori nititur vtilitate, quam actio.*
5 *Exemplum rei.*
6 *Exemplum aliud.*

§. Cui damus.

Cui damus actionem, eidem exceptionem competere multo magis quis dixerit.

1 Cum † hoc §. conueniunt *l. 1. §. is autem, ff. de ſuperficieb. l. creditori. in fine. C. de pact. c. qui ad agendum. de R. I. in 6.*
2 Docet † autem, quod multo magis exceptionem dare debeamus ei, cui actionem damus. Ratio eſt, quia fauorabiliores ſunt rei quam actores, *l. fauorabiliores, ſupr. hoc noſtro tit.*
3 II. Quia † faciliores ſumus ad abſoluendum, quam

quam ad condemnandum vel obligandum, *l. Arrianus. ff. de action. & oblig.* III. Quia exceptio † maiori nititur æquitate, quam actio, *l. quia æquitate. ff. de except. doli mali.* Vt † ſuperficiarius, habens dominium vtile, poteſt agere contra dominum vtili actione in rem, ideo ſi ab eo conueniatur, multo magis poterit excipere, *l. 1. §. quod autem, ff. de ſuperficieb.* Idem & de Emphyteuta reſpondemus: Item, ſi quis rem aliquam bona fide & titulo emptionis, donationis vel cuiuſcunq; alterius contractus 10. vel 20. annis poſſederit, & de caſu fortuito poſſeſſionem eius amiſerit, vt prius exceptionis iura, nunc actionis beneficium præſens habet, & magis eſt; vt quia actionem pro re vendicanda cõſecutus eſt, & exceptionis tuitionem habere dicatur, *l. ſi quis emptionis. C. de præſcript. 30. ann.* Sic, † ſi defuncto monumentum implendæ conditionis gratia poſſeſſor hæreditatis ad probabilem modum fecerit, poteſt impenſas illas actione negotiorum geſtorum repetere, & quia datur illi actio ad repetendum, multo magis exceptio ei dari poteſt, vt retineat eas, ſi hæreditas forte ab ipſo auferatur, *l hæreditas. §. ſi defuncto. ff. de pet. hæred. & l. per retentionem C. de vſur.* Fallentias vide apud Dec. *hic num. 1. 2. 3. cum ſeqq.*

4

5

6

§. Cum quis in alicuius.

Cum quis in alicuius locum ſucceſſerit, non eſt æquum, ei nocere hoc, quod aduerſus eum non nocuit, in cuius locum ſucceſſerit.

Hic §. qui docet, quod illud ipſum, quod ipſis,

qui contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtare poſſit, & quicquid proſit ipſis contrahentibus, & ſucceſſoribus prodeſſe poſſit, explicatus eſt *in l. hæredem. 59 & in l. quod ipſis. 143. ſupr. hoc tit.*

§. Plerumque emptoris.

Plerumque emptoris eadem cauſa debet eſſe circa petendum ac defendendum, quæ fuit authoris.

Hic §. qui docet, quod nemo plus iuris in alium transferre poſſit, quam ipſe habet, & quod emptor non debeat melioris conditionis eſſe, quam venditor; explicatus eſt *in l. nemo plus iuris. & in l. quod ipſis qui ſupr. hoc tit.*

§. Quod cuiq; præſtatur.

Quod cuique præſtatur, inuito non tribuitur.

Hic §. qui docet, quod inuito beneficium non detur, explicatus eſt *in l. inuito. 69. ſupr. hoc tit.*

REGVLA CLVII.

Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, in iis ignoſcitur ſeruis, ſiue dominis, ſiue iis, qui vice dominorum ſunt, velut tutoribus & curatoribus obtemperauerint.

Eiuſdem

Digitized by Google

EIuſdem Vlp. Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 71. ad Edict. habetque tres partes, quarũ prima, quę docet, quod ſeruis & aliis, qui ſub alicuius dominio ſunt, & ad iuſſum dominorum, vel illorum, quibus ſubſunt, crimen committunt, parcatur & ignoſcatur, ſi ſcelera non ſunt atrocia; explicata eſt *in l. velle non creditur. ſupr. hoc tit.*

§. Semper qui dolo.

Semper qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo eſt habendus, ac ſi haberet.

Hic §. qui docet, quod dolo deſinens poſſidere pro poſſeſſore habeatur, explicatus eſt *in l. parem eſſe conditionem. 150. ſupr. hoc tit.*

§. In contractibus.

In contractibus ſucceſſores ex dolo eorum, quibus ſucceſſerunt, non tantum in id, quod ad eos peruenit, verum etiam in ſolidum tenentur: hoc eſt, vt vnuſquiſq; pro ea parte, qua hæres eſt, conueniatur.

Hic §. qui docet, quod hæredes ex dolo defuncti non tantum in id, quod ad eos peruenit, ſed in ſolidum obligentur, explicatus eſt *in l. hoc iure vtimur. in §. in contractibus quibus doli præſtatio. ſupr. hoc tit.*

Digitized by Google

SVMMARIA.

In L. Creditor qui permittit.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Creditor ius pignoris remittit, ſi eiuſdem alienationi conſentit.*
3 *Indignum eſt, aliquem eo iure vti, quod ſemel contempſit.*
4 *Fallit Regula primo, ſi creditor ſalua pignoris cauſa permittit pignus vendi; tunc enim ius ſuum intemeratum retinet.*
5 *Secundo, in debito. Etſi enim creditor permittens rem ſeu pignus vendi, ius pignoris amittit, non tamen ob id debitum etiam amittit: niſi & cautionis inſtrumentum reddat debitori, quia tum & debitum videtur remiſiſſe.*
6 *Tertio, ſi venditio non valet, tunc enim conſenſus creditori non praeiudicat; ſecus, ſi valeret, quia tunc amitteret pignus per conſenſum.*

REGVLA CLVIII.

Creditor, qui permittit rem vænire, pignus dimittit.

1 CAij † Iuriſconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 26. ad Edict. prouinciale, & conueniunt cum ea *l. 4. §. ſi in venditione. l. ſicut. §. ſi voluntate. ff. quibus modis pig. vel hypothec. l. fin. C. de remiſſ. pig.* Docet
2 † autem breuiter, quod creditor ius pignoris remittat, ſi eiuſdem alienationi conſentit. Nam ſi creditor, cui maioris ſecuritatis & cautionis gratia pignus ſuppoſitum eſt, patitur debitorem pignus vendere, cum optime prohibere poſſit, videtur conſenſiſſe in pignoris alienationem, & ius ſuum, quod habuit in pignore, remiſiſſe, vt probatur *hic, & in l. pen. C. de pact.* Vt ſi Pamphilus, cui ager Tuſculanus

ſanus oppignoratus eſt, permittit illum alienari vel vendi, cum venditionem optime prohibere poſſet, quia in hanc pignoris venditionem & alienationem conſentit, ius pignoris ſolutum eſſe creditur. Idem probamus, ſi permitteret, vt debitum agrum permutaret, donaret, vt dotem conferret vel legaret; pignoris enim ius, vt liberatum, amplius non habebit, *l. ſi debitor § ſi in venditione & l. ſi re corporali. §. venditionis. ff. quibus modis pig. vel hyp. ſol.* Et † hoc adeo verum eſt, vt etiamſi pignus ſit alienatum rurſus, legitimo modo, puta vel ex legati, vel donationis cauſa, vel alia, reuertatur ad priorem dominum, tamen pignus creditor vendicare non poſſit, cum indignum ſit, aliquem eo iure vti, quod ſemel contempſit, *l. ſolida. C. de remiſſ. pig.* Fallit I. ſi † creditor ſalua pignoris cauſa permittit pignus vendi, ſicut paſſim fieri ſolet, tunc enim ius ſuum intemeratum retinet, Dec. *hic nu. 1. verſ. 2. regula limitatur. Cag. nu. 2.* II. Fallit † in debito. Etſi enim creditor permittens rem ſeu pignus vendi, ius pignoris amittit, non tamen ob id debitum etiam amittit, niſi & cautionis inſtrumentum reddat debitori, quia tunc & debitum videtur remiſiſſe, *l. poſt pignus. ff. de pact.* Dec. *hic nu. 3.* III. Fallit † ſi venditio non valet; tunc enim conſenſus creditori nihil præiudicat, ſecus, ſi valeret, quia tunc amitteret pignus per conſenſum, Dec. *hic nu. 2.*

3

4

5

6

SVMMARIA.

In L. Non vt ex pluribus.

1 *Origo & conuenientia legis.*

2 *Vna & eadem res non poteſt eſſe noſtra ex pluribus cauſis.*

 3 *Aliud*

Digitized by Google

3 *Aliud eſt, eſſe noſtrum, aliud, ex obligatione deberi.*

4 *Quod ſemel meum eſt, amplius meum effici nequit.*

5 *Regula procedit in cauſis, eodem tempore concurrentibus; ſecus in ſucceſſiuis.*

6 *Fallit, ſi cauſæ, ex quibus res debetur, ſunt contrariæ, quia tunc altera alteram tollit.*

7 *Secundo fallit, ſi cauſa eſt inualida.*

REGVLA CLIX.

Non vt ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrum eſſe.

1 PAuli Iuriſconſulti † eſt hæc L. deſumpta ex lib. eius 70. ad Edict. & conueniunt cum ea l. 3. §. *ex pluribus cauſis. ff de acquir. poſſ. l. & an eadem. §.*
2 *actionis. ff. de execut. rei iud.* Docet † autem, quod vna & eadem res non poſſit eſſe noſtra ex pluribus cauſis, ſicut nobis vna & eadem res ex pluribus cauſis deberi poteſt. Hoc eſt: ex pluribus quidem cauſis vna & eadem res deberi nobis poteſt: Dominium autem eius rei ex pluribus cauſis nobis ac-
3 quiri non poteſt. Ratio † prima eſt, quia aliud eſt, eſſe noſtrum, ſeu in dominio noſtro eſſe, ſiquidem id attingit ſubſtantiam rei, & aliud nobis ex obligatione aliqua deberi, quod attingit tantum accidens. Sicut vnius igitur rei vnicum tantum eſt eſſe: Ita non poteſt eadem res niſi ſemel & ex vna cauſa noſtra eſſe, *l. non eſt nouum. ff. de act. empt. & vendit.* Econtra vero, vt vnius rei poſſunt plura eſſe accidentia, ita ſæpius poteſt vna & eadem res in obligatione eſſe, & ex pluribus cauſis deberi, argumento

Digitized by Google

mento *l. vlt. C. de nouat. & l. cum filiusfamil. §. varus. ff. de leg. 2.* II. Ratio †, quia ſi dominium 4
acquiſitum fuit ex vna cauſa, vlterius ex alia acquiri non poteſt. Ratio rationis eſt, quia, quod ſemel meum eſt, amplius meum effici nequit, *§. ſit itaque. Inſtit. de action.* Vt ſi res aliena mihi legata eſt, eamque poſtea emo, debebitur mihi primo ex cauſa legati, ſecundo ex cauſa emptionis, & ſic ex pluribus, ratione quarum cauſarum vtramque actionem etiam intendere poſſum, *§. ſi res aliena. Inſtit. de legat.* Dominium autem rei non niſi ex vna cauſa poteſt acquiri, vt puta vel vſucapione, traditione, & ſimilibus, *l. traditionibus. C. de pact.* Procedit † Regula in cauſis, eo- 5
dem tempore concurrentibus: ſecus in ſucceſſiuis, Cagn. *hic. num.* 1. Decius *num.* 2. II. Fallit †, 6
ſi cauſæ, ex quibus res debeatur, ſunt contrariæ, quia tunc altera alteram tollit, nec ex pluribus etiam res nobis deberi poteſt contraria, ſiquidem in vno ſubiecto ſtare non poſſunt, Dec. *hic num.* 2. III. Fallit †, ſi cauſa eſt inualida, quia 7
ex illa deberi nihil poteſt, Dec. *hic num.* 2. *verſ.* 2. *limitatur.* Videatur & gloſſ. de hac Reg. *in l.* 3. *§. ex pluribus. in verſ. nec enim ſicut. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.*

SVMMARIA.

In L. Aliud eſt vendere.

1 *Origo & conuenientia Legis, eiuſdemq; partitio.*

2 *Non eſt vnum & idem, vendere rem, & alii, vendenti eandem rem, conſentire.*

3 *Qui rem vendit, etiamſi ſpecialiter euictionem non promittit, nihilominus tamen re euicta tenetur, quia eſt de natura emptionis & venditionis, vt venditor euictionem præſtet.*

4 *Vendens habet beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. vt vltra dimidium iuſti precii deceptus contractum infringere poſſit authoritate iudicis intercedente, id quod non permittitur ei, qui duntaxat conſenſit in venditionem.*

5 *Prohibitus vendere non prohibetur vendenti conſentire.*

REGVLA CLX.

Aliud eſt vendere, aliud eſt vendenti conſentire.

1 VLpian. Iuriſconſulti † eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 76. ad Edict. habetq; tres partes, cum quarum prima conueniunt *l. 2. ff. de manumiſſ. vindi-*
2 *cta. l. ſi poteſt. & l. 2. C. de reſcind. vend.* Docet † autem, quod aliud ſit vendere, aliud vendenti conſentire, & quod non ſit vnum & idem, vendere rem, & alii, vendenti eandem rem, conſentire. Etſi enim facere & conſentire in plærisque iuris partibus eadem conſideratione habentur, tamen in vendente &
3 vendenti conſentiente diuerſum eſt. Vt, qui † rem vendit, etiamſi ſpecialiter euictionem non promittit, nihilominus tamen re euicta venditor tenetur, quia eſt de natura emptionis & venditionis, vt venditor euictionem præſtet, *l. non dubitatur. C. de euict. l. ſi in venditione. ff. eod.* At vero in conſentiente vendenti hoc non procedit. Is enim qui conſentit in venditionem, non ſtatim de euictione tenetur, niſi etiam partem precii accepiſſet, Bald. *in l. quidam ex parte dimidia, ff. de euict. & l. 2. C. de remiſſ. pig.* Sic
4 † vendens habet beneficium *l. 2. C. de reſcind. vend.*

vt vltra dimidium iuſti precii deceptus cõtractum infringere poſſit, authoritate iudicis intercedente, id quod non permittitur ei, qui duntaxat conſenſit in venditionem, Bald. *in l. rem maioris. C. de reſcind. vendit.* Et † hinc concludunt DD. & inferunt 5 hic, quod prohibitus vendere non prohibeatur vendenti conſentire; ſicut prohibitus manumittere, non prohibetur manumiſſioni conſentire, Dec. *hic nu.* 1. *&* 2. Niſi forte eſſet eadem ratio, quia tunc ille, qui vendere prohibetur, & vendenti conſentire prohiberetur: Sicut pupillus, qui prohibetur vendere & alienare res ſuas, prohibetur etiam vendenti conſentire, quia in vtroque eſt eadem ratio. Namque qua facilitate commoueri poteſt ad vendendum, eadem etiam ad vendenti conſentiendum.

SVMMARIA.

In §. Refertur ad vniuerſos.

1 *Conuenientia § huius.*
2 *Illud negotium cenſetur omnium ſententiis approbatum, quod publicè geſtum eſt.*
3 *Vniuerſitas vel collegium plerunq; conſentire videtur, ſi maior pars conſentit.*
4 *Quod communiter per maiorem aut ſaniorem partem fit, ad vniuerſos eſt referendum.*
5 *Maior pars vocatur, quæ vel numero vincit vel dignitate.*
6 *Regula procedit primo, in iis quæ communia ſunt pluribus, vt ſingulis.*
7 *Secundo, niſi conſtaret de mente diſponentis, quod præciſe conſenſus omnium requireretur.*
Ibid. Vbi præciſe omnium requiritur conſenſus, ibi non ſufficit maior pars.

§. Refertur ad vniuerſos,

Refertur ad vniuerſos, quod publice fit per maiorem partem.

1 Cum † hoc §. continente ſecundam partem huius L. conueniunt *l. quod maior ff. ad municipal. l. ſi nemo. §. hoc edictum. ff de teſtam. tutela. §. ſed ſi ex teſtamento. verſ. quod ſi non fuerit. Inſtit. de ſatiſdat. tutor.* Do-
2 cet † autem, quod illud negocium cenſeatur omnium ſententiis approbatum, quod publice per maiorem partem vniuerſitatis geſtum eſt, hoc eſt, quod actus, à maiore parte populi factus, ad omnes ſit referendus, & quod actus, per maiorem partem populi celebratus, ab omnibus, ſeu à toto
3 populo, factus cenſeatur. Ratio eſt, quia † negotia uniuerſitatis non poſſunt facile expediri, ſi omnes debent conſentire: quapropter vniuerſitas vel collegium plerumque conſentire dicitur, ſi maior pars conſenſit. Sic idem text. probat *in l. quod maior. ff. ad municipal.* Vbi dicitur, quod maior &c. & hoc ideo, ne paucorum abſentia, ſiue neceſſaria, ſiue fortuita, impediat factum maioris partis, vt, ſi oportet actorem vel Syndicum, per quem communiter quid agitur, dare; non eſt quod à ſingulis municipalibus conſenſus exigatur. Sufficit enim, ſi maior pars conſtituit procuratorem vel Syndicum, *l. 1. §. quibus. & l. nulli permittitur. ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis, &c.* Eodem modo,
4 quod † maior pars curiæ facit in Reipublicæ commodum & vtilitatem, pro eo habetur, ac ſi omnes id egiſſent. Siquidem id, quod communiter per maio-

maiorem aut ſeniorem partem fit, ad vniuerſos eſt referendum, *l. quod maior, ff. ad municipal. l. nemo. §. hoc edictum. ff. de teſtam. tutela.* Maiorem † autem partem vocamus, quæ vel numero vincit, vel dignitate. Numero: vt, ſi plures ſunt, qui conſentiunt in aliquid, quam qui diſſentiunt, vt factum eſt in plebiſcitorum; item Senatuſconſultorum latione vel rogatione. In illis enim maior pars populi quicquid conſtituebat, id ad omnes referebatur. Dignitate, quod à dignioribus factum eſt: Veluti, quod à ſenatoribus vel principe geſtum eſt, in quem totus populus vniuerſam potentiam contulit. Quicquid enim is tulit, pro lege habitum eſt. *§. ſed & quod princip. Inſtit. de iure naturali.* Procedit † Regula in iis, quæ communia ſunt pluribus, vt vniuerſis: Secus, ſi communia ſunt pluribus vt ſingulis. In illis enim omnium conſenſus requiritur, vt *in l. cuius effectus omnibus prodeſt.* 148. *ſupr. hoc tit.* annotatum eſt, Cagn. *his num.* 12. 11. Procedit †, niſi conſtaret de mente diſponentis, quod præciſe conſenſus omnium requireretur. Vbi enim præciſe omnium requiritur conſenſus, non ſufficit maior pars, teſte Decio *hic nu.* 2.

5

6

7

S V M M A R I A.

In §. Abſurdum eſt.

1 *Legatarius non debet eſſe melioris conditionis, nec etiam plus iuris habere in re ſibi legata, quam teſtator haberet, ſi viueret.*

2 *Mares & defunctus ſunt eiuſdem poteſtatis & iuris.*

§. Ab-

qui contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtare poſſit, & quicquid proſit ipſis contrahentibus, & ſucceſſoribus prodeſſe poſſit, explicatus eſt *in l. hæredem. 59 & in l. quod ipſis. 143. ſupr. hoc tit.*

§. Plerumque emptoris.

Plerumque emptoris eadem cauſa debet eſſe circa petendum ac defendendum, quæ fuit authoris.

Hic §. qui docet, quod nemo plus iuris in alium transferre poſſit, quam ipſe habet, & quod emptor non debeat melioris conditionis eſſe, quam venditor; explicatus eſt *in l. nemo plus iuris. & in l. quod ipſis qui ſupr. hoc tit.*

§. Quod cuiq; præſtatur.

Quod cuique præſtatur, inuito non tribuitur.

Hic §. qui docet, quod inuito beneficium non detur, explicatus eſt *in l. inuito. 69. ſupr. hoc tit.*

REGVLA CLVII.

Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, in iis ignoſcitur ſeruis, ſiue dominis, ſiue iis, qui vice dominorum ſunt, velut tutoribus & curatoribus obtemperauerint.

Digitized by Google

EIuſdem Vlp. Iuriſconſulti eſt hæc Regula, deſumpta ex lib. eius 71. ad Edict. habetque tres partes, quarũ prima, quę docet, quod ſeruis & aliis, qui ſub alicuius dominio ſunt, & ad iuſſum dominorum, vel illorum, quibus ſubſunt, crimen committunt, parcatur & ignoſcatur, ſi ſcelera non ſunt atrocia; explicata eſt *in l. velle non creditur. ſupr. hoc tit.*

§. Semper qui dolo.

Semper qui dolo fecit, quo minus haberet, pro eo eſt habendus, ac ſi haberet.

Hic §. qui docet, quod dolo deſinens poſſidere pro poſſeſſore habeatur, explicatus eſt *in l. parem eſſe conditionem. 150. ſupr. hoc tit.*

§. In contractibus.

In contractibus ſucceſſores ex dolo eorum, quibus ſucceſſerunt, non tantum in id, quod ad eos peruenit, verum etiam in ſolidum tenentur: hoc eſt, vt vnuſquiſq; pro ea parte, qua hæres eſt, conueniatur.

Hic §. qui docet, quod hæredes ex dolo defuncti non tantum in id, quod ad eos peruenit, ſed in ſolidum obligentur; explicatus eſt *in l. hoc iure vtimur. in §. in contractibus quibus doli præſtatio. ſupr. hoc tit.*

SVMMARIA.

In L. Creditor qui permittit.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Creditor ius pignoris remittit, ſi eiuſdem alienationi conſentit.*
3 *Indignum eſt, aliquem eo iure vti, quod ſemel contempſit.*
4 *Fallit Regula primo, ſi creditor ſalua pignoris cauſa permittit pignus vendi; tunc enim ius ſuum intemeratum retinet.*
5 *Secundo, in debito. Etſi enim creditor permittens rem ſeu pignus vendi, ius pignoris amittit, non tamen ob id debitum etiam amittit: niſi & cautionis inſtrumentum reddat debitori, quia tum & debitum videtur remiſiſſe.*
6 *Tertio, ſi venditio non valet, tunc enim conſenſus creditori non præiudicat; ſecus, ſi valeret, quia tunc amitteret pignus per conſenſum.*

REGVLA CLVIII.

Creditor, qui permittit rem væníre, pignus dimittit.

1 CAij † Iuriſconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 26. ad Edict. prouinciale, & conueniunt cum ea *l.4.§.ſi in venditione.l.ſicut.§.ſi voluntate.ff.quibus modis pig.vel hypothec. l.fin. C. de remiſſ.pig.* Docet
2 † autem breuiter, quod creditor ius pignoris remittat, ſi eiuſdem alienationi conſentit. Nam ſi creditor, cui maioris ſecuritatis & cautionis gratia pignus ſuppoſitum eſt, patitur debitorem pignus vendere, cum optime prohibere poſſit, videtur conſenſiſſe in pignoris alienationem, & ius ſuum, quod habuit in pignore, remiſiſſe, vt probatur *hic, & in l.pen.C.de pact.* Vt ſi Pamphilus, cui ager Tuſcu-

lanus

lanus oppignoratus eſt, permittit illum alienari vel vendi, cum venditionem optime prohibere poſſet, quia in hanc pignoris venditionem & alienationem conſentit, ius pignoris ſolutum eſſe creditur. Idem probamus, ſi permitteret, vt debitum agrum permutaret, donaret, vt dotem conferret vel legaret; pignoris enim ius, vt liberatum, amplius non habebit, *l. ſi debitor § ſi in venditione & l. ſi re corporali. §. venditionis. ff. quibus modis pig. vel hyp. ſol.* Et † hoc adeo verum eſt, vt etiamſi pignus ſit alienatum rurſus, legitimo modo, puta vel ex legati, vel donationis cauſa, vel alia, reuertatur ad priorem dominum, tamen pignus creditor vendicare non poſſit, cum indignum ſit, aliquem eo iure vti, quod ſemel contempſit, *l. ſolida. C. de remiſſ. pig.* Fallit I. ſi † creditor ſalua pignoris cauſa permittit pignus vendi, ſicut paſſim fieri ſolet, tunc enim ius ſuum intemeratum retinet, Dec. *hic nu. 1. verſ. 2. regula limitatur.* Cag. *nu. 2.* II. Fallit † in debito. Etſi enim creditor permittens rem ſeu pignus vendi, ius pignoris amittit, non tamen ob id debitum etiam amittit, niſi & cautionis inſtrumentum reddat debitori, quia tunc & debitum videtur remiſiſſe, *l. poſt pignus. ff. de pact.* Dec. *hic nu. 3.* III. Fallit † ſi venditio non valet; tunc enim conſenſus creditori nihil præiudicat, ſecus, ſi valeret, quia tunc amitteret pignus per conſenſum, Dec. *hic nu. 2.*

3

4

5

6

SVMMARIA.

In L. Non vt ex pluribus.

1 *Origo & conuenientia legis.*

2 *Vna & eadem res non poteſt eſſe noſtra ex pluribus cauſis.*

3 *Aliud eſt, eſſe noſtrum, aliud, ex obligatione deberi.*

4 *Quod ſemel meum eſt, amplius meum effici nequit.*

5 *Regula procedit in cauſis, eodem tempore concurrentibus; ſecus in ſucceſſiuis.*

6 *Fallit, ſi cauſa, ex quibus res debetur, ſunt contraria; quia tunc altera alteram tollit.*

7 *Secundo fallit, ſi cauſa eſt inualida.*

REGVLA CLIX.

Non vt ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrum eſſe.

1 PAuli Iuriſconſulti † eſt hæc L. deſumpta ex lib. eius 70. ad Edict. & conueniunt cum ea l. 3. §. *ex pluribus cauſis. ff de acquir. poſſ. l. & an eadem. §.*
2 *actionis. ff. de execut. rei iud.* Docet † autem, quod vna & eadem res non poſſit eſſe noſtra ex pluribus cauſis, ſicut nobis vna & eadem res ex pluribus cauſis deberi poteſt. Hoc eſt: ex pluribus quidem cauſis vna & eadem res deberi nobis poteſt: Dominium autem eius rei ex pluribus cauſis nobis ac-
3 quiri non poteſt. Ratio † prima eſt, quia aliud eſt, eſſe noſtrum, ſeu in dominio noſtro eſſe, ſiquidem id attingit ſubſtantiam rei, & aliud nobis ex obligatione aliqua deberi, quod attingit tantum accidens. Sicut vnius igitur rei vnicum tantum eſt eſſe: Ita non poteſt eadem res niſi ſemel & ex vna cauſa noſtra eſſe, *l. non eſt nouum. ff. de act. empt. & vendit.* Econtra vero, vt vnius rei poſſunt plura eſſe accidentia, ita ſæpius poteſt vna & eadem res in obligatione eſſe, & ex pluribus cauſis deberi, argumento

mento *l. vlt.* C. *de nouat.* & *l. cum filiusfamil.* §. *variis. ff. de leg.* 2. II. Ratio †, quia ſi dominium acquiſitum fuit ex vna cauſa, vlterius ex alia acquiri non poteſt. Ratio rationis eſt, quia, quod ſemel meum eſt, amplius meum effici nequit, §. *ſit itaque. Inſtit. de action.* Vt ſi res aliena mihi legata eſt, eamque poſtea emo, debebitur mihi primo ex cauſa legati, ſecundo ex cauſa emptionis, & ſic ex pluribus, ratione quarum cauſarum vtramque actionem etiam intendere poſſum, §. *ſi res aliena. Inſtit. de legat.* Dominium autem rei non niſi ex vna cauſa poteſt acquiri, vt puta vel vſucapione, traditione, & ſimilibus, *l. traditionibus.* C. *de pact.* Procedit † Regula in cauſis, eodem tempore concurrentibus: ſecus in ſucceſſiuis, Cagn. *hic. num.* 1. Decius *num.* 2. II. Fallit †, ſi cauſæ, ex quibus res debeatur, ſunt contrariæ, quia tunc altera alteram tollit, nec ex pluribus etiam res nobis deberi poteſt contraria, ſiquidem in vno ſubiecto ſtare non poſſunt, Dec. *hic num.* 2. III. Fallit †, ſi cauſa eſt inualida, quia ex illa deberi nihil poteſt, Dec. *hic num.* 2. *verſ.* 2. *limitatur.* Videatur & gloſſ. de hac Reg. *in l.* 3. §. *ex pluribus. in verſ. nec enim ſicut. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.*

4 (margin, line 2); 5 (margin, "Procedit"); 6 (margin, "Fallit"); 7 (margin, "III. Fallit")

SVMMARIA.

In L. Aliud eſt vendere.

1 *Origo & conuenientia Legis, eiuſdemq; partitio.*
2 *Non eſt vnum & idem, vendere rem, & alii, vendenti eandem rem, conſentire.*

3 *Qui rem vendit, etiamſi ſpecialiter euictionem non promittit, nihilominus tamen re euicta tenetur, quia eſt de natura emptionis & venditionis, vt venditor euictionem præſtet.*

4 *Vendens habet beneficium l. 2. C. de reſcind. vendit. vt vltra dimidium iuſti precii deceptus contractum infringere poſſit authoritate iudicis intercedente, id quod non permittitur ei, qui duntaxat conſenſit in venditionem.*

5 *Prohibitus vendere non prohibetur vendenti conſentire.*

REGVLA CLX.

Aliud eſt vendere, aliud eſt vendenti conſentire.

1 VLpian. Iuriſconſulti † eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 76. ad Edict. habetq; tres partes, cum quarum prima conueniunt *l. 2. ff. de manumiſſ. vindi-*
2 *cta. l. ſi poteſt. & l. 2. C. de reſcind. vend.* Docet † autem, quod aliud ſit vendere, aliud vendenti conſentire, & quod non ſit vnum & idem, vendere rem, & alii, vendenti eandem rem, conſentire. Etſi enim facere & conſentire in plærisque iuris partibus eadem conſideratione habentur, tamen in vendente &
3 vendenti conſentiente diuerſum eſt. Vt, qui † rem vendit, etiamſi ſpecialiter euictionem non promittit, nihilominus tamen re euicta venditor tenetur, quia eſt de natura emptionis & venditionis, vt venditor euictionem præſtet, *l. non dubitatur. C. de euict. l. ſi in venditione. ff. eod.* At vero in conſentiente vendenti hoc non procedit. Is enim qui conſentit in venditionem, non ſtatim de euictione tenetur, niſi etiam partem precii accepiſſet, Bald. *in l. quidam ex parte dimidia, ff. de euict. & l. 2. C. de remiſſ. pig.* Sic
4 † vendens habet beneficium *l. 2. C. de reſcind. vend.* vt vl-

vt vltra dimidium iuſti precii deceptus cōtractum
infringere poſſit, authoritate iudicis intercedente,
id quod non permittitur ei, qui duntaxat conſen-
ſit in venditionem, Bald. *in l. rem maioris. C. de re-*
ſcind. vendit. Et † hinc concludunt DD. & inferunt 5
hic, quod prohibitus vendere non prohibeatur
vendenti conſentire; ſicut prohibitus manumitte-
re, non prohibetur manumiſſioni conſentire, Dec.
hic nu. 1. & 2. Niſi forte eſſet eadem ratio, quia tunc
ille, qui vendere prohibetur, & vendenti conſen-
tire prohiberetur: Sicut pupillus, qui prohibetur
vendere & alienare res ſuas, prohibetur etiam ven-
denti conſentire, quia in vtroque eſt eadem ratio,
Nam qua facilitate commoueri poteſt ad venden-
dum, eadem etiam ad vendenti conſentiendum.

SVMMARIA.

In §. Refertur ad vniuerſos.

1 *Conuenientia § huius.*
2 *Illud negotium cenſetur omnium ſententiis approbatum, quod publicè geſtum eſt.*
3 *Vniuerſitas vel collegium plerunq; conſentire videtur, ſi maior pars conſentit.*
4 *Quod communiter per maiorem aut ſaniorem partem fit, ad vniuerſos eſt referendum.*
5 *Maior pars vocatur, quæ vel numero vincit vel dignitate.*
6 *Regula procedit primo, in ijs quæ communia ſunt pluribus, vt ſingulis.*
7 *Secundo, niſi conſtaret de mente diſponentis, quod præciſe conſenſus omnium requireretur.*
Ibid. *Vbi præciſe omnium requiritur conſenſus, ibi non ſufficit maior pars.*

§. Refertur ad vniuerſos,

Refertur ad vniuerſos, quod publice fit per maiorem partem.

1 Cum † hoc §. continente ſecundam partem huius L. conueniunt *l. quod maior ff. ad municipal. l. ſi nemo. §. hoc edictum. ff de teſtam. tutela. §. ſed ſi ex teſtamento. verſ. quod ſi non fuerit. Inſtit. de ſatiſdat. tutor.* Do-
2 cet † autem, quod illud negocium cenſeatur omnium ſententiis approbatum, quod publice per maiorem partem vniuerſitatis geſtum eſt, hoc eſt, quod actus, à maiore parte populi factus, ad omnes ſit referendus, & quod actus, per maiorem partem populi celebratus, ab omnibus, ſeu à toto
3 populo, factus cenſeatur. Ratio eſt, quia † negotia vniuerſitatis non poſſunt facile expediri, ſi omnes debent conſentire: quapropter vniuerſitas vel collegium plerumque conſentire dicitur, ſi maior pars conſenſit. Sic idem text. probat *in l. quod maior. ff. ad municipal.* Vbi dicitur, quod maior &c. & hoc ideo, ne paucorum abſentia, ſiue neceſſaria, ſiue fortuita, impediat factum maioris partis, vt, ſi oportet actorem vel Syndicum, per quem communiter quid agitur, dare; non eſt quod à ſingulis municipalibus conſenſus exigatur. Sufficit enim, ſi maior pars conſtituit procuratorem vel Syndicum, *l. 1. §. quibus. & l. nulli permittitur. ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis, &c.* Eodem modo,
4 quod † maior pars curiæ facit in Reipublicæ commodum & vtilitatem, pro eo habetur, ac ſi omnes id egiſſent. Siquidem id, quod communiter per

maio-

maiorem aut ſeniorem partem fit, ad vniuerſos eſt referendum, *l. quod maior. ff. ad municipal. l. nemo. §. hoc edictum. ff. de teſtam. tutela.* Maiorem † autem partem vocamus, quæ vel numero vincit, vel dignitate. Numero: vt, ſi plures ſunt, qui conſentiunt in aliquid, quam qui diſſentiunt, vt factum eſt in plebiſcitorum; item Senatuſconſultorum latione vel rogatione. In illis enim maior pars populi quicquid conſtituebat, id ad omnes referebatur. Dignitate, quod à dignioribus factum eſt: Veluti, quod à ſenatoribus vel principe geſtum eſt, in quem totus populus vniuerſam potentiam contulit. Quicquid enim is tulit, pro lege habitum eſt, *§. ſed & quod princip. Inſtit. de iure naturali.* Procedit † Regula in iis, quæ communia ſunt pluribus, vt vniuerſis: Secus, ſi communia ſunt pluribus vt ſingulis. In illis enim omnium conſenſus requiritur, vt *in l. cuius effectus omnibus prodeſt.* 148. *ſupr. hoc tit.* annotatum eſt. Cagn. *his num.* 12. II. Procedit †, niſi conſtaret de mente diſponentis, quod præciſe conſenſus omnium requireretur. Vbi enim præciſe omnium requiritur conſenſus, non ſufficit maior pars, teſte Decio *hic nu.* 2.

5 6 7

S V M M A R I A.

In §. Abſurdum eſt.

1 *Legatarius non debet eſſe melioris conditionis, nec etiam plus iuris habere in re ſibi legata, quam teſtator haberet, ſi viueret.*

2 *Hæres & defunctus ſunt eiuſdem poteſtatis & iuris.*

§. Ab-

Digitized by Google

§. Abſurdum eſt.

Abſurdum eſt, plus iuris habere eum, cui legatus ſit fundus, quam hæredem, aut ipſum teſtatorem, ſi viueret.

1 Hic §. docet, quod legatarius † non debeat eſſe melioris conditionis, nec etiam plus iuris habere in re ſibi legata, quam teſtator haberet, ſi vi-
2 ueret, idque propterea, quia hæres † & defunctus ſunt eiuſdem poteſtatis & iuris. Explicatus eſt autem *in l. nemo plus iuris. 54. & in l. in hæredem. 59. & in l. nemo plus commodi. 120. & in l. quod ipſis qui contraxerunt. 143. & in l. inuitus. §. cum quis in alterius. 156. ſupr. hoc tit.*

SVMMARIA.

In L. In iure ciuili.

1 *Origo & conuenientia huius legis.*
2 *Quotieſcunque aliquid ſub conditione debemus, & nos ipſimet, quorum intereſt, conditionem non adimpleri, in cauſa ſumus, quo minus adimpleatur conditio, perinde haberi debet, ac ſi impleta fuiſſet conditio.*
3 *Regula procedit primo, in libertatibus.*
4 *Secundo, in legatis.*
5 *Tertio, in inſtitutionibus hæredum.*
6 *Quarto, in ſtipulationibus aliisque contractibus.*
7 *Fallit primo, ſi conditio impeditur ab alio, non ab eo, cuius intereſt, eam non adimpleri.*
8 *Secundo, ſi natura conditionis talis eſt, vt facile impediri poſſit.*

REGV-

REGVLA CLXI.

In iure ciuili receptum eſt, quoties per eum, cuius intereſt conditionem non impleri, fiat, quo minus impleatur, perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet: quod ad libertates & legata, & ad hæredum inſtitutiones perducitur: quibus exemplis ſtipulationes quoq; committuntur: cum per compromiſſorem factum eſſet, quo minus ſtipulator conditioni pareret.

VLpian. Iuriſconſulti † eſt hæc l. deſumpta ex 1
lib. eius 77. ad Edictum. & cõueniunt cum ea, *c. cũ ſtat per eum. de R. I. in 6. l. Meuia. ff de annuis legat. l. ſi ita hæc. ff. de condit. inſtit. l. iure ciuili. ff. de condit. & demonſtr.* Docet † autem, quod quotieſcunq; nos ali- 2
quid ſub conditione debemus, & nos ipſimet, quorum intereſt, conditionem non adimpleri, in cauſa ſumus, quo minus adimpleatur conditio, perinde haberi debeat, ac ſi impleta fuiſſet conditio. Procedit † Reg. I. in libertatibus, vt probatur 3
hic in verbis: *quod ad libertatem.* Nam ſi cui libertas relicta eſt ſub conditione, ſi 10. Titio dederit, & is, cuius intereſt libertatem non tribui, in cauſa eſt, quo minus conditio adimpleatur, perinde eſt, ac ſi adimpleta fuiſſet. II. Procedit † in legatis, vt pro- 4
batur hic in verbis, *& legata,* veluti ſi teſtator mihi legat fundum ſub conditione, ſi 10. dedero hęredi, & hæres ſibi oblatos 10. florenos recipere nõ vult, cum

cum optime poſſit, conditio pro completa haberi
5 dicitur, *l. fin. C. de condit. inſert.* III. Procedit † in inſtitutionibus hæredum, vt probatur hic in verbis, *& ad hæredum inſtitutiones*, vt ſi teſtator me inſtitueret hæredem ſub conditione hac, ſi Titio 10. dederis, eris meus hæres, & per Titium ſtat, quo minus recipiat 10. habetur conditio pro impleta,
6 *l. ſi ita hæres. ff. de condit. inſtit.* IIII. Procedit † in ſtipulationibus, aliiſque contractibus, vt probatur hic in verbo; *quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur*, vt ſi promitto tibi 10. ſi aſcendero capitolium, & per te ſtat, quo minus aſcendam, quia forte me impedis, habetur conditio pro impleta, *l. in executione. §. fin. ff. de V. O. & l. Iure ciuili. ff. de con-*
7 *dit. & demonſt.* Fallit † regula, primum, ſi conditio impeditur ab alio, non ab eo cuius intereſt, eam non adimpleri, Dec. *hic. num. 3. verſ. ſecundo re-*
8 *gula procedit.* II. Fallit †, ſi natura conditionis talis eſt, vt facile impediri poſſit, Dec. *hic num. 6.* quem de reliquis huius regulæ fallentiis videre poteſtis.

Regvla CLXII.

Quæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi.

Hæc L. quæ docet, quod ea, quæ propter neceſſitatem recepta, conſtituta & inducta ſunt, vel quod ea, quæ contra iuris rationem recepta ſunt, non debeant ad alios caſus extendi, vel ad conſequentiam trahi, explicata eſt *in l. quod contra iuris rationem. 141. ſupr. hoc tit.*

Svmma.

SVMMARIA.

In L. Cuius eſt donandi.

1 *Origo & conuenientia legis.*
2 *Qui poteſtatem habet donandi, habet etiam poteſtatem vendendi & concedendi.*
3 *Plus ſemper in ſe contine minus.*
Ibid. Cui licet quod plus eſt, vtiq; etiam licebit, quod minus eſt.
4 *Omnis qui habet poteſtatem donandi, habet etiã poteſtatem vendendi vel concedendi rem, non autem v ce verſa.*
5 *Regula procedit, ſubſiſtente eadem ratione: ſecus, ſi diuerſa eſt ratio.*
6 *Fallit in decurionibus, quibus datur ius donandi, ſed non vendendi.*

REGVLA CLXIII.

Cuius eſt donandi, eidem & vendendi & concedendi ius eſt.

VLpiani Iuriſconſulti † eſt hæc L. deſumpta 1
ex lib. eius 55. ad Edict. & conueniunt cum ea *l. non debet.* 22. *ſupr. hoc tit. l. actionum genera. ff. de act. & obl. c. plus in ſe. & c. cui licet, quod plus eſt. de R. I. in 6. l. non debet cui plus. ſupr. hoc tit.* Docet † autem, quod 2
is qui donare poteſt rem aliquam, ſeu qui poteſtatem habet donandi, habeat etiam poteſtatem vendendi & concedendi rem. Ratio eſt, quia plus † 3
ſemper in ſe continet minus, *c. plus in ſe, de R. I. in 6. & l. in eo quod plus. ſupr. hoc tit. noſtro.* II. Quia, cui licet quod plus eſt, vtique etiam licebit, quod minus eſt, *l. non dicitur. ſupr. hoc tit. & cap. cui licet. de R. I. in 6.* Plus autem eſt donare, quod profuſionem quandam patrimonii continet, *l. filius-familias.*

familias.ff.de donat. quam vendere, quod eſt admini‑ſtrationis & vtilitatis propter precium; *l. actionum genera.ff.de act.& oblig.* Plus etiam donare eſt, quam concedere, quod eſt amicitiæ, vt in commodato, precario, &c. *l.1.ff.de precario.* Et ſic Iuriſconſulto videtur verbum *donare* maiorem vim habere alie‑nandi, quam vel *vendere* vel *concedere*. Ea ſiquidem mente quis donat, vt ſtatim illud ipſum accipientis fieri velit, nec vllo caſu ad ſe reuerti; hoc qui poteſt facere, ille & vendere & concedere non prohibe‑tur, in quibus interdum alienatio non tam abſo‑luta eſt. Vendimus enim nonnunquam pacto, vt precio reddito ad nos res iterum reuertatur. Sic ſi concedimus alteri rem, volumus, vt ſtatuto & de‑terminato die ad nos iterum reuertatur: Verum qui donat, nullam amplius redhibendi ſibi conci‑pere vlla ratione poteſt ſpem, niſi in donatione mortis cauſa, quæ propterea donatio proprie non eſt, *vt in prin. Inſt. de donat.* probatur, *& in l.1.ff.de do‑*
4 *nat.mort.cauſa.* Hinc † eſt, quod omnis, qui habet poteſtatem donandi, habeat etiam poteſtatem vendendi vel concedendi rem, non autem vice‑uerſa. Nam qui habet poteſtatem vendendi vel concedendi rem, non propterea ſtatim etiam ha‑bet poteſtatem donandi, vt; Tutor pupillorum ſuorum bona vendere vel concedere alteri poteſt; non autem donare, *l.7.§.1.& l.22.ff.de admin.tutor.* Idem eſt & in curatore, præſide & aliis id genus, qui cenſentur quidem domini, & vendere res poſſunt, non autem donare, quia adminiſtrare res debent, non autem dilapidare, *l. interdum. 2. §. qui tutelam.*
5 *ff.de furtis.* Procedit † regula, ſubſiſtente eadem ra‑tione: ſecus; ſi diuerſa eſt ratio. Nam ſi ſpecialis
cauſa
Digitized by Google

cauſa ſubeſt, propter quod aliud obſeruamus, regula noſtra non procedit. Vt, emphyteuta licet non poſſit bona ſua vendere, domino ignorante, & inſalutato, donare tamen poteſt, quia facilius ad vendendum propter lucrum inducitur, quàm ad donandum, *l. fin. C. de Iure Emphyt.* II. Fallit † in decurionibus, quibus datur ius donandi, ſed non vendendi. Apud decuriones enim prudentes non præſumitur eſſe periculum, vt donando bona ſua dilapident, *l. cum de indebito. in princ. ff. de condict. indeb. & l. fin. C. de prædiis decurionum, lib.* 10. 6

REGVLA CLXIV.

Pœnalia iudicia ſemel accepta, in hæredes transmitti poſſunt.

HÆc Regula, quæ docet, quod pœnales actiones non tranſeant in heredem, niſi lis cum defuncto ſit conteſtata: inquit enim Paulus Juriſconſultus: pœnalia Judicia, id eſt, pœnales actiones, ſemel accepta, id eſt, per litis conteſtationem cum defuncto in iudicio factam in hæredes transmitti poſſunt, declarata eſt *in l. ſicuti pœna* 38. *& in l. omnes actiones* 139. *& in l. pupillum* 111. *§. in hæredem ſupr. hoc tit. noſtro.*

SUMMARIA.

In L. Cum quis poſſit.

1 *Origo & conuenientia Legis.*

2 *Is, qui poteſt alienare, habet etiam poteſtatem conſentiendi alienationi.*

3 *Conſentire quot modis dicatur.*

4 *Plus eſt donare, quàm donationi conſentire.*

Ibid. Cui plus denegatum, illi & minus denegatum videtur.

5 *Regula fallit primo, quando dies ſoluendi nondum venit, quia tunc creditor rem ſibi oppignoratam vendere non poteſt, & tamen poteſt conſentire in venditionem.*

6 *Secundo, in minore 25. annis, qui non poteſt ſeruum manumittere, & tamen poteſt conſentire debitori, manumittere volenti ſibi obligatum.*

REGULA CLXV.

Cum quis poſſit alienare, poterit & cōſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur: probandum erit, nec ſi in donationis cauſa conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam.

1 VLpiani JCti † eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 53. ad Edict. & conueniunt cum ea *l. aliud eſt vendere. ſup. h. t. l. ſicut re corporali. §. ſi voluntate. ff. quibus modis pig. vel hypothec. ſol. l. 2. & l. ſi poteſt. in fine. ff. de ma-*
2 *nu vind.* Docet † autem duo: primum, quod is, qui poteſt alienare, id eſt, poteſtatem alienandi rem habet, habeat etiam poteſtatem conſentiendi alienationi. Ratio eſt, quia plus eſt, habere poteſtatem alienandi, quàm alienationi conſentiendi. Qui igitur plus habet, id eſt, alienationis poteſtatem, habebit vtique etiam minus, id eſt, conſenſum in alienationem, vt videre eſt in creditore. Nam ſi creditor ex pacto poteſt vendere pignus, poteſt etiam idem conſentire, vt debitor illud alienet, *l. ſicut re corporali. §. ſi voluntate. ff. quibus modis pig. vel hypothec. ſol.* Eodem modo ſi dominus emphyteuſin vel feudum bona fide concedere alicui poteſt, poteſt etiam idem dominus in illam

con-

conceſſionem, fortè à ſuis conſiliariis factam, conſentire, *toto tit. C. de iur. emphy. & toto tit. per quos fiat inueſtit. in vſibus feudorum lib. 1.* Siue enim ipſe rem ſuam alienet, ſiue id fieri patiatur, quo ad negocii effectum, perinde eſt. Conſentire † autem quis bifariam dicitur in alienationem rerum ſuarum, aut vigore mandati, quando quis iubet rem ſuam alienari vel vendi, & per alium facit, quod per ſe ipſum facere poſſit, *l. 1. ff. de precario,* aut ratificatione, veluti ſi negotium alienationis celebratum eſt, & is poſtea illud ipſum ratificat. Ratihabitio enim ea loco mandati habetur, nec aliter is ex ea ratificatione obligatur, quam ſi ipſe alienaſſet rem, quia conſenſit in alienationem, quam & ipſe facere potuiſſet: Cum igitur potuiſſet ipſe alienare, multò magis alienationi conſentire. At qui alienandi poteſtatem non habet, non poteſt etiam alienationi conſentire, ſed videtur ab omnibus illis, quæ alienationis verbo continentur, remotus, *l ſancimus. C. de reb. alien. non alien. l. alienationis verbum. de V. S.* 3

Secundo docet, † quod is, qui donare nequit, donationi etiam conſentire non poſſit. Plus enim eſt donare, quam donationi conſentire. Cui igitur plus denegatur, illi & minus denegatum videtur. 4

Fallit † Reg. I. *ſecundum Accurſ. hic,* quando dies ſoluendi nondum venit, quia tunc creditor rem ſibi oppignoratam vendere non poteſt, & tamen poteſt conſentire in venditionem, ſi forte debitor vult vendere & creditori ſatisfacere. 5

II. Fallit † in minore 25. annis, qui non poteſt ſeruum manumittere & tamen poteſt conſentire debitori, manumittere volenti ſibi obligatum, *l. ſi poteſt. §. fin. ff. de manumiſſ. vindict.* 6

Regvla CLXVI.

Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

HÆc Regula, quæ docet, quod nemo admittatur ad defenſionem alterius, etiamſi locuples ſit, ſine datione, ſeu quod nemo ita locuples habeatur, vt ſine ſatisdatione iudicatum ſolui ad defenſionem alterius admittatur, explicata eſt *in l. in eo quod plus.* 110. *§. nemo alienæ rei. ſupr. hoc tit.*

Summaria.

In L. Non videntur data.

1 *Origo, partitio & conuenientia legis.*
2 *Ea non videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.*
3 *Dare hic ſignificat Dominium transferre.*
4 *Regula procedit primò, in ſtipulationibus.*
5 *Secundò, in emptionibus.*
6 *Tertiò, in donationibus ſimplicibus, quas inter viuos vocamus.*
7 *Verbum Dare quomodo improprie accipiatur.*

Regvla CLXVII.

Non videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.

1 PAuli Juriſconſulti † eſt hæc lex, deſumpta ex libro eius 49. ad Edict. habetque duas partes, cũ quarum prima conueniunt *l. qui res ſuas. in princ. ff. de legat.*

Digitized by Google

legat.1.l.vbi non apparet.§.fin.ff.de V.O.l.fin.ff.de cõdict. cauſa data.l.traditio.ff.de acquir.rer.dom. Docet † autem, quod ea non videantur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt, id eſt, quod res non videantur nobis datæ, quarum dominium non ſtatim traditionis tempore in nos translatum eſt, ita vt amplius auferri à nobis non poſſit. *Dare* † enim propriè hic ſignificat *dominium transferre*, & facere rem accipientis irrevocabiliter, *l. verbum reddendi.ff.de V.S.* Procedit † Regula in ſtipulationibus. Nam qui ſtipulatus eſt fundum Cornelianum ſibi dari, non cogitur eſſe contentus, ſi quoquo modo ſibi tradatur, quia fundus datus non videtur, ſed oportet, vt omnimodo dominium efficiatur ſtipulatoris. Non enim ſatis eſt, traditionem eſſe factam, quæ etiam ſine dominii translatione poteſt fieri, ſed oportet vt fundus accipientis fiat, *l.traditio.ff.de acquir.rer.dom.l. ubi autem non apparet.§. hac ſtipulatio.ff.de V.O.* II. Procedit † in emptionibus. Qui enim rem ſuam vendidit & quoquo modo tradidit, non poteſt dici dediſſe, cum emptoris non fuerit eo tempore, quo tradita eſt, ſiquidem non plus iuris in alium transferre potuit, quam ipſe habuit, ſecundum *l.nemo plus iuris.ſupr. hoc tit.* III.Procedit † in donationibus ſimplicibus, quæ ex liberalitate & munificentia quadam proficiſcuntur, quas inter vivos vocamus. Sic enim dat vel donat aliquis, vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti, *§.ſunt & aliæ donationes. Inſt.de donat.* Cæterum † quod verbum *dare* nõnunquam impropriè vſurpatur, modo propter perſonæ qualitatem, quæ dominium transferre non poteſt, *l. Mævius.ff.de condit. & demonſt.* modo ob con-

Margin numbers (right): 2, 3, 4, 5, 6, 7

tractus naturam, *l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur.* id huic loco non repugnat, quem dedere, hoc eſt, accipientis facere, ſecundum propriam eius naturam intelligi res ipſa docet. Propriè igitur accipitur verbum *dare* & impropriè: Propriè, pro *transferre dominium*: Impropriè, pro *tradere, l. verbum addendi. ff. de V. S. l. Mauius cui fundus. ff. de condit. & demonſt.* Dec. *hic num. 2.*

§. Qui iuſſu.

Qui iuſſu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere: quia parere neceſſe habet.

Hic §. qui docet, quod is pro bonæ fidei poſſeſſore habeatur, qui authore iudice rem poſſidet, vel quod is ſit extra dolum, culpam & malam fidem, qui authoritate iudicis facit, quod facit, cum iudici parere neceſſe habeat, explicatus eſt *in l. qui authore iudice. 137. ſupr. hoc tit.*

Regula CLXVIII.

Capienda occaſio eſt, quæ præbet benignius reſponſum.

Eiusdem Pauli Juriſconſulti eſt hæc lex, deſumpta ex lib. eius 1. ad Plautium, habetque duas partes, quarum prima, quæ docet, quod in dubiis & obſcuris benignior interpretatio accipienda ſit, & quod id, quod minimum eſt, ſpectare debeamus, explicatur *in l. ſemper in obſcuris. 9. l. ſemper in ſtipulationibus. 34. in l. ſemper in dubiis. 56. ſur. hoc tit.*

Vbi

Vbi ſimul diximus, quæ dicantur benigniora, & quid vocemus minimum, tam in contractibus quàm in vltimis voluntatibus, item in delictis & pœnis.

SVMMARIA.

In §. Quod factum eſt.

1 *Conuenientia §. huius.*
2 *Obſcurum & dubium factum ex facientis voluntate, affectione & animo diiudicandum eſt.*
3 *Exemplum Regulæ primum.*
4 *Exemplum ſecundum.*
5 *Veriſimilius dicitur, quod plerunque & vulgo fieri ſolet.*

§. Quod factum eſt.

Quod factum eſt, cum in obſcura ſit, ex affectione cuiusque capit interpretationem.

Conuenit † cum hoc §. *l. in obſcuris. & l. ſemper in obſcuris.* item *l. ſemper in ſtipulat. ſupr. hoc tit. c. inſpicimus. eod. in 6.* Docet † autem quod obſcurum & dubium factum ſit diiudicandum ex facientis voluntate, affectione & animo. In tanta enim rerum ciuilium multitudine & varietate, cum caſus quotidiè oborientes non omnes poſſint includi ſeptis, *l. non omnes. ff. de ll.* neceſſe eſt, vt in quibusdam naturæ varietatem contemplemur & ſuſpiciamus: In quibusdam verò ſolertiæ improbitatem & æmulationis ſtudium. Etſi enim in ambiguis, obſcuris & dubiis modo id, quod eſt veriſimilius, modo id, quod in regione frequentatur & vſitatum eſt, mo-

dò id, quod inter partes actum eſt, modo id quod minimum eſt, ſequi nos oporteat, vt *in l. ſemper in obſcuris.9. & in l.ſemper in ſtipulat.34.ſupr. hoc tit.* demonſtratum eſt, tamen nonnunquam etiam affectionem, voluntatem, & animum eius, qui vel negotium contraxit, vel aliquid fieri decreuit, inſpicere iubemur, & ſic laborandum magis eſt, vt negocia conſiſtant, quam vt pereant, *l. quoties in actio-*
3 *nib.ff.de reb.dub.* Vt qui † rem alienam, quam ſuam eſſe putauit, vel ex legato vel fideicommiſſo uxori aliiue proximæ perſonæ legauit, non facit legatum inutile, quamuis contemplatione alterius perſonæ inutile foret, ſed quia coniunctam perſonam hac beneuolentia demereri voluit. intelligitur ex affectione id feciſſe, vt cui legaturus fuiſſet, etiamſi ſciuiſſet rem alienam eſſe, *l. cum rem alienam.C.de le-*
4 *gat. l.prædia obligata.ff.de fideicommiſ.* Similiter † pater, qui bonorum maternorum vſumfructum habet, ſi dotem filiæ vel donationem ante nuptias filio ſimpliciter & citra adiectionem, ex quibusnam bonis velit, promiſit, videtur eã ex ſuis bonis promiſiſſe, cum patrum ſit officium, dotem vel ante nuptias donationem liberis ſuis ex liberalitate quadam conſtituere, *l.pater dotem. C. de dotis promiſ.* Quæ omnia, cum in obſcuro ſint, ad affectionem interpretamur. Refertur hæc l. ad R. *ſemper in ſtipulat. 34. ſupr. hoc. tit.* vbi dicitur, quod in obſcuris ſemper inſpicere ſoleamus, quod eſt veriſimilius.
5 Veriſimilius † autem dicitur primum, quod plærumque & vulgo fieri ſolet: ſecundo refertur veri ſimilitudo etiam ad affectionem autoris, hoc eſt, ad ea, quæ plærunq; in huiuſmodi rebus ſolitus eſt facere author, vt *in l.in ambuiguis orationibus.ſupr.hoc tit.*

Digitized by Google

tit. idem probatur, cum dicitur; *In ambiguis oratio-nibus.* Item ad alia multa refertur veriſimilitudo, de quibus omnibus ſupr. *in R. ſemper in obſcuris*, dictum eſt.

SVMMARIA.
In L. Is damnum dat.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Non tantum is intelligitur damnum dare, qui propriis manibus damnum dat, ſed & qui mandat aliis, vt damnum hominibus inferant.*
3 *Regula procedit primò, quoad effectum iuris, non autem quoad veritatem.*
4 *Secundò, vbi induſtria perſonæ non eligitur; ſecus ſi eligitur.*

REGVLA CLXIX.

Is damnum dat, qui iubet damnum dare.

EIusdem † Pauli Juriſconſulti eſt hæc l. deſum- 1
pta ex lib. eius 2. ad Plautium, habetque tres partes, cum quarum prima conueniunt *l.* 1. §. *deieciſſe. ff. de vi & vi ar. l. non ideo minus. C. de accuſat. l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. l. hoc iure vtimur. §. deiicit & qui mandat. ſupr. hoc tit.* Docet † autem, quod 2
non tantum is intelligatur damnum dare vel iniuriam alteri inferre, qui propriis manibus damnum dat vel iniuriam infert, ſed & is, qui mandat aliis, vt damnum hominibus inferant. Ratio eſt, quia parum refert, vtrum quis propriis manibus & in ſua perſona quid faciat, an verò per alium id fieri curet, præſertim cum quis per ſeipſum feciſſe putetur, qui per alium fecit, *c. qui fecit per alium. de R. I.*

in 6. & ibi Dynus. Exemplum huius regulæ habuimus *in l. hoc iure vtimur. §. deiicit & qui mandat. ſup. h. t.* vbi dictum eſt, quod non tantum is dicatur aliquẽ vi deiicere è ſua poſſeſſione, qui propriis manibus deiicit, ſed & qui mandauit deiectionem aliis, ſicut idem etiam probatur *in l. 1. § deieciſſe. ff. de vi & vi arm.* Quare non tantum is, qui deiecit propriis manibus, interdicto vnde vi tenetur, ſed & is, qui iuſſit vel mandauit aliis eiectionem, vt *in d. l. 1. § deieciſſe* probatur. Aliud exemplum habemus *in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur.* Vbi dicitur, quod non tantum is iniuriam feciſſe dicatur, qui propriis manibus, aut proprio ore eam intulit, ſed & is qui mandauit fieri, ob quod etiam vterque iniuriarum actione tenetur, vt *in d. l. non ſolum. §. ſi mandato* pro-
3 batur. Procedit † Regula, quo ad effectum iuris, non autem quo ad veritatem. Nam in rei veritate impoſſibile eſt vnius factum dici alterius, Dec. hic
4 *n. 2.* Dyn. *in c. qui facit, n. 7.* Secundò † procedit, vbi induſtria perſonæ non eligitur, ſecus, vbi eligitur, Dyn. *in 6. de R. I. in 6. nu. 5. & 6.*

SUMMARIA.

In §. Eius verò nulla.

1 *Ei nulla culpa imputari poteſt, licet deliquerit, qui neceſſe habuit parere.*

2 *Illi, qui ſunt ſub alterius dominio, vt liberi, ſerui, pupilli, &c. ſi leuia delicta ad iuſſum eorum, quibus ſubſunt, perpetrant, excuſantur.*

§. Eius verò nulla.

Eius verò nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit.

Hic

Digitized by Google

Hic §. qui docet, quod † ei nulla culpa imputari poſſit, licet peccauerit, deliquerit, vel aliud quid fecerit, qui neceſſe habuit parere; declaratus eſt *in l. velle non creditur. & in l. ad te. 157. ſup. h. t.* Vbi diximus, quod † illi, qui ſunt ſub alterius dominio & poteſtate, vt liberi, ſerui, pupilli, & alii, ſi leuia delicta ad iuſſum & mandatum eorum, quibus ſubſunt, perpetrant, excuſentur, & quod illis ignoſcatur & condonetur, id quod hic aliis verbis addit IC tus noſter inquiens: *Eius nulla eſt culpa, cui neceſſe eſt parere*, quaſi diceret, qui cogitur obtemperare dominis, patribus vel tutoribus, is extra culpam eſt, ſi aliquid ipſis mandantibus & iubentibus facit: quod verum eſt in leuioribus delictis, non autem in atrocioribus, vt & ſupra monuimus, & apertè declarat *tex. in l. ad ea, quæ non atrocitatem. ſupr. hoc tit.* 1 2

SUMMARIA.

In §. Quod pendet.

1 *Concordantia §. huius.*

2 *Ea non habentur perfecta & abſoluta, quæ per conditionem pendent & ſuſpenduntur.*

3 *Pendentia à futuro euentu habentur incerta.*

4 *Regula procedit in diſpoſitione conditionali, quia ea ante conditionis euentum incerta eſt & dicitur, non autem in pura.*

§. Quod pendet.

Quod pendet, non eſt pro eo, quaſi ſit.

Cum † hoc §. conueniunt, *l. cedere diem. ff. de V. S.* 1
§. omnis ſtipulatio. & §. ſub. conditione. Inſtit. de V. O.

l. 1.

l.1.§ ſi pendeat.ff.adSenatusconſultum Maced.l.9.ff.ſi cert.
2 *pet.* Docet † autem, quod ea non habeantur perfecta & abſoluta, ita vt obligationem & actionem producant, quæ per conditionem pendent & ſu-
3 ſpenduntur. Pendentia † enim à futuro euentu habentur incerta, non pura & præſentia, cum de futuris contingentibus non ſit determinata veritas, nec vlla obligatio, vel actio ante conditionis euentum efficaciter nata dicitur: Veluti, .·. Pamphilus decurio factus eſt, vel electus ſub hac conditione, ſi tot vel tot florenos pauperib. dederit, non quidē ſtatim dicitur & eſt decurio, ſed differtur officium in conditionis euentum, *l. cedere diem.ff.de V.S.§.ſub conditione.Inſt.de V.O.* Sic emptio ſub conditione celebrata non perficitur, niſi impleta conditione, quare non eſt dicendum eum contractum, qui ob conditionem adiectam pendet, pro eo eſſe, quaſi iam ſit, quia adhuc incertum eſt, an conditio extitura ſit nec ne, *l.hac venditio.ff.de contrah.empt.* Eodem modo, ſi tibi legata eſt res aliqua vel promiſſa ſub conditione, non ſtatim quidem tibi debetur res, nec prius efficaciter eam petere poteris, quam conditio extiterit, *d.l.cedere diem.* vbi dicitur. Idem probatur *& in §.omnis ſtipulatio. & §.ſub conditione.*
4 *Inſtitut.de V.O.* Procedit † Regula in diſpoſitione conditionali, quia ea ante conditionis euentum & exiſtentiam incerta eſt, & dicitur, non autem in pura, *teſte gl.noſtra hic.*

SVMMARIA.

In L. Factum à iudice.

1 *Iudex non debet transgredi limites & cancellos officii ſui.*

2 *Iudex ſi excedit officium ſuum, iudex amplius non habetur, ſed priuatus, cum limitatam habeat iuriſdictionem.*

REGU-

Regula CLXX.

Factum à iudice, quod ad eius officium non pertinet, ratum non eſt.

Regula hæc, quæ docet, quod † Judex non debeat transgredi limites & cancellos ſui officii: 1
quotiescunque enim id facit, & aliquid agit, quod ad officium eius non pertinet, ratum illud habendum minimè ſit, explicata eſt *in l. qui authore iudice.* 137. *ſup. hoc tit.* Ratio huius R. eſt, quia † ſi iudex ex- 2
cedit ſuum officium, Judex amplius non habetur, ſed priuatus, cum limitatam habeat iurisdictionem, teſte Decio *hic nu.* 5. Cag. *n.* 6. Conueniunt cum hac Regula *c. bene quidem. diſt.* 96. *& c. ea quæ fiunt à iudice. de R. I. in* 6. vbi videre poteſtis Dyn.

Summaria.

In L. Nemo ideò.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Non tenetur quis pro alio ſoluere ob hoc ſaltem, quod poſt ſolutionem poſſit idem repetere ab eo, pro quo ſoluit.*
3 *Ad hoc vt quis cogi poſſit ad ſoluendum, neceſſe eſt, vt præcedat obligatio, vel ex contractu, vel ex quaſi deſcendens.*
4 *Melius eſt, non ſoluere, quàm ſolutum repetere.*
5 *Regula procedit, quando quis non habet actionem contra alium; ſecus, ſi iam habet actionem.*
6 *Diuerſus Regulæ huius intellectus.*

Regula CLXXI.

Nemo ideo obligatur, quia recepturus eſt ab alio, quod præſtiterit.

Eiuſdem

Digitized by Google

1 Eiuſdem † Pauli Juriſconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 4. ad Plautium, & conueniunt cum ea *l. ſupra iter. §. apud ferocem. ff. de aq. plu. arc. l. fin. C. in quibus cauſis in integ. reſt. non eſt neceſſaria. l.*
2 *quod debetur. ff. de peculio.* Docet † autem, quod non teneatur quis ſoluere pro alio ob hoc ſaltem, quod poſt ſolutionem poſſit idem repetere ab eo, pro
3 quo ſoluit. Ratio I. eſt, quia † vt quis cogi poſſit ad ſoluendum, neceſſe eſt, vt præcedat obligatio, vel ex contractu, vel ex quaſi deſcendens; verùm hic nulla eſt obligatio, ergo nulla poteſt eſſe actio.
4 II. Quia † melius eſt, non ſoluere, quàm ſolutum repetere, *l. ſupra iter §. apud Ferocem. ff. de aq. plu. arc. & l. 3. ff. de compenſat.* vt ſi mihi promiſit Titius, vt ſi quid ſuo nomine creditoribus ſoluerem, id mihi reſtitueret, non ideo teneor creditoribus ſoluere, quia inter me & illos nulla eſt obligatio, *l. quod de-*
5 *betur. ff. de peculio.* Procedit † Regula, quando quis non habet actionem contra alium, ſecus ſi iam habeat actionem, *l. quod debetur. ff. de peculio.* Cagnol.
6 *hic num. 2.* Porro † alii alium intellectum huic regulæ affingunt, hunc nimirum, quod is, qui pro alio ſoluit aliquam pecuniæ ſummam, non ob id obligetur etiam præſtare vſuras & intereſſe, propter ſpem recipiendi tantundem, qui certi modi ſunt, quibus alter alteri obligatur, ab hoc modo alieni: Veluti, ſi Labeo 10. aureos, quos Titius debuit, inſcio eo ſoluiſſet, & creditor Titii poſthac vel intereſſe ex mora vel pœnam, quia præſtituto die ſolutio facta non eſſet, itidem ex Labeone peteret, quaſi nõ modo pecuniam ſolutam, ſed etiam ſi quid addidiſſet, ex debitore iam liberato recuperare poſſit, dicendum eſt, quod Labeo non teneatur.

tur.

tur. Etſi enim ſoluit pro Titio pecuniam debitam, ſub ſpe recipiendi tandundem, eo tamen ipſo non compellitur, quod reliquum eſt, ſoluere, quia ſortem præſtitit, quam à debitore eſt recepturus, niſi vel nouatio, vel alia obligationis cauſa interceſſerit, propter quam rectè obligaretur.

SVMMARIA.

In L. In contrahenda.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Verba ambigua ſeu dubia in emptionibus interpretanda ſunt contra fundantem ſe in verbis illis, cum apertius loqui potuerit.*
3 *Procedit Regula etiam in locatione.*
4 *Item in probationibus.*
5 *Regula fallit primò, in petitione ſeu actione ambigua.*
6 *Secundo, in beneficiis principum.*
7 *Tertio, in iudiciis.*
8 *Quarto, in confeſſione, quæ interpretanda eſt in fauorem confitentis.*

REGVLA CLXXII.

In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt. Ambigui autem intentio ita accipienda eſt, vt res ſalua actoris ſit.

EIusdem † Pauli Iuriſconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. 5. ad Plautium & conueniunt cum ea *l. veteribus. ff. de pact. l. Labeo ſcribit. ff. de contrah. empt. l. quoties, ff. de V. O. l. 5. ff. de teſtamento milit.* 1

l. contra

a *c. contra eum. de* R. I. *in* 6. Docet † autem, quod verba ambigua ſeu dubia in emptionibus interpretanda ſint contra fundantem ſe in verbis ipſis, cum apertius loqui potuerit, id quod etiam probatur *in c. contra eum. de* R. I. *in* 6. Ratio eſt, quia plærumque venditor aut locator eiuſmodi dubiis & ambiguis pactis vel verbis emptori & conductori inſidioſè imponunt, nihilque aliud agunt, quam vt tali obſcura pacti lege ad id, quod ex re non foret, aſtringant, quod ferendum non eſt. Rectè itaque & bene Juriſconſultus conſtituit, vt ambiguum contra proferentem & fundantem ſe in illo torqueatur: vt, ſi in emptione & venditione ita inter ſe paciſcuntur contrahētes, vt flumina vel ſtillicidia, vti nunc ſunt, ita ſint quoque empta, nec apertè dicitur, quæ flumina, quæ ſtillicidia. Facta autem emptione emptor petit ſtillicidia & flumina libera, quæ ſibi & ſuæ domui competunt, venditor verò offert flumina & ſtillicidia ſeruientia, & oritur diſputatio, de quibus fluminibus, vtrum de liberis, an verò de ſeruientibus ſit intelligendum pactum, & reſpondetur quod de liberis, & quod ambigua illa verba contra venditorem, qui apertius dicere potuerit, ſint interpretanda, *l. cum in Lege. & l. Labeo*
3 *ſcribit. ff. de contrah. empt.* Procedit † hoc etiam in locatione, quæ emptioni & venditioni proxima eſt, ſecundum Juſtin. *in princ. Inſt. de locatione.* Nam & in illa ambigua pactio contra locatorem intelligitur: veluti, conduxiſti certa pactione vehiculum, vt ſarcinam tuam portaret, & tu mecum iter faceres, nec mentio facta eſt vectigalis, quod mulio ſoluere cogitur, tranſiens per pontem, per quem optimè ſciuit ſe tranſiturum, quæritur quid iuris, num

num conductor, an verò locator perſoluere teneatur vectigal, & reſpondetur, quod locator teneatur, cum nihil de vectigali oppoſuerit, *l. cum in plures annos. §. vehiculum. ff. locati. & l. veteribus. ff. de pact.* & ſic ambigua oratio vel ambigua verba in emptionibus & locationibus interpretanda ſunt contra proferentem, qui apertius loqui potuit. Procedit † etiā 4
Regula in probationibus, quia & in illis verba ambigua contra ipſum probantem ſunt interpretanda, quia probatio concludens eſſe debet, *c. in præſentia. de probat.* Dec. *hic n.* 1. Fallit † I. in petitione ſeu 5
actione ambigua. Illam enim ita interpretari debemus, vt ſalua ſit actori, vt probatur hic in verbis: *Ambigua autem intentio.* II. Fallit † in beneficiis 6
principum. Illa enim latè interpretanda, Dec. *hic nu.* 1. III. Fallit † in Judiciis, Dec. *hic nu.* 1. *verſ. Item* 7
ſecus eſt in iudiciis. IV. In † confeſſione, quæ interpretanda eſt in fauorem confitentis, Dec. *hic nu.* 3. 8
apud quem plura videre poteſtis.

Summaria.

In L. In condemnatione.

1 *Origo, partitio, & conuenientia Legis.*

2 *Illis perſonis, quæ priuilegium habent, ne in ſolidum condemnentur, ſed tantum in id, quod facere poſſunt, non omne, quod habent & poſſident, adimendum eſt. & n. 3.*

4 *Exemplum Regulæ.*

5 *Exemplum aliud.*

6 *Priuilegium hoc habent donator, parens, ſocius, patronus.*

REGVLA CLXXIII.

In condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur: non totum quod habent, extorquendum eſt, ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant.

1 EIuſdem † Pauli eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 6. ad Plautium, habetq; multas partes, cũ quarum prima conueniunt *l. Diuus Pius. ſup. h. t. l. & hæredem. ff. de re iudic. l. qui id. ff. de dolo malo. l. maritum. ff. ſol.*
2 *matr. §. ſunt præterea. Inſt. de action.* Docet † autem, quod illis perſonis, quæ priuilegium habent, ne in ſolidum condemnentur, ſed tantum in id, quod facere poſſunt, non omne quod habent & poſſident, adimendum ſit, ſed relinquendum ali-
3 quid, quo ſe, ſuosq; ſuſtentare poſſint. Hæ † igitur perſonæ cogi nullo modo poſſunt, vt integrum debitum exſoluant, ſi ex illa ſolutione omne, quod habent, illis adimatur, & poſtea egere cogantur:
4 Vt, † ſi maritus ab vxore conuenitur ratione dotis, tunc ſi maritus vix tantum habet in bonis, vt integram dotem perſoluere poſſit, non condemnari debet in integram dotem, ſed ratio ipſius eſt habenda, ne egeat, *l. maritum. ff. ſol. matrim.*
5 Sic † ſi quis tibi donat 500. florenos, eos tamen non ſtatim tradit; ſi poſtea tu agis ad quingentos, & ille tradendo eos egere incipiat, ita vt ei ne alimenta amplius ſuperſint, cogi non debet vt 500. præciſè & exactè ſoluat, ſed ratio eius habẽda eſt, ne egeat, vt probatur *in l. [illegible]s Pius. 28. ſup. h. t.* Vbi plura de hac materia diximus. Idem eſt & de aliis perſonis,

hoc

hoc priuilegium habentibus, ſentiendum, ſiquidē nec ipſæ ad integrum debitum perſoluendum cogi debent, ſed ratio ipſatū habenda eſt, ne egeant, ſecundum hanc Regulam noſtram. Habent † autem 6
hoc priuilegium donator, *l. Diuus pius. ſupr. eod.* Maritus, *l. maritum.* 12. *ſolut. mat.* parens, ſocius. patronus, vt probatur *in* § *Item ſi de dote.* & §. *ſed & ſi quis cū parente. Inſt. de action.* & *ibi* Mynſing. Schneid. & alii.

Svmmaria.

In §. Cum verbum reſtituas.

1 *Conuenientia §. huius.*

2 *Quæ ſit propria vis & natura verbi Reſtituere, tàm in Legibus, quàm edictis.*

3 *Is tantum reſtituere dicitur, qui ſimul & cauſam actori reddit, & id quod habiturus fuiſſet, ſi controuerſia ei facta nō eſſet.*

4 *Exemplum in actione Pauliana.*

5 *Regula fallit, ſi reſtitutio omnium acceſſionum & rerum fient in præiudicium tertii.*

6 *Procedit, ſi reſtitutio ſit ex debito ſeu per viam iuſtitiæ; ſecus ſi per viam gratiæ.*

§. Cum verbum.

Cum verbum, *reſtituas*, in lege inuenitur: & ſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen fructus ſunt reſtituendi.

Cum † hoc §. conueniunt *l. videamus. ff. de vſur. l. cū* 1
prætor. ff. de V. S. Docet † autem, quæ ſit propria vis & 2
natura verbi *reſtituere*, tam in legibus quam Edictis: Hæc nimirum, vt non tantum ipſius rei reſtitutionem denotet, ſed etiam fructus & acceſſiones. Vnde, ſi, vt res aliqua reſtituatur, mandatum eſt, licet nihil additum ſit de fructibus reſtituendis, nihilo-

minus tamen etiam ad fructus extenditur, & ſub verbo *Reſtituendi* veniunt etiam fructus reddendi. Ratio eſt, quia verbũ Reſtituere plenam habet ſi-
3 gnificationem: & is † tantum reſtituere dicitur, qui ſimul & cauſam actori reddit, & id quod habiturus fuiſſet, ſi controuerſia ei facta non eſſet, & ſic omnis vtilitas eo verbo continetur, *l. reſtituere autem. l hæc verba. l. reſtituere videtur. l. cum prætor. ff. de V. S.*
4 Eodem † modo ſi in actione Pauliana, qua creditores fraudulenter alienata per debitores reuocant, prætor reſtitutionem rei fieri iubet, quæritur, an tantum res alienata reſtitui debeat, an verò etiã aliquid vltra rem? Et reſpondetur ex ſignificatione verbi *Reſtituere*, quod non tantum res ipſa reſtitui debeat, ſed etiam fructus rei, licet eorum mentio nulla facta ſit: id quod & in Interdicto vnde vi obſeruatur, *l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vſur. l. 1.*
5 *& l. ait prætor. ff. quæ in fraud. creditorum.* Fallit † Regula, ſi reſtitutio omnium acceſſionum & rerum fieret in præiudicium tertii, Dec. *hic num.* 3. II. Pro-
6 cedit, † ſi reſtitutio fit ex debito ſeu per viam iuſtiſtiæ, ſecus ſi per viam gratiæ, vt probatur hic apud Decium *in addit. in verbo: Fructus.*

Svmmaria.

In §. Vnicuique mora.

1 *Cuilibet factum ſuum nocere debet, non alienum.*
2 *Mora vocatur, quando debitor iuſto tempore non ſoluit, quod eſt ſoluendum.*
3 *Regula fallit primò, in fideiuſſore.*
4 *Secundo in patre.*
5 *Tertio, in mora commiſſa in faciendo.*
6 *Quartò, quoad interrumpendam praſcriptionem rei debendi.*

§. Vni-

Digitized by Google

§. Vnicuique mora.

Vnicuiq; mora ſua nocet, quod & in duobus rei promittendi obſeruatur.

Quod † in *l. factum cuiq; ſuum.* 155. *ſupr. hoc tit.* ge- 1
neraliter dictum eſt, cuilibet ſuum factum nocere debere, & quemlibet propter proprium delictum eſſe puniendum, non propter delictum vel factum alterius, id in hoc §. cum quo conueniunt *l. mora. §. fin. ff. de vſur. cap. mora. de R. I. in* 6. etiam ad moram trahitur; inquit enim Juriſconſultus: *Vnicuiq; & in c. mora. extra. eod.* dicitur: quaſi diceret; Is qui moram committit, intereſſe & damna ex mora cauſata ſoluere debet, non alius, qui in mora non eſt, *l. factum cuiq; ſuum. ſupr hoc tit.* Vocamus † autem 2
moram, quando debitor iuſto tempore non ſoluit, quod eſt ſoluendum, ſed differt malitioſe in creditoris damnum & detrimentum ſolutionem: hæc inquam, mora creditori nocere non debet, ſed ipſi moroſo debitori, vt monet hic Juriſconſultus noſter, *& CC. in d. c. mora.* Vt ſi duo ſunt rei promittendi, qui ſimul & ſemel vnam & eandem pecuniæ ſummam promiſerunt, & alter eorum moram facit, illa mora tantum ei, qui fecit eam, nocere debet, & non alii, *l. mora. §. ſed ſi duo. ff. de vſur.* Sic ſi debitor eſt in mora ſoluendi, erit ſibi nociua illa mora, & non alteri. Nocet autem, quantum ad rei interitum, *l. quod te. ff. ſi cert. pet.* Secundo quantum ad fructus, ad intereſſe & ſimiles acceſſiones.
Fallit I. In † fideiuſſore, cui mora ſui principalis no- 3
cet, Dec. *hic num.* 3. II. Fallit † in patre; filii enim 4
mora nocet patri in peculio, Dec. *hic num.* 4. III. In † 5

mora commiſſa in faciendo, quæ appellatur mora
6 ex maleficio, Cagnol. *hic num.* 2. 4. Quo † ad interrumpendam præſcriptionem rei debendi. Eo enim in caſu vnius mora nocet alteri, Cag. *hic nu.* 3. *verſ. Item fallit Regula.*

SUMMARIA.

In §. Dolo facit.

1 *Conuenientia §. huius.*
2 *Is dolo petere videtur, qui reſtituere eandem mox cogitur, & n. 3.*
4 *Regula procedit primò, ſi reſtitutio debet fieri ei, à quo petitur, ſecus ſi alii.*
5 *Secundò, ſi ſtatim cogitur reſtituere.*
6 *Fallit primò, ſi quis ignoranter petit.*
7 *Secundo, in poſſeſſoriis.*

§. Dolo facit.

Dolo facit qui petit quod redditurus eſt.

1 Cum † hoc §. conueniunt *c. dolo facit. de R. I. in 6.*
2 *& l. dolo facit. ff. de except. doli mali.* Docet † autem, quod is dolo petere videatur, qui reſtituere eandem mox cogitur. Primum n. in exigendo omnem operam ludit. Secundum moleſtus eſt reo citra æ-
3 quum & iuſtum. Vt † maritus, qui ſoluto matrimonio dotem petit, quam ſtatim ſocero reſtituere tenetur, dolo petere dicitur, quia id, quod petit, reſtituere extemplo tenetur, *l. ſocer. §. Lucius. ff. ſol. ma-*
4 *trim.* Procedit † regula, ſi reſtitutio debet fieri ei, à
5 quo petitur, ſecus ſi aliis, Dec. *hic n.* 1. II. Procedit † ſi ſtatim cogitur reſtituere petens: ſecus, ſi ex inter-
6 uallo quodam, Dec. *hic. n.* 2. III. Fallit, † ſi quis igno-
7 ranter petit, qui ſtatim reſtituere tenetur, *l. qui in ius dominiumue. §. nemo videtur. ſupr. hoc tit.* IV. Fallit † in poſſeſ-

poſſeſſoriis, Dec. *hic.* item Cag. quamuis Dyn. *in c. dolo facti*, etiam in poſſeſſoriis regulam procedere velit *num.* 5. quem videre poteſtis.

SUMMARIA.

In L. Qui poteſt facere.

1 *Origo & conuenientia Regulæ.*
2 *Tum dicitur impleta conditio, quoties in noſtra poteſtate eſt, eam impleri.*
3 *Exemplum.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Poſſe facere intelligitur is, qui adhibita aliqua diligentia id poteſt, quod eſt efficiendum.*
6 *Regula procedit, ſi impedimentum de facili remoueri poteſt.*
7 *Fallit, quando quis non adſtringitur ad aliquid faciendum.*

REGULA CLXXIV.

Qui poteſt facere, vt poſſit conditioni parere, iam poſſe videtur.

EIuſdem † Pauli Juriſconſulti eſt hæc l. deſumpta 1
ex lib. 8. eius ad Plautium. Habetq; duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. 8. ff. de bon. poſſ. c. fin. extra. de elect. c. cum ſtat per eum. de R. I. in 6. l. in iure ciuili receptum eſt. ſup. h. t. noſtro.* Docet † autem, quod 2
tum dicatur impleta conditio, quoties in noſtra poteſtate eſt, eam impleri, & ſic potentia faciendi, quodammodo repræſentat factum ipſum: vt, ſi † 3
teſtator ancillæ ſuæ libertatem ſub fideicommiſſo reliquit hac conditione annexa, ſi decem aureos hæredi dederit, & hæres contra quam eſt iuſſus, non accipiendo pecuniam differt libertatem, cum

tamen poſſet libertate ancillam donare, ſi interim ancilla aliquid acquirit, non videtur id hæredi tanquam domino acquiſiuiſſe, ſed ſibi, quia eam liberam ab eo tempore fuiſſe dicimus, quo hæres eam libertate donare potuit, nec tamen fecit, *l. ſi quis*
4 *ſeruo. ff. de leg.* 2. Sic dubitatum fuit, ſi ſeruus † ſub conditione hęres eſſet inſtitutus, an bonorum poſſeſſionem accipere poſſet, & ait Paulus JCtus, eum poſſe, *l. 2. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab.* ſi modo conditioni parere poſſit huiusmodi ſeruus. Qui n. facere poteſt, vt poſſit parere conditioni, ſub qua inſtitutus eſt, is quoq; iam poſſe videtur bonorum poſſeſſionem accipere, *d. l. 2. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab.* Poſ-
5 ſe † autem facere intelligitur is, qui adhibita aliqua diligentia id poteſt, quod eſt efficiendũ. Non poſſe verò propriè dicitur, qui etiamſi omnem adhibeat diligentiam, tamen efficere non poſſit, id quod eſt
6 efficiendum, teſte Cag. *n.* 1. Procedit † Regula ſi impedimentum de facili remoueri poteſt, ſecus ſi difficulter remouetur, quia excuſatur, ſi fecit quod
7 potuit, Cag. *hic n.* 5. Fallit, † quando quis non aſtringitur ad aliquid faciendum, ſecus ſi aſtringitur Dec. *hic num.* 2.

Summaria.

In §. Quod quis ſi velit.

1 *Conuenientia §. huius.*
2 *Is poteſt repudiare ius aliquod, qui acquirere illud poteſt.*
3 *Exemplum.*
4 *Regula procedit primo, in iis, quæ ſub conditione vel certa die pendent.*
5 *Secundò, in iis, in quibus neq; conditio, neq; tempus adiectũ eſt.*
6 *Tertio, ſemper negatiuè, non autem ſemper affirmatiue.*

§. Quod

§. Quod quis ſi velit.

Quod quis, ſi velit, habere non poteſt: id repudiare non poteſt.

Cum † hoc §. conueniunt *l. eius eſt nolle. ſupr. hoc* 1
noſtro tit. l. is poteſt repudiare. ff. de acquir. hæred. l. is qui hæ-
res. §. 1. ff. eod. Docet † autem, quod is repudiare poſ- 2
ſit ius aliquod ſeu rem aliquam, qui acquirere eam poteſt. Nam qui acquirere nequit, vel qui non habet in ſua poteſtate & facultate rem, ille etiam non dicitur repudiare propriè poſſe, quia priuatio ſemper præſupponit habitum, *l. 4. ff. de Iuſt. & Iur.* Vt † 3
quæ ſub conditione aut ex die noſtra eſſe poſſunt, niſi vel conditio vel tẽpus exiſtat, nobis non acquiruntur, nec noſtra propriè eſſe dicuntur, *l. is damnũ dat. §. quod pendet. ſup. h. t.* Ideo nec rectè à nobis repudiantur, quia quod in poteſtate noſtra nondum eſt, reiici etiam à nobis nequit. Sic ſi tibi eſt legatũ relictum ſub conditione, vel ex certa die, quia antequam dies venerit vel conditio extiterit, ad te illud non pertinet, nec repudiare quoq;, te poſſe dicendum eſt, *l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. ff. de leg.* 2. Eodem modo ſi heres ſub conditione eſt inſtitutus, is non poteſt ante conditionis euentum repudiare hæreditatem, quia adire non poteſt, *l. nolle adire. l. is poteſt repudiare. ff. de acquir. hæred.* Procedit † R. 4
in iis, quæ ſub conditione vel certa die pendent, vt ex præſentibus apparet. II. Procedit † etiam in iis, in 5
quibus neq; conditio neq; tempus adiectum eſt; Veluti, ſi hæres ſcriptus putat teſtamentum falſum eſſe, vel non valere; quia tum non poteſt adire hæreditatẽ, etiamſi velit, nec repudiare eam poterit, *l.*

6 *nec is.ff.de acquir.hæred.* III. Procedit † Regula teſte Dec.*hic n.3.*ſemper negatiuè: non autem ſemper affirmatiuè: ſicut& illud ipſum teſtatur Bart.*in l.is poteſt.ff.de acquir.hæred.* Item Cag. *hic num. 2.*

Svmmaria.

In L. In omnibus officiis.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Seruus nullum officium publicum, ad quod perſonæ liberæ pertinent, ſubire poteſt.*
3 *Exemplum.*
4 *Seruis demandari nequit legatio.*
5 *Seruus eſſe executor nequit.*
6 *Regula fallit in officio procuratorio.*

Regvla CLXXV.

In omnibus officiis, quæ fieri per liberas perſonas leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt.

1 PAuli Juriſconſulti † eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 11. ad Plaut. habetque duas partes, cum quarum prima conueniũt *l.cum prætor.§ fin. ff. de Iudiciis.l.generali.C.de decurion.l.fin.infr.hoc tit. l.in perſo-*
2 *nam ſeruilem.& l.quod attinet ſup.h.t.* Docet † autem, quod ſeruus nullum officium publicum, ad quod perſonæ liberæ pertinent, ſubire poſſit. Ratio prima eſt, quia ſerui de iure ciuili pro nullis habentur *l.quod attinet.ſup. h.t.* Secunda, quia in perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio, *l.in perſonam.ſup.eo-*
3 *dem.* Vt † ecce ll. deſiderant, vt liber homo ſit iudex: ſeruus itaque id muneris ſuſtinere non poteſt,
4 *l.cum prætor.§.fin.ff.de iudiciis.* Sic † ll. volunt, vt liber homo

homo Reipubl. cauſa abſit, ſeruis itaque demandari nequit legatio, *l. fin. inſ. h. t.* Eodem † modo ſeruus executor eſſe nequit, Bald. *in l. id quod pauperibus. C. de epiſcopis & cler.* nec tutor, arbiter, teſtis, vt teſtatur *gl. in hac regula noſtra.* Idem eſt & in tabellione, *l. generali. C. de tabul.* Item in milite, *l. pen. §. fin. C. qui militare non poſſunt.* Deplorat itaque hæc l. miſeram ſeruorum conditionem, de qua aliquid etiam dictum eſt *in l. in perſonam ſeruilem. & in l. quod attinet. ſup. h. t.* Fallit † in procuratoris officio. Illud enim ſeruus ſuſtinere poteſt, cum publicè vtile ſit, abſentium cauſas à quibuscunque defendi atque geri, *l. ſeruum quoq. §. ex contrario. ff. de procurator.* Dec. *hic num.* 4.

5 6

§. Non debeo.

Non debeo melioris cõditionis eſſe, quàm autor meus, à quo ius in me tranſit.

Hic §. qui docet, quod ſucceſſor non debeat eſſe melioris conditionis, quam fuit anteceſſor eius, ſed quod eadem onera, eadem incommoda & eoſdem labores ſuſtinere teneatur, quæ ſuſtinuit anteceſſor, cum nemo plus iuris in alium transferre poſſit, quam ipſe habuit, aliquoties explicatus eſt, nimirum *in l. hæredem eiusdem poteſtatis. 59. l. nemo plus iuris. l. nemo plus commodi. 120. in l. quod ipſis qui contraxerunt. 143. l. inuitus. 156. §. cum quis in alterius locum. & §. plærumq; emptoris. Item in l. aliud eſt vendere. 160. §. abſurdum eſt. ſupr. hoc tit. noſtro.*

SUMMA-

SVMMARIA.

In L. Non eſt ſingulis.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Nemo priuatus propria authoritate id tentare debet, quod per magiſtratum efficiendum eſt.*
3 *Quod priuatis hominibus expediendum relinquitur, turbam plerunq; excitare ſolet, & n. 4.*
4 *Exemplum Regulæ primum.*
5 *Secundum.*
6 *Tertium.*
7 *Quartum.*
8 *Regula fallit in quibusdam caſibus.*
9 *Exemplum primum.*
10 *Secundum.*
11 *Tertium.*

REGULA CLXXVI.

Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publicè fieri poſſit: ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi.

1 EIuſdem † Pauli eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 13. ad Plaut. habetque duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. extat. ff. quod metus cauſa. l. ſi quis. C. vnde vi. l. nullus. C. de Iudæis. l. generali. C. de*
2 *decurion. §. 1. Inſt. de vi bon. rap.* Docet † autem, quod nemo priuatus propria authoritate id tentare debeat, quod per magiſtratum eſt efficiendum, ſeu, quod ad magiſtratus pertinet officium, vt idem etiam probatur in *l. extat. ff. quod metus cauſa.* Ratio eſt,
3 quia † quod priuatis hominibus expediendum relinquitur, turbam plærumq; excitare ſolet, vt pro-
4 batur *hic.* II. Quia † hac ratione, ſi ſine ordine cuilibet quodlibet facere permitteretur, nõ poſſet diu ſub-

ſubſiſtere Reſpublica. Qui itaq; publicam functionem non habent, ſed ſunt priuatæ conditionis homines, magiſtratibus ſubeſſe, per magiſtratum ſua negotia expedire, neq; ſibi ipſis ius dicere, vel ſemetipſos vindicare debent, ne publicam perturbent tranquillitatem, & qui ſecus fecerit, pœnæ ſubiacebit, *d.l.extat.ff.quod met.cauſa.& l.ſi quis in tantam.C.vnde vi:* vt, Creditor † qui vim ſuo debitori infert, neq; actionibus experitur, ſed ſine magiſtratu ſibi ipſi ius dicit, ex decreto Diui Marci ius crediti amittit, *l.ſed & partus.& l.extat ff.quod met.cauſ.* Sic, qui † rerum poſſeſſionem citra iudicis adminiculū violenter inuaſerit, is & poſſeſſionem reſtituere cogitur, & dominium eius rei, ſi quod habet, perdit, *l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.§.1.Inſt.de vi bon.rapt.* Sic † permitti non debet, vt quis in ſua cauſa ius ſibi dicat, ſiquidem hoc propriè ad magiſtratus officium pertinet, *l.1.C.ne quis in ſua cauſa iudicet.* Fallit † Regula in quibuſdam caſibus. Sunt enim caſus à lege proditi, quibus permiſſum eſt ſingulis quoq; ſibi ius dicere, & rem, quam amiſit, ſua authoritate recuperare, Primùm ſi fit in continenti. Sic enim † eum, qui armis venit, armis in continenti repellere licet, *l.idem eſt.§.eum igitur qui. & l. qui poſſeſſionem.ff. de vi & vi ar.DD.in l.vt vim.ff.de Iuſt.& Iur.* II. Si † Judicis copia haberi non poteſt, conceditur ſingulis, quod per magiſtratum eſt faciendum, *DD. in l. nullus.C.de Iudæis.* III. In † ſuſpecto debitore, qui adornat fugam. Eum enim capere creditor poteſt, licet id ad magiſtratus officium pertineat, *l.generali. C.de decur.lib.*10. Plures fallentias huius regulæ videre poteſtis apud Bart. *in d. l. generali & in tit. C. quando licet vnicuiq; ſine iudice ſe vind.*

5 (Creditor) 6 (qui rerum) 7 (Sic permitti) 8 (Fallit) 9 (Sic enim) 10 (II. Si) 11 (III. In)

§. Inſi-

§. Infinita æſtimatio.

Infinita æſtimatio eſt libertatis & neceſſitudinis.

Hic §. qui docet, quod infinita ſit æſtimatio libertatis, hoc eſt, quod nulla libertatis dari poſſit æſtimatio, nullum æquiualens precium, cum ſit res inæſtimabilis, quæ æſtimationem non recipit, vel admittit, explicatus eſt *in l. libertas.* 106. *& in l. libertas omnibus rebus.* 122. *ſupra hoc tit.*

Regvla CLXXVII.

Qui in ius dominiumue alterius ſuccedit, iure eius vti debet.

EIusdem Pauli eſt hæc l. deſumpta ex lib. 14. ad Plaut. habetque duas partes, quarum prima, quæ docet, quod, quicunque in alterius ius ſuccedit, non debeat vel melioris vel deterioris conditionis eſſe, quàm autor eius fuit, ſed iure ſui authoris vti, ſiue ſit vniuerſalis, ſiuè ſingularis ſucceſſor, exceptis perſonalibus iuribus, quæ non transmittuntur in ſucceſſores, *l. priuilegia quædam inf. hoc noſtro tit. c. priuilegium perſonale de* R. I. *in* 6. explicata eſt *in l. hæredem eiuſdem poteſtatis.* 59. *in l. nemo plus commodi.* 120. *in l. quod ipſis qui contraxerunt.* 143. *l. inuitus nemo.* §. *cum quis in alterius locum.* & §. *plærumq; emptoris. l. in his quæ officium.* §. *non debeo. ſupra eod.*

Svmma-

SVMMARIA.

In §. Nemo videtur.

1 *Convenientia §. huius.*
2 *Is eſt extra dolum, qui petit aliquid, quod reſtituere oportet eundem, ſi ignoranter petit.*
3 *Ad verum dolum requiritur, ſcientia, conſilium, propoſitum, & deliberatio.*
4 *Exemplum.*
5 *Exemplum aliud.*
6 *Regula procedit primò, non tantum in ignorantia facti, ſed etiam in ignorantia iuris.*
7 *Secundo, in vero dolo; ſecus in præſumpto.*
8 *Fallit, ſi lex prohibet factum.*
9 *Fallit, ſi ſuperuenit ſcientia.*

§. Nemo videtur.

Nemo videtur dolo facere, qui ignorat cauſam, cur non debeat petere.

Cum † hoc §. conueniunt *l. fraudis interpretatio l.* 1 *nullus videtur dolo facere. l. nemo poteſt improbus videri. l. nemo videtur fraudare. ſup. h. t.* Docet † autem, quod is 2 ſit extra dolum, qui aliquid petit, quod reſtituere oportet eundem, ſi id ignoranter petit, hoc eſt, quod ſit extra dolum, qui ignoranter aliquid petit, quod reſtituere oportet eundem. Ratio eſt, quia † ad verum dolum requiritur ſcientia, conſilium, 3 propoſitum & deliberatio, id eſt, vt ſciens, habita deliberatione, & ex ptopoſito aliquid faciat, petat vel agat, quod facere, petere vel agere non debebat, quæ ſcientia, deliberatio & propoſitum ſi abeſt, factum doloſum vel illicitum dici nequit, quia ignorantia & error etiam quilibet à dolo excuſat, *l. ſed etſi. §. ſcire. ff. de petit. hæred.* Vnde qui † 4 petit, quod ignorat eſſe remiſſum, petendo non facit doloſè, quia non malo animo, non ex delibe-

ratione

ratione & ſciēs petiit, quod remiſſum erat, ſed ignoranter, quæ ignorantia excuſat petentem à dolo, *l. palam autem eſt. §. generaliter. ff. de doli mali except.* Eo-
5 dem † modo debitor ille non dicitur improbus vel doloſus, qui ignorat, quantum ſoluere debeat, *l.*
6 *non poteſt. 99. ſup. h. t.* Procedit † regula non tantū in ignorantia facti, ſed etiam in ignorantia iuris, ſiquidem & ignorantia iuris excuſat à dolo, *d. l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de petit. hæred.* Quod verum eſt in homine iuris ignaro, ſecus in iuris perito, Dec. *hic*
7 *n. 2. 11.* Procedit † in vero dolo: Secus in præſum-
8 pto, Dec. *hic n. 3. verſ. ſimiliter Reg. procedit.* Fallit, † ſi lex prohibet factum, & ei reſiſtit, quia tum faciens
9 videtur eſſe in dolo, Dec. *hic n. 2. 11.* Fallit, † ſi ſuperuenit ſcientia, Dec. *hic nu. 4.*

REGVLA CLXXVIII.

Cùm principalis cauſa non conſiſtit, plerunque nec ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.

HÆc regula, quæ docet, quod acceſſorium ſequatur principale, & quod, principali corruente vel pereunte, acceſſorium quoq; ſubſiſtere non poſſit, cum non magis poſſibile ſit acceſſoriū ſine principali eſſe, quam accidens ſine ſubiecto, explicata eſt *in l. nihil dolo creditor facit. 129. §. Cum principalis cauſa. ſupr. hoc tit.*

REGVLA CLXXIX.

In obſcura voluntate manumittentis fauendum eſt libertati.

Hæc

HÆc lex, quæ docet, quod in dubia & obſcura voluntate teſtatoris, pro libertate ſit reſpondendum, & quod magis libertati, quam ſeruituti fauere debeamus, maxime, cum libertas ſit omnib. rebus fauorabilior, *l. libertas omnibus ſupr. eod.* veluti ſi teſtator dixiſſet, qui naſcitur ex hac mea ancilla, liber erit, & poſtea dubitatio oritur, an omnes libertatem conſequi debeant, ſi plures ex ea nati ſint, vbi magis fauere debemus libertati & pro libertate reſpondere, explicata eſt *in l. quoties dubia. 20. & in l. libertas omnibus rebus. ſupr. eod.*

SVMMARIA.

In L. Quod iuſſu.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Perinde eſt, ſiue quis ipſe ſoluat, ſiue per alium id faciat.*
3 *Regula procedit etiam in delictis.*
4 *Procedit etiam quoad fictionem & interpretationem iuris, non quoad veritatem.*

REGVLA CLXXX.

Quod iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt, quaſi ipſe ſoluiſſet, vel ipſi ſolutum eſſet.

DEſumpta † eſt hæc Lex ex lib. 17. ad Plaut. 1
Pauli Iuriſconſulti, & conueniunt cum ea *l. ſi donaturus. ff. de condict. cauſa data cauſa non ſec. c. qui facit per alium. de R. Iuris in 6. l. qui mandat. & l. cum iuſſu. ff. de ſolution. l. is damnum dat. & l. hoc iure. 152. §. deiicit. ſupr. hoc tit.* Docet † autem, quod perinde ſit, ſiue 2

quis ipſe ſoluat, ſiue per alium id faciat, præſertim cum is, qui per alium aliquid facit, perinde habeatur, ac ſi per ſemetipſum feciſſet, *c. qui facit per alium. de R.I. in 6.* Veluti ſi princeps mandat ſuo quæſtori, vt Cancellario, magiſtro equitum, vel alii miniſtro ſuum perſoluat ſtipendium, & hoc quæſtor facit ad iuſſum & mandatum principis, perinde eſt ac ſi princeps ipſe ſoluiſſet, teſte hac regula noſtra, &c. Sic ſi Euclioni 100. debeo, & mando, vt Seius. qui mihi tantũ debet, ei 100. perſoluat, Seiusq; id facit, perinde eſt ac ſi ego Euclioni ſoluiſſem iſta 100. Liberor enim ab Euclione, & Seius à me, non aliter, ac ſi ipſemet ſoluiſſem *l. qui mandat. & l. cum iuſ-*
3 *ſu. ff. de ſolut.* Procedit † regula etiam in delictis. *Is* enim tenetur l. Cornelia de Sicariis, qui non tantum propriis manibus damnum infert, ſed & qui mandat aliis, vt damnum inferant, *l. is damnum dat.* 169 *ſupr. hoc tit.* Item is vim dicitur inferre, & deiicere aliquem ex ſua poſſeſſione, qui mandauit aliis eiectionem, *l. hoc iure vtimur. §. qui deiicit.* 152 *ſupr. eod.* quibus in locis plura de ſenſu huius R. videre po-
4 teſtis. II. Procedit † quo ad fictionem & interpretationem Iuris. non quo ad veritatem, ſecundum quam impoſſibile eſt, vt vnius factum ſit alterius, Dyn. *in c. qui facit per alium. de R.I. in 6.*

SVMMARIA.

In L. Si nemo ſubiit.

1 *Orig. & conuenientia Legis.*
2 *Nulla eſt vis teſtamenti, ſi hæres in teſtamento inſtitutus hæredi-*

Digitized by Google

hæreditatem repudiat, eamque adire recuſat.

3 *Omnia ea, quæ in teſtamento ſcripta ſunt, pendent ab hæredis inſtitutione.*

4 *Exemplum.*

5 *Exemplum aliud & n. 6.*

7 *Regula procedit non tantum in inſtitutione & legatis, ſed & in libertatibus.*

REGVLA CLXXXI.

Si nemo ſubiit hæreditatem, omne ius in teſtamento ſoluitur.

PAuli Iuriſconſulti † eſt hæc L. deſumpta ex lib. 1 eius 1. ad Vitellium, & conueniunt cum ea *l. inteſtatus. de V. S. l. 1. de ſuis & legit. hæred. l. 1. ff. de teſtam. tutela* Docet † autem, quod nulla ſit vis teſtamenti, 2 ſi hæres in teſtamento inſtitutus hæreditatem repudiat, eamque adire recuſat: perinde enim eſt, ac ſi nullum factum eſſet teſtamentum, & teſtator inteſtatus deceſſiſſet, id quod *& in prin. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deſ* probatur, *& in l. inteſtatus. ff. de V. S.* Ratio eſt, quia † omnia ea, quæ in teſtamento 3 ſcripta ſunt, pendent ab hæredis inſtitutione, tanquam ex capite & fundamento totius teſtamenti, *§. ante hæredis. 35. Inſtit. de legat.* Vbi dicitur, quod hæredis inſtitutio ſit caput baſis & fundamentum teſtamenti, quo fundamento corruente, corruunt etiam cætera. *ſecundum l. cum principalis. ſupr. eod.* Vnde † in teſtaméto tutor datus, ſi hæres inſtitutus 4 non adierit hæreditatem, teſtamentum quod irritũ fecerit, non valebit datio tutoris; quia ex vi teſtamenti iam ſublata male pendet *l. ſi nemo hæreditatẽ.*

Digitized by Google

5 *ff. de teſta. tut.* Sic † & quod in teſtamento eſt relictum, ſi non adeatur hæreditas, inualidum eſt, cum teſtamenti nulla vis & efficacia ſit, quando hæres repudiat hæreditatem, & nemo ex teſtamento hæres exiſtit, vt teſtatur hæc regula noſtra, *& l. eam*
6 *quam. §. tunc autem. C. de fideicom.* Nec † fruſtra dicitur, *ſi nemo ſubiit hæreditatem.* Nam ſi ex pluribus inſtitutis vel vnus tantum adit hæreditatem, vis teſtamenti ſalua manet, cum hæredem habeat, *l. ſi ne-*
7 *mo. ff. de teſtamentaria tutela.* Procedit † regula non tantum in inſtitutione & legatis, verum etiam in libertatibus, teſte Dec. *hic in princ. in verbis, ampliatur etiam in libertate.* Fallentias huius regulæ habet Dec. *hic*, quas videre poteſtis.

SVMMARIA.

In L. Quod nullius.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Nulla obligatione acquiri nobis poteſt id, quod nullius eſſe poteſt.*
3 *Exemplum.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Fallit Regula primo, in redemptione captiuorum.*
6 *Secundo, tempore famis.*
7 *Tertio, in venditione rerum ſacrarum, quæ fit in eum finem, vt debita Eccleſiæ perſoluantur.*

REGVLA CLXXXII.

Quod nullius eſſe poteſt, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

Eiuſdem

EIuſdem † Pauli Iuriſconſulti eſt hæc L. de ſumpta ex lib. 3. eius ad Vitellium, & conueniunt cum ea *l. inter ſtipulantem. §. ſacram ff de V. O. §. Idem iuris. Inſtit. de inutil. ſtipul §. Res ſacra. Inſtit. de rerum diuiſ. l. ea quæ dari. 35 ſupr. hoc tit.* Docet † autem quod nulla obligatione nobis acquiratur id quod nullius eſſe poteſt, id eſt, quod illæ res, quæ non ſunt in commercio hominum, vel in rerum natura, nec ſperantur etiam, vt ſunt res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, muri & portæ ciuitatum; item liberi homines chymæra, & ſimiles, nulla obligatione nobis acquiri poſſunt, & licet ſuper illis rebus de facto obligatio contrahatur, ea tamen eſt inualida & de iure nulla. Ratio eſt, quia ſunt extra hominum commercium; Secundo quia ſunt diuini iuris. Quę autem diuini iuris ſunt, ad priuatorum uſum non debent traduci, tantum abeſt, quod nulla ratione poſſint acquiri. Tertio, quia dari non poſſunt, cum non ſint in rerum natura, nec etiam ſperentur, *l. ea quæ dari impoßibilia ſunt. ſupr. hoc tit.* Vnde, qui † ædem ſacram, vel donaria ad miniſterium Dei rite conſecrata, aut locum religioſum, in quem mortuus illatus eſt, aut muros portasue ciuitatis, quæ & diui quodammodo iuris ſunt, §. *ſanctæ res. Inſtit. de rerum diuiſ.* ſtipulatus, veluti littus arát, quia eiuſmodi ſtipulatio nullam producit obligationem, nullam actionem, ſed inutilis eſt & inualida de iure, *l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de V. O. § Idem iuris. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Idem † reſpondemus in eo, qui rem ſacram vel religioſam ſciens emit. Nam vt ſuæ fiant illę res, nulla obligatio efficere poteſt: emptio itaq; nulla erit, & ſi forte deceptus eſt emptor à venditore, vt illas pro priuatis emerit, habet con-

Nn 3 tra

Digitized by Google

tra eum actionem ex empto, vt conſequatur id, quod ſua intereſt ſe deceptum non eſſe. Idem procedit etiam, ſi quis hominem liberum pro ſeruo comparauit, *l. hanc legem. & l. liberi homines. ff. de con-*
5 *trah. empt. §. loca ſacra. Inſt. de empt. & vendit.* Fallit † regula in redemptione captiuorum. In ea enim valet venditio rerum ſacrarum, *§. ſacræ res. Inſtit. de re-*
6 *rum diuiſ.* 11. Fallit † tempore famis, *l. ſancimus. iuncta Authentica. hoc ius porrectum.* C. *de* SS. *Eccleſ.* 111.
7 In † venditione rerum ſacrarum, quæ fit in eum finem, vt debita Eccleſiæ perſoluantur, *d. l. ſancimus. Authentic. præterea.* C. *de* SS. *Eccleſijs.*

SVMMARIA.

In L. Etſi nihil facile.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Etſi in aliquo actu vel contractu ſolenniter facto, vel in ſententia ſolenniter pro tribunali iudice ſedente lata non facile eſt quid immutandum, tamen nihilominus id faciendum eſt, euidente æquitate id ſuadente.*
3 *Exemplum.*
4 *Exemplum aliud.*
5 *Regula procedit primo, quando euidens & notoria æquitas expoſcit mutationem.*
6 *Secundo in ſolennibus.*

REGVLA CLXXXIII.

Etſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus: tamen vbi æquitas euidens expoſcit, ſubueniendum eſt.

1 MArcelli Iuriſconſulti † eſt hæc R. deſumpta ex lib 5 ff. & conueniunt cum ea *l. Diuus. §. etſi nihil*

Digitized by Google

nihil facile. ff de in integ. reſtit. l. 3 C. de ſumma. l. fin. ff. de in integ. reſtit. Docet † autem, quod, etſi in aliquo actu vel contractu ſolenniter facto, vel in ſententia ſolenniter pro tribunali, iudice ſedente, lata non facile quid ſit immutandum, tamen nihilominus id faciendum eſſe euidente æquitate id ſuadente & poſtulante. Vt ſi † aliquis per grauem ſententiam vltimo ſupplicio ſolenniter eſt deſtinatus, licet haud facile illa ſententia ſolenniter lata ſit mutanda, tamen ſi iudex, vel is, cuius intereſt, compertum habet, iniuſtam eſſe ſententiam, hominemq; vel innocentem vel mitiori pœna affligendum eſſe, eam exequi nequaquam debet, ſed vel principem ea in re conſulere, vel aliis modis retractando ſententiam, afflicto ſuccurrere, ne innocēs cōdemnetur & puniatur, cum ſatius ſit mille nocentes dimittere, quam vnum innocentem condemnare & pœnis ſubiicere. Sic ſi † minor 25. annis læſus eſt & deceptus, & contra eum ſententia lata, licet illa haud facile mutari debeat, tamen cauſa cognita per reſtitutionem in integrum ei ſuccurri debet, *l. fin. ff. de in integ. reſtit.* Procedit † Reg. quando euidens & notoria æquitas expoſcit mutationem: Secus, vbi ea non eſt, vt probatur *hic & in l. Diuus. §. 1. ff. de in integ. reſtit.* II. Procedit † in ſolennibus, id eſt, in iis, quæ ſecundum obſeruationem à lege præſcriptam ſunt peracta: Secus in ſummariis, quæ ſine obſeruatione ſolennium fiunt, vt probatur hic in verbo: ex ſolennibus.

2 3 4 5 6

REGVLA CLXXXIV.

Vani timoris iuſta excuſatio non eſt.

HÆc lex, quæ docet, quod vanus & leuis timor vel metus neminem excuſet, ſed talis, qui in conſtantem hominem cadere poteſt, explicata eſt *in l. in omnibus.* 59 *ſupr. hoc tit.* vbi dictum eſt, quod is, qui fecit aliquid, adductus metu vano & leui, cuiuſmodi eſt leuis nominis ignominia, vexationis timor, aut talis, qui nec mortem, nec cruciatum corporis, nec capitales minas inferre ſolet, non excuſetur, nec habeat reſtitutionis beneficium, ſed qui tali metu aliquid fecit, qui in conſtantem virum cadere poteſt, *l. metum autem. & l. nec timorem. ff. quod met. cauſa.*

SVMMARIA.

In L. Impoſſibilium.

1 *Origo & conuenientia legis.*
2 *Impoſſibilium nulla obligatio.*
3 *Regula procedit in omnibus gradibus impoſſibilitatis.*
4 & 5 *Tres impoſſibilitatum gradus.*
6 *Fallit Regula in legatis, fideicommiſſis, institutionibus hæredum, & libertatibus.*

REGVLA CLXXXV.

Impoſſibilium nulla obligatio eſt.

1 DEſumpta † eſt hæc L. ex Celſi Iuriſconſulti lib. 8. ff. & conueniunt cum ea, *l. quod nullius. & l. ea quæ dari. ſupr. hoc tit. c. nemo poteſt. de R. I. in 6.*
2 Docet † autem, quod impoſſibilium nulla ſit obligatio, ſeu quod nemo ad impoſſibilia obligetur. Vt, ſi promitto alicui dare ſolem, lunam vel ſtellas, quas tamen mihi dare impoſſibile eſt, non obligor

ex illa mea promiſſione, quia ad impoſſibilia nemo
obligatur, *l. ſi ſtipuler. ff. de V. O.* Sic, ſi promitto tibi
dare aureum montem, quod eſt impoſſibile, non
obligor, *l. cum hæres. §. 1. ff. de ſtatu liber.* Similiter, ſi
promitto cœlum digito tangere ſub pœna, quod
eſt impoſſibile, non obligor ex illa promiſſione, *d. l.*
ſi ſtipuler. ff. de V. O. Eodem modo ſi promitto interfi-
cere hominem, facere furtum vel ſimile delictum,
non obligor ex illa mea promiſſione, quia impoſ-
ſibilium nulla eſt obligatio: item ſi ſtipulor, mihi
dari rem ſacram, ſanctam vel religioſam, nulla ſe-
quitur inde obligatio, quia impoſſibilia promit-
tuntur, ad quæ nemo obligatur, iuxta hanc R. no-
ſtram, *& prin. Inſtit. de inutil. ſtip. Item l. inter ſtipulan-*
tem. § ſacram. ff. de V. O. Procedit † Regula in omni- 3
bus gradibus impoſſibilitatis, quorum DD. tres
conſtituunt I. (*Vide Schneid. in §. Impoſſibilis. nu. 23. &*
24. Inſt. de hæred. Inſtit.) quæ natura alicui ſunt im-
poſſibilia: vt ſi promitto tibi dare ſolem, lunam,
ſtellas, vel cœlum digitis tangere, id enim natura
non admittit. II. Vocant † quædam impoſſibilia 4
de facto, quæ fieri non poſſunt, vt, ſi promitto tibi
dare aureum montem, quod de facto eſt impoſſi-
bile. Tertio † nominant quædam de iure impoſſi- 5
bilia, vt ſunt omnia, quæ Iure & LL. prohibentur.
Nam quæ iure prohibentur, illa nobis videri de-
bent impoſſibilia, vt, facere furtum, vel homici-
dium, vel ſimile perpetrare delictum, Mynſing. *in*
§. fin. Inſtit. de hæred. inſtit. & idem in §. Impoſſibilis. Inſt.
de inutil. ſtipul. Vitiatur igitur obligatio per adie-
ctionem impoſſibilium. Fallit † tamen hoc in le- 6
gatis, fideicommiſſis, inſtitutionibus hæredum &
libertatibus. In his enim adiectio impoſſibilium

non vitiat legatum, fideicommiſſum, vel libertates, ſed pro non adiecta habetur, vt probatur *in §. fin. Inſtit. de hæred. inſt. & ibi Myn.* Prætèrea demonſtratum eſt *in l. ea quæ dari, 135. ſupr. eod.*

Svmmaria.

In L. Nihil peti poteſt.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Ea, quæ in diem debentur, nobis ſtatim quidem debentur, ſed peti, priuſquam dies venerit, non poſſunt.*
3 *Regula procedit, ſi in diem quid eſt promiſſum; ſecus, ſi ad diem certum.*
4 *Fallit, ſi aliter inter contrahentes eſt conuentum.*

Regvla CLXXXVI.

Nihil peti poteſt ante id tempus, quo per rerum naturam perſolui poſſit: Et cum ſoluendi tempus obligationi additur, niſi eo tempore præterito, peti non poteſt.

1 EIuſdem † Celſi Iuriſconſulti eſt hæc L. deſumpta ex lib. eius 12. ff. & conueniunt cum ea *l. ſi tempus, 17 ſupr. eod. l. quod in diem. ff. de ſolut. l. quod quis. ff. de action. l. cedere diem. ff. de V. S. §. omnis ſtipulatio. verſ.*
2 *in diem. Inſtit. de V. O.* Docet † autem, quod ea, quæ in diem debentur, nobis ſtatim quidem debeantur, ſed peti, priuſquam dies venerit, non poſſint; imo ne eo quidẽ ipſe die, in quem ſtipulatio concepta eſt, peti poſſunt, quia totus is dies arbitrio ſoluentis tribui debet, § *omnis ſtipulatio. verſ. in diem. Inſtit.*

Inſtit. de V. O. Vt, ſi tibi promitto 10. in die S. Michaëlis perſoluenda, licet obligatio ſtatim naſcatur, tamen ante diei euentum & exiſtentiam peti non poſſunt, nec prius etiam naſcitur actio. *l. cedere diem. ff. de V. S.* Eodem modo ſi quid promittitur, quod nondum eſt in rerum natura, ſperatur tamen futurum, id peti non poteſt, antequam exiſtat, vt ſi promittuntur vuæ naſcituræ, vel poma, item pyra, non exigi poſſunt, antequam naſcantur, *l. 1. §. ineſt autem. ff de condit. & demonſt. l. interdum pura ſtipulatio. ff. de V. O.* Tempus enim nihil deſt expectatur dum tacite Iuriſconſulto noſtro, hic dicenti, *nihil &c.* Procedit † Regula ſi in diem quid eſt promiſſum, ſecus ſi ad diem certum, tunc enim vſque ad diem tenetur, & non poſt; *l. obligationum fere. §. 1. ff. de act. & obl. gl. in §. omnis ſtipulatio. in verbo. in diem. Inſt. de V. O.* II. Fallit, † ſi aliter inter contrahentes eſt conuentum *gl. in d. § omnis.* Plura de hac materia videre poteſtis *in l. cum tempus. 17. ſupr. hoc tit. & d. §, omnis. Inſtit. de V. O.*

3 (beside "Procedit † Regula")
4 (beside "Fallit")

SVMMARIA.

In L. Si quis prægnantem.

1 *Origo & conuenientia huius Regulæ.*
2 *Is non dicitur mori ſine liberis, qui vxorem grauidam poſt ſe reliquit, & quas ob rationes.*
3 *Exemplum.*
4 *Is, qui facit teſtamentum, non tantum tenetur inſtituere filios iam natos, ſed & eos qui in vtero matris ſunt.*
5 *Regulæ procedit primo, ſi viui naſcantur.*
6 *Illatio.*
7 *Secundo, quoties de commodo eius quæritur, qui in vtero matris eſt.*
8 *Tertio, in muliere, quæ vere grauida eſt: ſecus, ſi falſo.*

REGV-

REGVLA CLXXXVII.

Si quis prægnantem vxorem reliquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

1 IDem † Celſus Iuriſconſultus author eſt huius regulæ in l. 16. ff. & habet concordantes tex. *in l. is cui. 18. ff. quando dies leg. cedit. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. in l. non eſt ſine filiis. ff. de V. S.*
2 *in l. qui in vtero. ff. de ſtatu hominum.* Docet † autem breuiter, quod is non dicatur mori ſine liberis, qui vxorem grauidam poſt ſe reliquit. Ratio prima eſt, quia vterus partum ipſum repræſentat, & frequenter, qui in vtero matris ſunt, pro iam natis habentur, *l. qui in vtero. ff. de ſtatu hominum.* II. Qui cum non ſecus eum, qui in vtero geritur, ac qui in lucem editus eſt, propter naſcendi ſpem agnoſcat, conſe-
3 quens eſt, eum inter liberos haberi.. Vnde † ſi aliquis teſtamentum fecit, & Caium hæredem inſtituit, ſi ſine liberis deceſſiſſet, moriens autem relinqueret vxorem grauidam, & dubitaretur, vtrum Caius hæreditatem adire poteſt; necne, reſpondetur per hanc R. quod non poſſit. Ratio eſt, quia ſine liberis non videtur deceſſiſſe, qui prægnantem
4 vxorem reliquit. Hinc † eſt, quod is, qui facit teſtamentum, non tantum teneatur inſtituere filios iam natos, ſed & eos, qui in vtero matris ſunt, alias ſi eos præterit, inualidum erit teſtamentum, vt probatur *in §. poſthumi quoq;. Inſtit. de exhæred. lib.* Quotieſcunq; enim de commodo & vtilitate eorum, qui in vtero matris ſunt, quæritur, toties pro iam natis habentur, vt probatur *in l. qui in vtero. ff. de ſta-*
5 *tu hominum.* Procedit † Regula, ſi viui naſcuntur,

Mor-

Mortui enim & ſine vitali ſpiritu ſi eiiciuntur, pro liberis non habentur, nec liberi appellantur, cum nec nati nec procreati videantur, *l. qui mortui ff. de V. S. l. vxoris abortu. & l. quod erratum eſt. C. de poſt. hum. hæred. inſtit.* Vnde † & hoc receptum eſt, ancillam, 6 quæ vterum gerit, non pluris æſtimandam, atque ſi imprægnata non eſſet, quod idem in vaccis & aliis quoque animalibus obſeruamus, quorum æſtimatio propter fœtum augenda non eſt, niſi in lucem editus ſit fœtus. Poterit enim ſpes illa naſcēdi per abortum falli & in ſpongiam abire, *Bart. in l. cum pater. §. pater filio. ff. de leg. 2.* II. Procedit † Re- 7 gula, quoties de commodo eius quæritur, qui in vtero matris eſt, toties enim pro iam nato habetur, *l. qui in vtero. ff. de ſtatu hominum.* III. Procedit † in 8 muliere, quę vere grauida eſt; ſecus, ſi falſo, id quod ex indiciis conſtare poteſt, Cagn. *hic nu. 4. cum ſeqq.*

SVMMARIA.

In L. Vbi pugnantia.

1 *Origo & conuenientia legis.*
2 *Si pugnantia in vno & eodem teſtamento inueniuntur, neutrum ex eis ratum eſt.*
3 *Procedit Regula, quando eſt præciſa contrarietas, quæ tolli nequit.*
4 *Fallit primo, ſi pugnantia ſunt inter principium & finem ſcripturæ. Tunc enim ſemper attenditur finis, qui principio derogat.*
5 *Secundo, in contrariis, quæ diuerſis reſpectibus conſiderantur.*
6 *Tertio, ſi quis ſucceſſiue intentauit contraria remedia: ſecus, ſi eodem tempore, & in inſtanti.*

REGV-

Digitized by Google

REGVLA CLXXXVIII.

Vbi pugnantia inter ſe in teſtamento inuenirentur, neutrum ratum eſt.

1 Eiuſdem † Celſi Iuriſconſulti eſt hæc L. deſumpta ex lib. [illegible] ff. habetq; ſuas partes, cum quarum forma conueniunt. *l.* C. *d. furt. l. ſcriptura.* C. *de fide inſtrument. l. ſi Titius. ff. de condit. inſtit. l. ſi is qui*
2 *ducenta. §. vtrum ta. ff. de reb. dub.* Docet † autem, quod ſi pugnantia in vno & eodem teſtamento inueniuntur, neutrum ex eis ratum ſit & validum; vel quod vbi in teſtamento inueniuntur, quæ pugnant vel inter ſe in contraria ſunt, neutrum ex his ratum haberi debeat, imo quoad fieri poſſit, vtrorum teſtamentum irritum fieret, maxime ſi hæredis inſtitutio propterea mutaretur. Ratio I. quia contraria & repugnantia ſe inuicem elidunt, ſibiq; inuicem derogant. II. Quia duo contraria non poſſunt eſſe in vno & eodem ſubiecto, cum vnius incluſio ſit alterius excluſio: veluti, ſi teſtator dixiſſet, ſi Titius hæres erit, Seius hæres eſto: & ſi Seius hæres erit, Titius eſto. Hic quoniam conditio illa exiſtere non poteſt, & quoniam hæc duo inuicem pugnant. (Nam ſi Titius ex aſſe hæres erit, non poteſt etiam Seius eſſe) inutilis eſt inſtitutio ſecundum Iulianum *in l. ſi Titius. ff. de condit. & inſtit.* & ob id neutrum ratum, & neuter hæres erit. Item cum ita ſcribitur, ſi qui liberorum partim puberes & partim impuberes deceſſerint, Pamphilo 100. delego, quia ſignificatio, quæ ſumitur ex vniuerſa & tota oratione, facit, vt orationes illæ pugnantia

conti-

Digitized by Google

contineant, ſimul falſæ erunt, & ob id neutra rata & valida, *l.ſi is qui ducenta.§ vtrum ita ff.de rebus dubiis.* Procedit † regula, quando eſt præciſa contrarietas, quæ tolli nequit, ſecus, ſi remoueri poteſt diſtinguendo, quia diſpoſitio, ſi fieri poteſt ita declarari & intelligi debet, ne ſibi contradicat, teſte Dec *hic nu.*4. Cag.5. Primo fallit, † ſi pugnantia ſunt inter principium & finem ſcripturæ, tunc enim ſemper attenditur finis, qui principio derogat, & per quem receſſum videtur à principio, Cagn.*hic nu.6.* Secundo † fallit in contrariis, quæ diuerſis reſpectibus conſiderantur: illa enim præcedere poſſunt, Cagn. *hic nu.* 10. Tertio fallit † ſi quis ſucceſſiue intentauit contraria remedia: ſecus ſi eodem tempore & in inſtanti, Cag *hic nu.*7.

3

4

5

6

§. Quæ rerum natura.

Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt.

Hic §. qui docet, quod ea, quæ in rerum natura non ſunt, nec ſperantur etiam, in obligationem venire non poſſint, vel quod ea, quæ ſunt contra naturam, nec ab ipſis LL. confirmari valeant, maxime cum ars naturam, quam poteſt, proxime imitetur, veluti contra naturam eſt, vt minor natu maiorem adoptet, illud igitur confirmari nequit, §. *minorem. Inſtit. de adoption.* explicatus eſt in *l.ea quæ dari.* 135 *in l. quod nullius.* 181. *in l. impoſſibilium.* 185.*ſupr. hoc tit.*

REGV-

Regula CLXXXIX.

Pupillus nec velle nec nolle in ea ætate (niſi appoſita tutoris authoritate) creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris authoritas neceſſaria eſt.

HÆc L. quæ docet, quod pupillus nullum negotium, nullum actum, nullum cõtractum celebrare poſſit ſine tutoris ſui authoritate & conſenſu, cum nec velle nec nolle habeat in pupillari ætate, declarata eſt *in l. in negotiis contrahendis. in l. in eo quod plus. 100. §. pupillus ſupr. eod.* Explicatur etiam hæc materia *in prin. Inſtit. de author. tutor.* Item *in §. admonendi. cum §. ſequent. Inſt. quibus alien. licet vel non,* quibus in locis pleniorem & vberiorem huius R. explicationem ſtudioſi inuenient.

Summaria.

In L. Quod euincitur.

1 *Origo & conuenientia Legis.*

2 *Ea proprie in bonis noſtris eſſe non dicuntur, quæ euinci poſſunt.*

3 *Euincere rem, eſt ab eo, qui ex empto, donato, permutatione, aut alias traditam accepit, vindicare.*

4 *Toties res in bonis noſtris eſſe dicitur, quoties eam poſſidentes, exceptionem contra actorem, aut amittentes actionem, ad eam recuperandam habemus.*

Regula CXC.

Quod euincitur, in bonis noſtris non eſt.

Eiuſdem

Eiuſdem † Celſi eſt hæc L. deſumpta ex lib. 1
eius 24. ff. & conueniunt cum ea *l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. dom l. bonorum. §. in bonis. de V S. l. omnes actiones. §. non videtur. 139. & l. non videtur quiſquam. 52. ſupr. hoc tit.* Docet † autem, quod ea proprie in bo- 2
nis noſtris eſſe non dicantur, quæ euincuntur & euinci poſſunt. Euincere † autem rem, eſt ab eo, 3
qui ex empto, donato, permutatione, aut alias traditam accepit, vindicare: veluti, ſi tibi vendidi rem & tradidi, traditam autem alius quiſpiam à te vindicauit, res euicta dicitur, & ob id in bonis tuis fuiſſe non cenſetur, ſiquidem quod legitimis modis euictum eſt, in bonis noſtris non eſt, *l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. dom.* Ratio eſt, quia † toties res in 4
bonis noſtris eſſe dicitur, quoties eam poſſidentes exceptionem cõtra actorem; aut amittentes actionem ad eam recuperandam habemus, *d. l. rem in bonis. ff. de acquir. rer. dom.* Verum quod euincitur, neq; beneficio exceptionis contra agentem retineri, neque euictum vlla actione recuperari poterit; quo fit, vt in bonis neutiquam eſſe, haud inſcite dicatur: vt, emi à te fundum, auream catenam; vel ſimilem rem, quam tuam eſſe putaui, poſtquam autem eam aliquandiu poſſedi, ſuperuenit Titius, & rem ſuam eſſe aſſerens vindicauit; ſane res à me euicta dicitur. & ob id in bonis meis fuiſſe non cenſetur. Sic ſi hæres cum inuentario adiit hæreditatem, ager aliquis hæreditarius euictus eſt, & ſic minora facta ſunt bona hæreditaria, quam vt de iis ſatisfieri poſſit creditoribus. Creditores autem ſecundum Inuentarium cupiunt ſatisfactionem fieri, quæritur quid iuris, & reſpondetur, quod, cùm ager euictus non dicatur fuiſſe in hæreditate, ſecundum hanc

Digitized by Google

Regulam noſtram, hæres quoq; non tenetur vltra ea bona, quæ in hæreditate manſerunt, *l. ſcimus §. ſimiliter. C. de iure delib.* Siquidem ea propriè in bonis noſtris ſunt & dicuntur, quæ à nobis auferri nequeunt, vt probatur *in l. omnes actiones. 139. §. non videtur & in l. non videtur. 51. ſupr. hoc tit.* Quibus in locis plura de huius R. ſenſu videre poteſtis.

SVMMARIA.

In L. Neratius conſultus.

1 *Origo Legis & conuenientia.*
2 *Priuilegium, datum alicui viuenti, mortuo non competit.*
3 *Fictio exempli.*
4 *Fallit Regula primo, ſi princeps vellet & mortuo prodeſſe debere priuilegium*
5 *Secundo, ſi tale eſſet priuilegium, quod & mortuo competeret.*
6 *Priuilegium, viuenti datum, mortuo non prodeſt, niſi tale ſit, vt etiam mortuo conueniat.*
7 *Interpretatio priuilegiorum ad principem concedentem pertinet.*

REGVLA CXCI.

Neratius conſultus, an quod beneficium dare ſe quaſi viuenti Cæſar reſcripſerat, iam defuncto dediſſe exiſtimaretur, reſpondit, non videri ſibi principem, quod ei, quem viuere exiſtimabat, conceſſiſſet, defuncto conceſſiſſe: quem tamen modum eſſe beneficii ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe.

Eiuſdem

EIuſdem † Celſi eſt hæc L. deſumpta ex lib: eius 1
33. ff. & conueniunt cum ea *l. in omnibus cauſis. ſupr. hoc tit. l. priuilegia quædam. infr. eod. c. priuilegium perſonale de R. I. in 6.* Docet † autem, quod priuile- 2
gium, datum alicui viuenti, mortuo non competat, niſi forte hoc princeps in concedendo priuilegio voluerit; tunc enim beneficium ſecundum eius mentem & voluntatem interpretationem recipit. Ratio eſt, quia priuilegium, quod perſonale eſt, perſonam, cui conceditur, ſequitur, & cum perſona extinguitur, nec ad hæredes tranſire ſolet, *l. in omnibus cauſis. ſupr. hoc tit. l. priuilegia. infr. eod.* Vt: Fingamus † Caium, qui propter æs alienum, quod 3
conflauit, ægre ſoluendo eſt, per procuratorem ſuum inducias, ne intra quinquennium à creditoribus vrgeretur, apud Cæſarem obtinuiſſe; verum, cum Caius eodem tempore diem ſuum obiiſſet, ſunt, qui defuncto quoq; id patrocinaturum arbitrantur, ne bona eius intra id tempus diſtrahi per creditores valeant. Quæritur igitur, quid Iuris, & reſpondetur, quod, quia princeps beneficium ei conceſſit, quem in viuis eſſe putabat, nequaquam id defuncto profuturum; niſi forte princeps ſui beneficii modum hunc eſſe voluerit, vt & defuncto prodeſſe deberet. Tunc enim & defuncto proderit, vt probatur *hic in tex. noſtro.* Idem ſentiendum eſt etiam de aliis beneficiis, quę quaſi viuentibus dantur, ſiquidem ad mortuos non extenduntur ſecundum regulam noſtram, *& l. Iuris gentium. §. ſed & ſi in aliis. ff. de pact.* Fallit † Regula I. ſi princeps vellet 4
& mortuo prodeſſe debere priuilegium; tunc enim cum perſona non extingueretur, vt probatur hic in verbo; *quem tamen modum beneficii &c.*

5 II. Fallit † ſi tale eſſet priuilegium, quod & mortuo conueniret & competeret, quia tunc videtur, quod etiam mortuo conceſſum ſit, vt ſi alicui priuilegium datum eſt, ne ſepulchrum eius violetur, id & ipſi mortuo datum cenſetur, quia mortuo competit. Sic ſi alicui datum eſt priuilegium, vt in templo ſepeliatur, id ei mortuo conceſſum eſſe nemo non videt, teſte Angelo *in §. licet. Inſtit. quibus ex*
6 *cauſis man. licet.* Duo † itaq; ſecundum Dec. hic, Oldendorp. & Cagn. ex hac l. notentur. I. Quod priuilegium viuenti datum mortuo non proſit, niſi
7 tale ſit, vt etiam mortuo conueniat. II. Quod † interpretatio & declaratio priuilegiorum ad principem concedentem pertineat, quoties de iis oritur dubitatio & controuerſia, Cag. *hic in prin. nu. 1. & 2.*

SVMMARIA.

In L. Ea quæ in partes.

1 *Origo & conuenientia legis.*
2 *Ea, quæ ſua natura diuiſionem non recipiunt, à ſingulis hæredibus vel promiſſoribus in ſolidum peti atque exigi poſſunt, & n. 3.*
4 *Procedit Regula in iis, quæ commode diuidi non poſſunt, ſecus, ſi commode diuiderentur.*
5 *Fallit, ſi in iſtiuſmodi rebus indiuiduis perventum eſt ad æſtimationem.*

REGVLA CXCII.

Ea, quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur.

Deſum-

DEſumpta † eſt hæc L. ex lib. 29. ff. Marcelli Iuriſconſulti, habetq; duas partes, cum quarum prima conueniunt *l. 2. §. ex his. & l. ſtipulationes non diuiduntur. de V. O. l. via itineris. ff. de ſeruit. l. fideicommiſſa §. ſi in opere ff. de leg. 3.* Docet † autem, quod ea, quæ ſua natura diuiſionem non recipiunt, vt ſunt iter, actus, via & aliæ ſeruitutes, item incorporalia, plæraque, à ſingulis hæredibus vel promiſſoribus in ſolidum petantur & exigi poſſint, vt ſi promiſſor, vel is, à quo viam, actum, vel aquæductum quis ſtipulatus eſt, pluribus hæredibus relictis deceſſerit, *ex l. 12. tab.* obligatio non diuiditur, ſed ſinguli hæredes in ſolidum tenentur ad hoc ſaltem, vt ſeruitutem illam mihi præſtent. Ratio eſt, quia cum ſeruitus ſit res indiuiſibilis, non poteſt à pluribus hæredibus præſtari, niſi in ſolidum, *l. via itineris. ff de ſeruitut.* Eodem modo, ſi ſeruitus eſt legata, non alia ratione à ſingulis hæredibus niſi in ſolidum petitur, *l. hæredes eius. §. an ea. ff. de famil.* Et † quemadmodum ea, quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur, ita & ſinguli, quibus debentur, in ſolidum habent actionem, vt, ſi Titius, cui ſeruitus aquæductus eſt legata, deceſſerit, relictis tribus hæredibus, aut pluribus, non eſt ſatis, vni tantum aquæductum præſtari, ſed oportet, vt ſingulis in ſolidum contingat, *d. l. hæredes. §. an ea. & l. via itineris. ff. de ſeruit.* Sic ſi vaſallus pluribus relictis liberis mortuus fuerit, licet illi feudum pro parte hæreditaria poſſideant, ſinguli tamen domino fidelitatem in ſolidum debent, *gl. in c. vnico §. omnes ſi de feudo controuerſ. facta fuerit inter hæred. & agn.* Procedit † R. in iis, quæ commode diuidi non poſſunt; ſecus ſi commode diuiderentur. Tunc

enim quilibet heres pro rata tantum portione conueniri poteſt, vt probatur hic in verbis, *Ea quæ in partes diuidi non poſſunt.* I I. Fallit, † ſi in eiuſmodi rebus indiuiduis peruentum eſt ad æſtimationem. Tunc enim pro parte peti poſſunt, *l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de V. O. §. eadem interueniunt. Inſtit. de off. iud.*

§. In re dubia.

In re dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius eſt, quam tutius.

Hic §. qui docet, quod in dubiis id, quod minimum ſeu benignius eſt, ſequi debeamus, explicatus eſt *in l. ſemper in obſcuris. 9. & l. ſemper. ſupr. eod.*

REGVLA CXCIII.

Omnia fere iura hæredum perinde habentur, ac ſi continuo ſub tempore mortis hæredes extitiſſent.

Hæc L. quæ docet, quod omnis hæreditas, licet non ſtatim à morte defuncti adeatur, ſed hæredes vt plurimum integrum expectent menſem, tamen eo ipſo temporis momento, quo defunctus ex hac vita deceſſit, adita & cum mortis tempore continuata fingatur, ita vt interim omnia fere iura hæredum non ſecus habeantur, ac ſi continuo à mortis die hæreditatem ſubiiſſent, & hæredes confeſtim extitiſſent, explicata eſt *in L. omnis hæreditas. 138. ſupr. eod.*

SVMMA-

SVMMARIA.

In L. Qui per ſucceſſionem.

1 *Origo & conuenientia legis.*
2 *Appellatione hæredis non tantum veniunt proximi hæredes, ſed & vlteriores.*
3 *Regula procedit primo, non tantum in hærede, ſed & in quolibet alio ſucceſſore.*
4 *Secundo, etiam in eo, qui non eſt hæres hæredis, verum ei ſucceſſit alio titulo vniuerſali, non hæreditario.*
5 *Fallit primo, ſi fieret mentio de hæredibus, cum adiectione, ſupra ſcriptis vel infra ſcriptis.*
6 *Secundo, in pœnalibus.*
7 *Tertio, ſi proprie loqui velimus.*
8 *Quarto, ſi vox hæredis profertur à teſtatore: tunc enim de proximo & primo tantum intelligitur hærede.*

REGVLA CXCIV.

Qui per ſucceſſionem quamuis longiſſimam defuncto hæredes extiterint, non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter hæredes extiterant.

DEſumpta † eſt hæc L. ex lib. 6. Differ. Modeſt. 1
Iuriſconſulti, & conueniunt cum ea *l. fin. C. de hæred. inſtit. l. 3. § ſed & ſi ff. de petit. hæred. l. hæredis appellatione. ff. de V. S. l. ſi quis filium. §. fin. ff. de acquir. hæred.* Docet † autem, quod appellatione 2
hæredis non tantum veniant proximi hæredes, ſcilicet filii & filiæ, qui proprie hæredes ſunt & dicuntur, ſed & vlteriores, ſi ſuccedunt,

id eſt, nepotes, neptes, pronepotes &c. vel quod illi, qui per longiſſimam ſucceſſionem, id eſt, per interpoſitam perſonam defuncto ſuccedunt, æque hæredes vocantur atq; illi, qui proxime alicui ſuccedunt: vt, Mæuio ſuccedit Titius, Titio poſt annos aliquot mortuo Sempronius, Sempronio denique Caius; hic non ſolum Titius Mæuii hæres eſſe dicitur, tanquam proximus & proprius, ſed & Sempronius & Caius, vtpote, qui cum hæreditate Titii & hæreditatem Mæuii acceperint, idq; per interpoſitam perſonam, vel vt aiunt, per longam quandam manum. Sic ſi ego patri meo ſuccedo, mihi autem mortuo liberi mei, liberis nepotes, non tantum ego patris mei hæres, tanquam verus & proprius, dicor, ſed etiam liberi, item nepotes mei, tanquam per longam manum. Ratio horum omnium eſt, quia appellatione hæredis veniunt & hæredes hæredis, *l. hæredis appellatione. ff. de V. S.* Pro-
3 cedit † Regula I. Non tantum in hærede, ſed & in quolibet alio ſucceſſore, teſte Cagn. *hic num.* 1.
4 II. Procedit † etiam in eo, qui non eſt hæres hæredis, verum ei ſucceſſit alio titulo vniuerſali, non hæreditario, vt dicatur hæres principalis defuncti, quamuis non ſit hæres hæredis, Cagn. *hic num.* 3.
5 Fallit I. ſi † fieret mentio de hæredibus cum adiectione *ſupra ſcriptis*, vel *infra ſcriptis*. Tunc enim non
6 venirent hæredes hæredum, Cag. *hic nu.* 8. II. In † pœnalibus. Nam ſi teſtator grauaſſet hæredem ſub pœna aliquid facere, non comprehenderetur hæres hæredis, quia in odioſis non proceditur per coniecturas, ſed liquidiſſime probari debet, quicquid profertur, teſte Cagnol. *hic num.* 10. III. Fallit
7 †, ſi proprie loqui velimus. Impropríe quidem appel-

pellatione hæredis veniunt hæredes hæredis, ſed non proprie, Cag. *hic num.* 11. IV. Si † vox hære- 8
dis profertur à teſtatore; Tunc enim de proximo & primo tantum intelligitur hærede, non de aliis: Secus quando in l. vel ſtatuto vocabulum hæredis ponitur, Cag. *hic nu.* 13.

SVMMARIA.

In L. Expreſſa nocent.

1 *Origo & conuenientia legis.*
2 *Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.*
3 *Expreſſum eſt, quod voce profertur, expreſſis verbis, vel ex ſcriptura apparet.*
4 *Exemplum regulæ primum.*
5 *Secundum.*
6 *Tertium.*
7 *Regula fallit interdum, & huius exempla.*
8 *In contractibus nonnunquam par eſt virtus taciti & expreſſi.*

REGVLA CXCV.

Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.

EIuſdem † Modeſti Iuriſconſulti eſt hæc L. de- 1
ſumpta ex lib. eius 7. Differ. & conueniunt cum ea *l. nonnunquam. & l. ſi in diem. §. fin. de condit. & demonſt.* Docet † autem, quod expreſſa noceant, 2
non expreſſa non noceant, vt idem etiam *in l. nonnunquam. ff. de condit. & demonſt.* probatur. Vocamus
† autem expreſſum, quod voce profertur, expreſſis 3
verbis, vel ex ſcriptura apparet: tacitum vero, quod

Oo 5 col-

colligitur per rationem intellectus, ſeu quod virtualiter comprehenditur, vel quod venit in conſequentiam expreſſi, ſeu vt Bald. inquit, teſte Cagn. *hic num.* 5. quod magis intellectu percipitur, quam
4 locutione exprimitur, vt ſi † emancipationi, accepti locationi, hæreditatis aditioni, item tutoris dationi conditionem, vel diem expreſſam adiicere velimus, in totum vitiantur actus illi, & ſic expreſſa conditio vel expreſſa adiectio diei nocet, vbi vero tacite ineſt conditio vel dies hiſce actibus, non vitiantur, ſed ſuſtinentur, vt *in l. actus legitimi.* 77. *ſupra*
5 *eod.* demonſtratum eſt. Sic qui † cum deponente paciſcitur expreſſe, ne dolus malus in depoſito præſtetur, is nihil agit. nocet enim ei expreſſio iſtius pacti. At ſi paciſcatur, ne depoſiti agatur, tacite pactus etiam videtur, ne de dolo agat, & tunc proderit ei illud pactum, cum enim expreſſum non eſt, quod dolus præſtari non debeat, ſed tacite ineſt pacto, non etiam nocet, iuxta verba huius regu-
6 læ. Sic ſi † ita ſcriptum eſt in teſtamento, vbi Mæuius voluerit, Titio 20. do, lego, hoc legatum non valet, quia expreſſe confertur in arbitrium alicuius tertii, quod fieri non debet. At ſi legatum non expreſſe confertur in arbitrium Mæuii, ſed in conſequentiam ſaltem, non nocet illud legato, nec vitiat legatum. *l. nonnunquam. ff. de condit. & demonſtrat.*
7 Fallit † hæc Regula interdum: Sicut enim expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, vt modo dictum eſt: ita econtra fieri poteſt, vt expreſſa valde iuuent, & non expreſſa noceant, veluti expreſſa conditio in vltimis voluntatibus tranſmiſſionem bonorum impedit, non autem tacita. Sic expreſſa pupillaris ſubſtitutio matrem excludit, non autem tacite. *L.* 1.

§ fin

§ *ſin autem. C. de cad. toll.* Sic, priuilegium alicui conceſſum, ei tantum commodat, cui datum eſt, non alteri tacite, niſi hoc expreſſum ſit in conceſſione, vt *in l. Neratius ſupr. hoc tit.* demonſtratum eſt. Fit † 8
interdum etiam, vt in contractibus par ſit virtus taciti & expreſſi, vt probatur *in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & ibi DD. Cag. hic nu. 4.* Quod maxime procedit in iis, quæ vim de natura contractus, & ex prouiſione legis potius quam intentione partium dependent, *Cagn. hic num. 4.* Vt euictio in emptione præſtanda eſt, ſiue expreſſe conuentum de ea ſit inter contrahentes, ſiue non, vt probatur *toto tit. ff. de euict.*

REGVLA CXCVI.

Priuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ: & ideo quædam ad hæredes tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt: quæ perſonæ ſunt, ad hæredes non tranſeunt.

HÆc L. quæ docet, quod quædam priuilegia dentur rebus & cauſis, quædam perſonis, & quod ea, quę cauſis ſeu rebus conceſſa ſunt, ad hæredes defuncti tranſmittantur, quæ vero perſonis data perſonas ſequantur, & cum eis extinguantur, nec tranſmittantur ad hæredes defuncti, explicata eſt *in l. in omnibus cauſis. 68. ſupr. eod.*

REGVLA CXCVII.

Semper in contractibus non ſolum, quod liceat, conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum eſt.

Hæc

REGVLA CXCIX.

Non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non obtemperat.

DEſumpta † eſt hæc L. ex lib. 6. epiſtolarum Iauol. Iuriſconſulti; & conueniunt cum ea *l. vn. ff. ſi quis ius dic. non obtemper. l. iniur. §. ſi quis. de iniuriis. l. non videtur. § ſi quis iuſſu iudicis. ſupr. eod.* Docet † autem, quod is non ſit extra dolum, ſed quod dolum committat, & in dolum incidat, qui iuſſui magiſtratus non obtemperat. Sic enim inquit Iuriſconſultus; Non poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non paret. Monet enim D. Paulus in epiſt. ad Titum, vt non modo magiſtratui non reſiſtamus, ſed eius imperio quam officioſiſſime obtemperemus, adeo vt quiſquis hoc non facit, dolo fiat obnoxius, pœnamque expectare cogatur: Vnde, qui rem mobilem vendicari à ſe paſſus non eſt, ius dicenti non videtur obtemperaſſe, & ob id dolo carere non poteſt: Quapropter etiam in id, quanti res eſt, tenetur, *l. 1. ff. ſi quis ius dicenti &c.* Idem etiam in aliis iuris partibus verum eſt. Nam qui in ius vocatus non ierit, perferat neceſſum eſt, aduerſarium in bona eius pro debiti quantitate immitti, iuxta *Auth. ſi qui iurat. C. de bon. auth. iud. poſſ.* Nec ſolum is, qui ius dicenti non obtemperat, puniendus venit, ſed etiam qui in quacunq; functionis parte imperio magiſtratus non obtemperat, pro rei magnitudine pœnam ſuſtinebit, dolo ſiquidem carere non poteſt, qui contemnit poteſtatem, cui omnes ſubditos eſſe publice receptum eſt, *l. eos. C. de modo mul-*

ctas

3 cta. Ne † autem anxie quæras, quando & quatenus obtemperare debeas magiſtratui, notanda eſt hæc diſtinctio: Aut tibi conſtat, te non eſſe eius iuriſdictionis, qui te vocat, & impune non pares: cum ipſe habeas magiſtratum competentem, *l. fin. ff. de iuriſd. omnium iud.* Aut certum eſt, te ad eius iuriſdictionem pertinere, & abſq; doli ſuſpicione non emanebis, *l. 1. ff. ſi quis ius dicenti &c.* Aut denique in obſcuro eſt, an ſpectes ad eius, qui te citauit, iuriſdictionem necne. Et tunc quoq; te ſiſtere debes, vt ſciatur, an eius ſis iuriſdictionis, niſi velis mulctam incurrere, *l. ex quacunq; cauſa, ff. ſi quis in ius voc.* Fallit

4 † igitur Reg. ſi quis extra territorium ſuum velit ius dicere, aut ſupra, quam ſuæ eſt iuriſdictionis. Illi enim impune & citra dolum non obtemperatur, *l. ſin. ff. de iuriſd. omnium iud.*

SVMMARIA.

In L. Quoties nihil.

1 *Quoties aliquid ſine captione non poteſt inquiri, id amplectendum eſt, quod minimum eſt.*

2 *Diuerſus Regulæ huius intellectus.*

REGVLA CC.

Quoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eligendum eſt, quod minimum habeat iniquitatis.

1 HÆc R. quæ docet, quod †, quoties aliquid ſine captione nõ poteſt inquiri vel inueſtigari, vel

Digitized by Google

vel quoties aliquid eſt ambiguum, obſcurum & dubium, ita vt haud facile eius veritas erui poſſit, cum in vtramque partem ſint rationes firmiſſimæ, id amplectendum ſit, quod minimum eſt, ſeu quod minus habet iniquitatis, explicata eſt *in l. ſemper in obſcuris. 9. & l. ſemper in ſtipulationibus. 34. ſupr. eod.* Quamuis † nonnulli alium huic Regulæ intelle- 2
ctum aſſignant, eum nimirum, quod quoties Iudex aliquid ſine fraude & captione inquirere nequit, id eligere debeat, quod minus durum aut iniquum cenſeri poſſit: vt ſi paſſus ſententiam furore corripiatur, vt vltimo ſupplicio affici non poſſit, (In furioſum enim, licet antea deliquerit, pœnalis executio non fit, Bald. *in c. vnico. de eo qui fratrem occidit, in vſibus f. ud.* quia afflictio afflicto non eſt addenda, *l. iure ſuccurſum. ff. de iure dot.* Quamuis in eum, qui ſimulat ſe furere, nihil prohibeat pœnam ſtatuere) & Iudex ſine captione & fraude ſtructa inueſtigare nequit, vtrum ſit verus, an vero ſimulatus furor (dupliciter autem illud ſciatur, aut per torturam, aut per captionem) Iudex eam eligere debet viam, quæ eſt minus dura, nec ſtatim ad torturam prorumpere, ſed omnem adhibere diligentiam, vt furoris cauſa indagetur. Huius rei paſſim in iure Iuriſconſulti exempla ponunt, in quibus videre eſt, eos in eiuſmodi dubiis ſemper elegiſſe mediam viam, & quæ habet minus iniquitatis.

(Exempla inueniuntur §. *vlt. ex quibus cauſis manumit. non licet. §. cum ex aliena. Inſtit. de rerum diuiſ.*)

SUMMA

SVMMARIA.

In L. Omnia quæ ex teſtamento.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Teſtamenti validitas à factionis tempore cenſetur.*
3 *Exemplum.*
4 *Regula procedit non tantum in vltimis voluntatibus, ſed etiam in aliis actibus & contractibus.*

REGVLA CCI.

Omnia, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum euentus capiunt, ſi initium ſine vitio ceperint.

1 DEſumpta † eſt hæc L. ex lib. 10. epiſt. Iauoleni Iuriſconſulti, & conueniunt cum ea *l. quod ab initio. 29. hoc tit. pen. infr. eod. l. non omne. §. in ſtipulationibus. ſupr. hoc tit. c. non firmatur. de R. I. in 6. §. an ſeruo.*
2 *Inſtit. de legat.* Docet † autem, quod teſtamenti validitas & firmitas à factionis tempore cenſeatur, hoc eſt, quod tunc teſtamentum firmum & validum cenſeri poſſit & debeat, ſi ab initio fuit firmum. Ratio eſt, quia quotieſcunq; de validitate teſtamenti quæritur, tempus factionis, hoc eſt, initium conſiderari debet, cum illud, quod ab initio vitioſum eſt, tractu temporis conualeſcere non poſſit, *l. quod initio ſupr. hoc tit. c. non firmatur. eod. in 6.* Vt
3 ſi † hæres quis eſt in teſtamento inſtitutus, & is qui fecit teſtamentum, non habuit factionem eo tempore, quo fecit, (quia forte fuit impubes, filiusfamilias, furioſus) hæres ſuccedere nequit, licet teſtator poſtea pubes, compos mentis, & paterfamilias effectus ſit, idque propter vitio-

vitioſum initium & principium, *l. quod ab initio. ſup. hoc tit.* Procedit † Reg. non tantum in vltimis voluntatibus, vt in inſtitutione hæredum, §. *præterea. Inſt. quib. non eſt permiſ. facere teſtam.* ſed etiam in aliis actibus & contractibus, vt in legatis, fideicommiſſis & ſimilibus, *l.* 1. §. *ſed ſi. ff. de leg.* 3. Plura vide *in d. l. quod initio.* 4

SVMMARIA.

In L. Omnis definitio.

1 *Omnis definitio in iure periculoſa eſt.*
2 *Vocabulum Definitionis eſt* πολύσημον.

REGVLA CCII.

Omnis definitio in iure ciuili periculoſa eſt: parum eſt enim, vt non ſubuerti poſſit.

HÆc Lex, quæ deſumpta eſt ex lib. 11. Epiſt. Iauol. JCt, idocet, † quod omnis definitio in iure periculoſa ſit, propterea quia facilè poteſt ſubuerti. Cum † autem vocabulum definitionis ſit πολύσημον; Interdum enim ſignificat definitionem nominis, id eſt, Etymologiam, interdum definitionem rei, conſtantem genere & differentia, interdũ qualemcunque deſcriptionem, quæ non ſecundum regulas & præcepta Dialecticorum confecta eſt, ſed qualitercunq; conſcripta, interdum etiam regulam iuris, ſententiam iuris, quam Dialectici Maximam, Medici Aphoriſmum vocant, videndum eſt de qua ſignificatione hæc Reg. ſit accipienda. Et ſanè licet maxima pars interpretum eam de definitione rei, quę ſuo genere & differentia 1 2

conſtare debet, intelligant, quaſi nulla ſit bona & Dialectica definitio in iure, tamen cum durum ſit id dicere, & Juriſconſultos tantæ arguere inſcitiæ, melius & rectius puto, vnà cum Neotericis ſentire, vocabulum *Deſinitionis* hoc loco non de definitione Dialectica, quæ genere & differentia conſtat, ſed potius de Regula iuris intelligi debere. Sic enim inquit Joh. Corraſius in libello de iuris arte cap. 2. prope finem: Cum autem illi obiiciunt definitionem omnem in iure eſſe periculi plenam, egregiè profecto ſibi ipſi imponunt, ambiguitate vocabuli decepti, cum apud citatum Vlp. definitionis verbo non deſignetur oratio illa, qua propria rei ſubſtantia per genus & differentias explicetur, ſed breuis & circumſcripta quædam iuris ſententia quam Juriſconſulti Regulam, Dialectici Theſin ſeu poſitionem, Medici verò Aphoriſmum nũcupant. Eodem modo idem *Corraſ. in lib. 2. miſcellan. cap. 6.* inquit, quem tamen locum nos aliter, atq; cæteri faciunt, ſemper ſumus interpretati, vt non de vera definitione, ſed de breui quadam oratione & regula intelligatur. In eadem ſententia eſt etiam Johannes Ramus *in l. 1. Enchiridii ſui, axiomate ſecundo*, vbi inquit, *non verò quales ſecundum præcepta Dialecticorum eſſe debent, ſed qualesquales deſcriptiones*. Idem ſentit & Matth. Weſemb. *in oratione de ſtud. Iuris rectè inſtit. ſol. mihi 32. & 34.* item Viglius *in tit. Inſtit. de teſtamentis nũ. 25.* Pet. Fab. *in Regula 1. ſupr. hoc tit. noſtro.* Senſus igitur Regulę ſecundum eos eſt, quod nulla ſit Regula Juris ſeu definitio, vt loquitur hic Juriſconſultus, quæ non habeat ſuas limitationes & exceptiones, quibus facile poſſit euerti, vt ex præcedentibus hactenus edocti ſumus.

SUMMA-

SUMMARIA.

In L. Quod quis ex culpa.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Is non videtur damnum ſentire, qui culpa ſua damnum ſentit.*
3 *Exemplum Regulæ primum.*
4 *Secundum.*
5 *Tertium.*
6 *Regula procedit quoad iuris conſiderationem, & interpretationem, ſecus, quoad veritatem.*

REGVLA CCIII.

Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur damnum ſentire.

POmponii Juriſconſulti † eſt hæc l. deſumpta ex 1
lib. eius 8. ad Quintum Mutium, & conueniunt
cum ea *c. damnum. de R. I. in 6. l. qui proprio. §. item. ff. de
procurator. §. Item ſi putator. Inſt. ad l. Aquil.* Docet † au- 2
tem, quod is non videatur damnum ſentire, qui
culpa ſua damnum ſentit, ſiquidem nihil quicquã
ei obeſſe intelligitur, vt probatur *in d. c. damnum.* Vt,
ſi † hæres ſpreto beneficio inuentarii aut delibe- 3
randi; damnoſam hæreditatem adit, perinde lega-
ta integra præſtare tenetur, atq; ſi plena fuiſſet hæ-
reditas: potuit enim ab initio non adire hæredita-
tem, vel beneficio deliberandi aut inuentarii vti, *l.
fin. C. de iure deliber.* Sic, ſi † putator ex arbore ramos 4
deiiciens clamaſſet, ne tranſiens ſe periculo obiice-
ret, & is, dum clamantem audire nollet, damnum
accepit, non eſt quod propterea putator obligetur,
cum ſibi id damnum intuliſſe videatur tranſiens,
cui ob id Leges etiam non ſubueniunt, *l. ſi putator.*

ff.ad leg. Aquil. & *§. Item ſi putator. Inſt. eod.* Cum igitur ſua culpa damnum paſſus eſt, damnum ſentire non
5 intelligitur, vt teſtatur hæc Regula noſtra. Hinc † etiam eſt, quod is, qui in iudicio victus eſt, & impenſas litis ſoluere iuſſus, non teneatur ad eos ſumptus, quos victor per contumaciam condemnatus pertulit, cum ſua culpa eos feciſſet, ob quod etiam inter damna & litis impenſas eos non
6 collocamus, Cag. *hic nu.* 2. Procedit † Regula, quo ad iuris conſiderationem & interpretationem, ſeu quo ad fictionem iuris; ſecus quo ad veritatem. Nam is qui damnum ſua culpa ſentit, reuera damnum patitur, & vulnera ſuis telis facta ſentit, verum Iura ei non ſuccurrunt, nec patrocinantur, teſte Dyno *in d.c. damnum.*

REGVLA CCIV.

Minus eſt actionem habere, quàm rem.

HÆc Regula, quæ docet, quod in rei veritate minus ſit, habere actionem ad rem recuperandam & perſequendam, quam rem ipſam, cum ſæpenumero euenire ſoleat, vt is, qui actionem habet, cauſa tamen cadat, propter dubium litis euentum, explicata eſt *in l. is qui actionem.* 15. *ſup. h. t. noſtro.*

SUMMARIA.

In L. Plærunque fit.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Multa penes nos ſunt & eſſe poſſunt ea ratione, vt à nobis auelli queant.*
3 *Regula procedit non tantum in conditionalibus, ſed & in iis, quæ ſub certo die à nobis poſſidentur.*
4 *Procedit item interdum, non ſemper.*
5 *Fallit, ſi euentum conſideramus.*

REGU-

Regula CCV.

Plærumque fit, vt etiam ea, quæ à nobis poſſunt abire, perinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent eius conditionis, vt abire poſſint: Et ideo, quod ſi fiſco obligamus, & vendicare interdum, & alienare, & ſeruitutem prædio imponere poſſumus.

Eiusdem † Pomponii Iuriſconſulti eſt hæc l. de- 1
ſumpta ex lib. eius 39. ad Quintum Mutium &
conueniunt cum ea *l. 2. C. de in diem addictione. l. hæc.
§. fin. ff. de contrah. empt. l. ſi ſciens. ff. de condict. furtiua.*
Docet † autem, quod multa penes nos ſunt & eſſe 2
poſſunt ea ratione, vt à nobis auelli queant, (ſicut
ſunt ea, quæ ſub conditione, vel certo die poſſidemus)
quibus tamen non ſecus agere licet, atque ſi
nulla adeſſet conditio, ſed quaſi purè, ſimpliciter,
perfectè & propriè noſtra eſſent: ob quod etiam
perinde habentur, ac ſi non eſſent eius naturæ &
conditionis, vt à nobis avocari, auelli, alienari vel
vendicari poſſent, teſte hac R. noſtra dicente: *&
ideo, quod ſiſco obligamus, & vendicare interdum, & alienare,
& ſeruitutem prædio imponere poſſumus.* Ratio eſt,
quia præſens rerum ſtatus inſpicitur & conſideratur,
nec attenditur mutatio, quæ in futurum fieri
poteſt, teſtib. Oldendorp. in hac Reg. & Cag. *hic
nu.* 1. Procedit † Reg. non tantum in conditionali- 3
bus, ſed & in illis, quæ ſub certo die à nobis poſſidentur,
nobisque debentur: veluti legatum ſub
conditione, vel certo die relictum, ab hærede an-

te conditionis euentum aut diei exiſtentiam verè poſſidetur, idque propter ſpem conditionis non implendæ: quare ſi fuerit alienatum, in hypothecam datum, aut aliàs translatum, contractus quidem ab initio ſubſiſtit, & deficiente conditione, omnis diſputatio ceſſat. Verum ſi conditio exiſtit, aut dies venerit, contractus reuocabitur, ita vt nec vſucapio, vel longi temporis præſcriptio contra legatarium procedat, *l. ſi duobus. §. ſin autem. C. communia de legat.* Sic quod fiſco eſt obligatum ſub conditione hac, vt non ſoluta tali die pecunia res eius fiat, interim à nobis in alterius manum peruenerit, vendicari, alienari & ſeruitute impoſita onerari poteſt. Ratio eſt, quia res manet obligantis, antequam conditio exiſtit, nec prius dicitur ipſius fiſci eſſe, quam ſi dies vel conditio exiſtat, vt teſtantur
4 finalia verba regulæ noſtræ. Procedit † regula interdum: non ſemper, vt teſtantur verba: *plærumq;* & *interdum:* in R. poſita. Fallit igitur I. in præiudicium tertii vel alterius. Nam poſſunt quidem alienari res ſub conditione debitæ, ſine præiudicio tamen alterius. Res enim ſemper cum ſuo onere
5 tranſit, *l. ſi debitor. C. de diſtract. pig.* Fallit, † item, ſi euentum conſideramus: Etſi enim licet alienare ea quæ ſub conditione poſſidemus, tamen conditione exiſtente in irritum reducitur alienatio, & omne id, quod actum vel ſcriptum eſt.

SUMMA-

Svmmaria.

In L. Iure naturæ.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Nemo debet locupletari cum damno alterius.*
3 *Exemplum Regulæ primum.*
4 *Secundum.*
5 *Tertium.*
6 *Fallit Regula primò, in vſucapione & præſcriptione.*
7 *Secundò, in §. ex diuerſo. Inſtit. de rer. diuiſ.*
8 *Tertiò, quotieſcunq; quis iure diteſcit,*

Regula CCVI.

Iure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.

EIuſdem † Pomponii Iuriſconſulti eſt hæc l. deſumpta ex lib. eius 9. variarum lect. Et conueniunt cum ea *l. naturaliter. cum l. ſeq. ff. de condict. indeb. c. locupletari. de R. I. in 6.* Docet † autem, quod nemo cum alterius incommodo, iactura & damno ſuo ſtudere debeat commodo, vel quod nemo locupletari debeat, vel ſuum quærere commodum, cum alterius incommodo, iactura & detrimento. Ratio eſt, quia eſt contra naturam, teſte hac Reg. noſtra, & Cicerone in lib. 3. off. dicente: Nam ſi ſic erimus affecti, vt propter ſuum quiſque emolumentum ſpoliet aut violet alterum, diſrumpi neceſſe erit eam, quæ maximè ſecundum naturam eſt generis humani, ſocietatem: *& in l. nam hoc. 14. ff. de condict. indeb.* dicitur: *Nam hoc natura.* Et ſacræ

Note: margin numbers 1 and 2 stand beside the lines "Eiuſdem † Pomponii…" and "deb. c. locupletari… Docet † autem" respectively.

paginæ etiam nos docent, aliis faciendũ non eſſe id, quod ſibi fieri quis non vult. Et hinc eſt quod traditur, Quod nemo ex ſuo delicto meliorem facere debeat conditionem ſuam, *l. non fraudantur. §. nemo ex ſuo. ſupr. hoc tit.* Item quod non debeat alteri per alterum inqua conditio inferri, *l. non debet al-*
3 *teri. ſupr. hoc tit. noſtro.* Hinc etiam eſt, quod † pupillus, qui ſine tutoris authoritate mutuum accepit, & locupletior factus eſt, ſi pubes factus ſoluat, indebiti conditionem non habeat, ne cum alterius detrimento naturæ æquitate refragante diteſcat, *l. naturaliter. §. Item quod ff. de condict. indeb.* Eodem
4 † modo, ſi pupillus rem ſuam vendit ſine tutoris authoritate & conſenſu, etſi quidem ipſo iure contractus nullus eſt, tamen rem prius non repetit, quam ſi precium reſtituit, idq; propterea ne cum alterius iactura locupletetur, *l. fin. C. de vſucap.*
5 *pro emptore.* Ex eodem † fonte orta etiam eſt condictio indebiti. Etenim quod alterius apud alterum ſine cauſa deprehenditur, reuocari ſolet, ne quis cum alterius detrimento & iniuria fiat locupletior, *l. indebiti ſoluti. & l. hæc condictio. ff. de condict. indeb.*
6 Fallit † Reg. I. in vſucapione & præſcriptione, idque propter publicam vtilitatem. Priuata enim vtilitas ſemper cedit publicæ, *l. 1. ff. de vſucap.* Dec.
7 *hic num. 6.* II. Fallit † *in §. ex diuerſo. Inſtitut. de rerum diuiſ.* vbi ſcienter ædificans in alieno ſolo, priuatur materia, & omni re propter dolum & ma-
8 lam fidem. III. Fallit, † quotieſcunque quis iure diteſcit. Is enim nemini facit iniuriam, cum lex formam ponat, intra quam oporteat quemlibet ius ſuum in iudicio perſequi, aut amittere. Damnum etiam facere non videtur, cum nemo damnum

mnum faciat, niſi qui id facit, quod facere ius non habet, *l. nullus videtur. ſupr. hoc tit.*

Summaria.

In L. Res iudicata.

1 *Origo & conuenientia Legis.*
2 *Res iudicata pro veritate habetur.*
3 *Res iudicata quæ ſit.*
4 *Exempla.*
5 *Regula procedit primò, quoad ſictionem iuris, non, quoad veritatem.*
6 *Secundò, quoad effectum. Nam in effectu res iudicata pro veritate habetur; ſecus, quoad eſſentiam.*
7 *Fallit Regula, ſi renunciatum ſit rei iudicatæ.*

Regvla CCVII.

Res iudicata pro veritate accipitur.

DEſumpta † eſt hæc l. ex lib. 1. Vlp. Juriſconſulti ad l. Juliam & Papiam, & conueniunt cum ea *l. Ingenuum. ff. de ſtatu hominum. & l. ſi libertinus. 4. ff. de colluſ. deteg.* Docet † autem, quod res iudicata pro veritate habeatur. Ratio eſt, I. quia tanta eſt potentia rei iudicatæ, vt naturalia vincula ſanguinis mutet, & falſum in verum, non eſſentialiter, ſed quo ad effectum transponat, Bald *in c. cum præſentia. extra de Renunciat:* facitque de nigro album, & de albo nigrum, Bald. *in c. noſti. de election.* II. Quia ſententia, ſolenniter lata, nec per appellationem vel leuterationem ſuſpenſa, facit omnia rata haberi inter litigantes, facitque eum filium, qui filius non eſt, & patrem, qui pater non eſt, te- 1 2

3 ſte Cag. *hic num.* 2. Vocamus † autem rem iudica-
tam ſententiam definitiuam, condemnatoriam,
vel abſolutoriam, quæ neq; per leuterationem,
neq; per appellationem, vel alio modo eſt ſuſpen-
ſa, ſed à litigantibus approbata, *gl. in c. non ſolum.*
extra de appellat. Germ. Ein Endvrtheil / das in ſeine
Krafft gangen / darvon nicht iſt geleutert oder appel-
4 lirt worden. Et † hæc Res iudicata veritatis loco ha-
betur, eique ſtandum eſt, ob perpetuã illam firmi-
tatem, qua nititur, quo tandem ſit aliquis litium
finis. Et adeò quidem Rem iudicatam pro verita-
te habemus, vt etiam acta illa in publicum monu-
mentum redacta, quæ vel rem iudicatam oſten-
dunt, vel, quid per iudicem factum ſit, demon-
ſtrant, firma eſſe debent, & publicam habere fi-
dem eatenus, vt etiam ſucceſſor iudicis ex eis pro-
nunciare poſſit, *l. 1. l. res iudicatæ. l. fin.* C. *de re iudic.*
Veluti ſi aliquis, vt 20. floren. ex empto ſoluat, con-
demnatus eſt, & is, quo commodius ſoluere poſ-
ſit, dilationẽ petiit, poſtea verò obiicit pactum de
non petendo, quæritur, an ſit audiendus, reſpon-
detur, quod non, quia dilationem petendo in ſen-
tentia acquiſiuiſſe intelligitur, quæ ob id in rem
iudicatam tranſiuit, & nimis tardè nunc exceptio-
nem proponit, *l. ſub ſpecie. & l. ad ſolutionem.* C. *de re*
iudic. Sic ſi in cauſa ſtatus Judex quem pronunciat
ingenuum, quem poſtea conſtat fuiſſe libertinum,
propter ſententiam ingenui ſtatum retinebit, cum
res iudicata pro veritate habeatur, *d. l. ingenuum.*
5 Procedit † Regula, quo ad fictionem iuris, non
autem quo ad veritatem. Aliud enim eſt, eſſe tale,
& aliud haberi tale, ſeu accipi pro tali, *l. mercis. de*
6 *V. S.* Cag. *hic num.* 1. II. Procedit † quo ad effectum.

Nam

Nam in effectu res iudicata pro veritate habetur, ſecus quoad eſſentiam, Cag. *hic num.* 2. I I I. Fallit, † ſi renunciatum ſit rei iudicatæ, quia illi renunciari poteſt expreſſè & tacitè, teſte Dec. *hic nu.* 4. 7

Regula CCVIII.

Non poteſt videri deſiiſſe habere, qui nunquam habuit.

HÆc Regula, quæ docet, quod nemo dicatur deſinere habere id, quod nunquam habuit, vel quod nemo dicatur amittere id, quod non habuit, quia priuatio ſemper præſupponit habitum, explicata eſt *in l. non videtur rem amittere.* 83. *ſup. eod.*

Regvla CCIX.

Seruitutem mortalitati ferè comparamus.

HÆc Regula, quæ docet, quod ſeruitus morti ſimilis ſit, quia nullum locum in ciuitate habent ſerui de iure ciuili, per quem ipſis aliquis iuris vſus eſſe poſſit, ſed habentur, ceu non eſſent in rerum natura, vnde factum quoque eſt, quod pro nullis habiti ſint, *l. quod attinet. ſupr. hoc tit.* Item inter bruta animalia relati, *toto tit. ff. ad l. Aquiliam.* nec non teſtamentum facere, teſtes eſſe, iudicium exercere aliudque officium gerere, vel contractum celebrare prohibiti ſint, *l. in perſonam ſeruilem, & l. in his officiis. ſupr. hoc tit.* explicata eſt *in l. in perſonam ſeruilem.* 22. *l. quod attinet.* 32. *& in l. in his officiis.* 175.

ſupr.

ſupr. hoc tit. noſtro. Additur autem in hac Lege vox *ferè,* primum propter ius naturale, cuius contemplatione ſeruitus non comparatur mortalitati, ſed omnes homines æquales ſunt, *l. quod attinet. ſupr. hoc tit. §. ius autem gent. Inſtit. de iure naturali. §. 1. Inſtitut. de libertinis.* II. Propter eam ſeruitutem, quam ab hoſtibus capti patiuntur, qui reuerſi domum poſtliminii iure ſtatum priſtinum recuperabant, *§. ſi ab hoſtibus. Inſtitut. quibus modis ius pat. poteſtatis ſol. & §. fin. Inſtitut. quibus non eſt permiſſ. facere teſtamentum.*

Regvla CCX.

Quæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, temporis tractu conualeſcere non poteſt.

HÆc l. quæ vult, quod ab initio vitioſa inſtitutio tractu temporis confirmari & conualeſcere non poſſit, cum ea, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, tum demum ſtatum euentus ſortiantur, ſi initium ſine vitio eſt, *l. omnia quæ ex teſtamento. ſupr. hoc tit. noſtro.* explicata eſt *in l. quod initio. 29. & in l. omnia quæ ex teſtamento. 201. ſup. eod.*

Regvla CCXI.

Seruus Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

HÆc l. quæ docet, quod ſeruus Reipublicæ cauſa abeſſe non poſſit, quia *Abeſſe Reipublicæ cauſa* eſt munus ciuis, & his, qui mittuntur, hono-

honorificum, quod ſeruis competere nequit, quia ſerui de iure ciuili pro nullis habentur, *l. quod attinet. ſupr. eod.* Deinde quia legati vt plurimum homines erant liberi. In illis autem officiis, in quibus liberæ perſonæ requiruntur, ſerui interuenire non poſſunt, *l. in omnibus officiis. ſupr. hoc tit.* explicata eſt *in l. in omnibus officiis. 175. & l. in perſonam ſeruilem. 22. & in l. quod attinet. 32. ſupr. hoc tit.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google